4

Ex secunda recognitione.

¶ Jacobus Stapulensis: Reuerendo patri Joanni Rellico: Episcopo Andegauensi/Confessori Regio.

P Latonis in Protagora sententia videt̃ esse/eas artes que ad victũ ꝑtinent
humanũ: ꝓuidẽtiã humanã reperisse. q̃ aũt ad bene/beateqꝫ viuẽdũ: sũmi
dei munere mentibus mortaliũ infusas esse. Et nõ est dubiũ sapientissime
presul/diuinã bonitatẽ mẽtibus humanis singulari quadã claritate illuxis-
se/vt disciplinas emitterẽt: que vitã nostrã cũ priuatã/tũ publicã: diuinorũ
ꝯformi quadã bonitate formarẽt que morales appellantur. Cogitaui itaqꝫ diutiꝰ: si cõ-
mentarij luce redderent̃ clariores/et presertim ee quas Aristoteles benefico munere re-
liquit/tã honestũ laborẽ tibi nõ placere non posse. et michi honestius visũ est in re tam
honesta ingeniũ periclitari: q̃ꝫ remissa / ignauaqꝫ mente: id non attentare. Quapropter
presul optime/paratos tuo nomini de moribus cõmentarios: serena fronte suscipias: q̃
semper fuisti virtutis vere custos/rigidusqꝫ satelles. In hac litteraria expositione quãte
potui breuitati studui: ꝙ Aristoteles similis sit peritissimo architecto qui ita sua edificia
parat: vt nichil desit addendũ/nichilqꝫ sine vicio se offerat demendũ. Questionũ et ar-
gumentationũ (nisi doctrinaliũ que in littera continent̃) viã non tenui: ꝙ mores nõ lon-
ga verborum disceptatione/sed sana intelligentia et recta educatione (vt vult Plato: pa
riter et Aristoteles) parentur. et ꝙ plerũqꝫ contra agendorũ ꝓpositiões/ac regulas con
tentiosos excogitare nodos: plus obesse q̃ꝫ ꝓdesse soleat auditoribꝰ. Sũt eni he regule
eorũ/que semper aut plurimũ fieri nata sunt/et solũ de talibꝰ disciplinarũ precepta ferũ-
tur. contra autẽ plerũqꝫ texunt̃ casuũ monstra earũ rerũ/que nunq̃ꝫ contingũt/neqꝫ cõ-
tingere nata sunt/et falso discipline calumniant̃. nullius enim discipline officiũ est ad ta
lia respõdere/vt neqꝫ ad casualia. verũ cũ taliũ nusq̃ꝫ meminerint discipline: suo sane si-
lentio satis talia damnant. In vnaquaqꝫ virtute adhortationes adiunxi/ꝙ ad beate vi-
uendũ animos flectendi: pondus aliquod habeant. Socrates eni hortando Lysidem
moralem fecisse Laertius autor est. Ad quod faciendum exempla ex Plutarcho/Pli-
nio/Herodoto/Halicarnaseo/Q. Cursio/C. Tacito/Justino/Laertioqꝫ deprõpta sunt
Frequenter carmina ex Virgilio/Ouidio/Horatio/Juuenale/Hesiodo / alijsqꝫ poetis
interserui: et si quis causam requirat: Horatius interroganti respondeat. quoniam
Dicte per carmina sortes:
Et vite monstrata via est/et gratia regum
Pierijs tentata modis. Obscenitatẽ verboꝝ etiã in fulminandis vicijs deuitaui: ꝙ huic
discipline maxime accõmoda sit verboꝝ/sentẽtiarũqꝫ honestas. Est eni honestatis ma-
gistra. et proinde si presente Lucretia timeremꝰ eius impudenti verbo offendere pudi-
citiam: tanto magis id nobis cauendum est cum sermonẽ de temperantia agitamus / vt
de ipsa virginitate atqꝫ pudicitia. quapropter de his disputãtes: turpes casus effugiãt/
alioquin rem facient hac casta philosophia plurimum indignam. Tres litteras Argy-
ropili/Leonardi/et Antiquã conciliaui/et capitibus et numeris: vt semper ad consimi-
les numeros: consimilis littera respondeat. et commentarium familiarem ad Argyro-
pilum adiunxi: ꝙ in vertendo Aristotele magne diligentie fuisse commendet̃. in paucis
tamen et raro dissensionis phantasia apparet/que facile legentibus se ingerit. et cõmen
tarium conclusionibus/diuisionibus/diffinitionibus/correlarijs/et consimilibꝰ distinxi:
quo Parhisienses suum philosophandi modum recognoscant ad quorum vtilitatẽ hec
euigilata/non qualia dignũ esset: sed qualia potui dignitatis tue nomine transmissa sũt
ad studiosos. faueant ergo virtutum amatores/memineritqꝫ frequẽter a Lyrico Poe
ta edocti/ꝙ morum studium.
Eque pauperibus prodest/locupletibus eque.
Eque neglectum pueris/senibusqꝫ nocebit.

Vale.

¶ Opus Aristotelis de Morib⁹ ad Nicomachū: Johāne Argyropilo Byzantio tra-
ductore/adiecto familiari Jacobi Stapulensis commentario. Cap. I.

1 Omnis ars/omnisq́ doctrina atq́ actus/itidē et electio: bonū quoddā ap-
petere videt. Quapropter bñ veteres bonū ipsū id esse dixerūt: qđ oīa ap-
petūt. ¶ Finiū aūt differētia q̄dā esse videt. Quidā enim sūt operatiōes:
2 quidā p̄ter has ipsas opera q̄dā. ¶ Atque in q̄b⁹ p̄ter operatiōes aliq̄ q̄dā
3 sūt fines: in iis ipsa opera sūt op̄atiōib⁹ prestabiliora. ¶ Cū vero cōplures
4 sint actus/et artes/atq́ sciētie: fit vt multi sint etiā fines. Medicine nāq́ finis est sanitas/
artis extruendarū nauiū nauis/facultatis rei militaris victoria/et familiaris rei guber-
5 nāde: diuitie. ¶ Que aūt taliū sub aliqua vna potētia sunt: vt ars cōficiendorū freno-
rum/cetereq́ oēs instrumentorū equestriū effectrices: sese habēt ad facultatē equestrē/
et hec cū illis/omnisq́ actio bellica ad militarē facultatē/et ad alias alie simili modo: in
iis oībus fines earū que rationē architecture subeūt: magis sūt expetibiles/q̄ omēs fi-
nes īferiorū. et illi eni horū gratia expetunt. Atq́ nichil interest siue fines actuū ipse sint
operationes/siue preter ipsas aliquid aliud: vt in dictis facultatibus intueri licet.

¶ Primi capitis note. ¶ Primū: argumentū decē librorum se offert cognoscendum. I
¶ Primus discutit de bono: q̄ ipsū omnia appetāt. de diuersitate finiū. de fine agēdorū. q̄ ciuilis sit
facultatis. de auditore morali. de summo bono. q̄ bene educatū esse oportet hui⁹ discipline auditorē.
q̄ felicitas nō sit voluptas. q̄ nō sit honor. q̄ nō sit virt⁹. q̄ nō sit diuitie. q̄ nō sit idea. de fine perfecto.
de felicitate: et quid sit. de preceptis que decet in omni disciplina obseruari. de cōcordia dictorū anti-
quorū cum vera felicitate. de triplici bono: extrario/corporis/et animi. de externis bonis q̄ felicitati
conducāt. de modo quo acquiritur felicitas. q̄ quis in vita dici queat felix. de fortuna. de ipso felice.
de p̄speritatibus et aduersitatibus amicorū/et qualiter pertineāt ad defunctos. q̄ felicitas bonū non
sit laudabile. de anima et de duplici parte anime. II
¶ Secūdus hec. de virtute intellectiua/et morali. de excessu/et defectu. de voluptate/et dolore. de af-
fectu/potētia/et habitu. de mediocritate. de virtute morali quid sit. de mediocritatū dispositiōe. de ve-
recundo/stupido/impudorato. de indignāte/inuido/maliuolo. de oppositiōe tū extremorū inter se/ tū
ipsorū ad mediū. de preceptis que ad ipsum medium ducunt. III
¶ Tertius hec. de voluntario/et inuoluntario. de iis que fiūt maiorū malorū metu: an sint volūtaria.
de circūstantiis et regulis prudentie. Quid voluntariū/et quid inuoluntariū. de electione: et quid sit.
de consultatiōe. de voluntate et volūtate affectabili. de iis que in nostra sunt potestate. de fortitudine.
de forti. de insano. de audace. de timido. de quinq́ modis fortitudinis nō vere. de tēperantia/de cupi-
ditate. de temperante. de intemperante. et insensibili. IIII
¶ Quartus hec. de liberalitate/liberali et p̄digo/de magnificētia. magnifico/ circa decorū rudi/ac
sordido: et pusillo. de magnanimitate/magnanimo/lēto/et pusillanimo. de modestia/modesto/ ambi-
tioso et honoris appetiōe vacante de māsuetudine/mansueto/ iracūdo/ et ira vacuo. de affabilitate/de
affabili/de placido/de adulatore/et cōtentioso. de veritate. de verace. de arrogante/ dissimilatore/de-
licato et malicioso. de comitate. de comi/de scurra et rustico. de verecundia. V
¶ Quintus hec. de iustitia. de iniustitia. quid iustitia. quid iniustitia. de modis iniusti. de p̄portiona-
litate. de iusto distributiuo: de iusto cōmutatiuo. de lucro. de repassiōe. de numo. de indigētia. de iniu-
ria. de iusto ciuili. de iusto herili. de iusto economico. de iusto naturali. de iusto legitimo. de triplici no
cumento: quod aliis irrogatur. de pati iniuriā. de equitate et bonitate. de equo et bono/et quid equus
et bonus. et de eo quod est iniuriam facere. VI
¶ Sextus hec. de recta ratione. de duplici virtute. de partibus anime. et de principiis agendi. de ele-
ctione. de quincuplici habitu intellectus. de scientia. de arte. de prudentia: et quid sit. de intellectu. de
sapientia. de partibus prudētie. de bona consultatiōe. de sagacitate. de sententia. ad quid sapientia et
prudentia prosint. de insita virtute. de connexione virtutū et prudentie. VII
¶ Septimus hec. de heroica virtute. de cōtinētia. de incōtinētia fera. de incōtinētia ire. de defferētiis
voluptatum. de vicio humano. de incōtinente. de cōtinente. de molli. de constante. de speciebus incon-
tinentie. de pertinace. de voluptate. VIII
¶ Octauus hec. de amicitia. de speciebus amicitie. de amicitia in excellētia. de specieb⁹ rei publice.
de amicitia regia. de paterna. de economica. de fraterna. de sodalitia. de filiali. et duplici iusto. de cō-
pēsanda amicitia. de abdicatione. VIIII
¶ Nonus hec. quid amicis debetur. de soluēda amicitia. quomodo se sit habendū ad amicū. de operi-
bus amicitie. de prauis. de beniuolētia. de cōcordia. de beneficētia. de amatore sui. de felicis amicis.
de numero/de fortunis/de precipuo munere amicorū: et fugiēda amicitia malorū. X
¶ Decimus hec. de voluptate. de felicitate contēplatiua. de felicitate actiua. q̄ operatio precipuū sit
de operis peroratiōe. Sed hec omnia ex subiecta formula melius deprehenduntur. Et in adiecta for-
mula precedentes numeri libros designant: sequētes vero in vnoquoq́ librorū moraliū Aristotelis de-
signatos numeros.

¶Ars/habit⁹ recte faciẽdi. vt ars domificatoria: habitus est recte domos extruẽdi. et de arte in sexto
huius. ¶Nomine doctrine: sciẽtias/intellectus/sapientiãq; cõprehendim⁹. scientia eñi doctrina est:
recte ex demõstratione cognoscẽdi. Intellectus vero doctrina: recte principia intelligẽdi. et sapiẽtia/
intellectus/et scientia eorũ que in natura sunt maxime honorabilia. et de scientia et intellectu et sapi=
entia ampli⁹ in sexto hui⁹. voluit et Socrates moralẽ virtutẽ/doctrinã quãdã esse/bene beateq; viuen=
di: sed de ea amplius in secundo huius. Et artis operatio: ꝓprie effectio dicit. virtutis moralis: act⁹/
atq; actio. sciẽtie vero et intellectus et sapientie: contẽplatio. ¶Electio est voluntatis opatio: que ex
consilio ꝓuenit. ⁊ de electione in tertio ¶Triplex est vita. Vna effectiua qua viuunt ij qui aliqua arte
mechanica sibi vitã comparant. Altera actiua qua viuunt ij qui prudentie virtutibusq; moralibus in=
sistunt: vt fortitudini/tẽperantie/liberalitati/iustitie. Tertia est cõtẽplatiua qua degũt qui sciẽtijs et
sapientie incũbunt. Prima est ĩfima. Tertia/sũma: et actiua/media. Per primã imitamur deũ vt ar=
tificem vniuersorũq; actorẽ. per secundã vt ꝓuidentẽ. per tertiã vt separatũ/atq; in se in ocio et tran=
quillitate manentẽ. Prime vite operatiões/effectiões/opificiaq; nuncupantur. secunde/actus/actio=
nes atq; electiones. et tertie contẽplationes: vt precedẽtes continent annotatiuncule. Et cũ Aristote=
les dicit ars/vitã tangit effectiuã. Cũ doctrina/vitã cõtẽplatiuã. nã ⁊ sciẽtie et intellectus/et sapien=
tia doctrine sunt. cum vero dicit actus itidẽ ⁊ electio/vitã tangit actiuã moralẽ atq; administratiuã.
Igit oĩs vita/et effectiua et actiua et cõtẽplatiua hoĩbus boni gratia indulta est. ¶Appetere bonum
est suapte natura in bonũ ferri/instingui/inclinari/ordinariq;. ¶Omnia/oĩa ordinata. Ordinatorũ
regula. Semp imperfectiora perfectiorũ sunt gratia. homo eñi solus a sue nature diuinitate/suiq; fi=
nis rectitudine deuians: plerũq; suas operatiões ad deteri⁹ inordinat/ac peruertit. hinc pendet omẽ
malum/hinc luctus/hinc lachrime/hinc nostrũ exiliũ/hinc flagella experimur diuine clementie nos
oberrantes ad vite rectitudinẽ (ceu pius pater solet filios) reuocãtis frequenter: hinc durissima fata.
Et ad nostras operationes ordinandas/et ad nostre dignioris vite rectitudinem consequendam: hec

disciplina toto conatu nos adiuuat: viā prebet/et preceptorū face illuminat. hanc ergo tuti/precepto=
rum virtutis terite orbitam: qui boni/ qui recti/ quiqꝫ ordinati esse cupitis/et mementote frequenter
huius Stoicorum sententiole.
Semita certe
Tranquille per virtutem patet vnica vite.
Finis est gratia cuius quicq̄ est/quicq̄ue suscipit̄ agēdū. ¶ Finium quidā est suapte natura: qui=
¶ Finis est gratia cuius quicq̄ est/quicq̄ue suscipit̄ agēdū. ¶ Finium quidā est suapte natura: qui=
dam vero nostra indigentia. Finis suapte natura: semper natura melior est ijs que in ipsū ordinātur.
vt felicitas melior virtutibus. Finis aūt nostra indigentia: pro nostro indigentie modo melior est ijs
que in ipsum ordinantur. vt sanitas pro indigentia nostra: melior q̄ medicina. ⁊ grex: ꝓ indigētia no=
stra melior q̄ pastor. hinc fines artiū facit indigentia nostra a dignitate nature degenerare: prudens
autē in naturales fines dirigit. sunt eni factiui habitꝰ suapte natura actiuorū/ꝯtēplatiuorūqꝫ gratia.
Quo fit vt sine prudentia artes degenerēt/et eas in suos fines non dirigamꝰ. est enim prudentia oīm
certa regula. ¶ Opus est quod ex operatione relinquitur. vt ex domificatione domus. ¶ Diuitie sūt
possessiones vt agri/predia/greges/pecunie ⁊ similia: que diuina prouidentia boni vsus gratia mor=
talibus īpartitur. ¶ Ars architectonica/ars pricipalis/ars p̄cipua et que dominat̄. ¶ Frena/ephip=
pia/falere: equorum sunt ornamenta. quid frenum est: notum est. Ephippia/ selle quibꝰ equus insidet̄.
Falere vniuerse equorū instructure/ apparamentaqꝫ. ¶ Sed dubiū surgit quo pacto sequat̄ oīs ars/
oīs doctrina/oīs actus itidē et electio: bonū quiddā appetere vident̄. appetunt igit̄ omnia: bonū. cui
paucis satisfaciēdū est. Eorū que in rerū vniuersitate ordinata sunt: quedā ab ipo bono ꝓxime fluūt:
et hec ordinatissima sunt. quedā a natura/et hec secundū ordinationis tenent locum: et semper in ipsū
bonum/boniqꝫ assimilationē toto conatu nituntur: non impedita. quedā vero ab humana mente: vt ar=
tes/doctrine/actus/et electiones: quequidē minus ordinata sunt quandoquidē ab humana ratione/⁊
arbitrio (que mutabilia sunt: et que plerūqꝫ oberrāt) ꝓficiscunt̄/suāqꝫ ordinationē suscipiūt. Fit itaqꝫ
recte si omnis ars/omnis doctrina/omnis actus/et electio que minus ordinata sunt: bonum appetāt:
vt tanto magis reliqua que multo magis ordinata sunt: ipsum bonum appetant. Et hec argumenta=
tio omnis ars/omnis doctrina/omnis actus/itidē et electio bonum quiddā appetere videntur. igitur
omnia: bonum appetunt/non a parte ad totū: sed a minori ad maius intelligenda est. perinde ac si hoc
pacto argumentet̄. omnis ars bona est/igitur tanto magis omnis virtus intellectualis. Ars/ars me=
chanica atqꝫ seruilis. Neqꝫ hic referat quicq̄ sic enūciare: bonū est quod appetunt omnia/ vel hoc pa=
cto quod appetunt omnia/bonum est. Nam indignum/nefasqꝫ putetur: virtutum disciplinam sophis=
mate violari: verum et quamcunqꝫ aliam seriam/grauemqꝫ doctrinā. Sed hec logicalia missa facia=
mus. ¶ Et quia de expositione littere quapropter bene veteres bonū ipsum id esse dixerunt: quod om=
nia appetunt/inter Argyropilum et Leonardum controuersia est. nam leonardus propter articulum
grecum quod Aristoteles ab bonum adiecit: altiorem intelligentiam manifeste sensit. iccirco Leonar=
dus hoc pacto litteram interpretatus est/quapropter bene ostenderunt summum bonum quod omnia
appetunt. et Argyropilus articulum exprimens: per pronomen ipsum expressit/ vt primo in loco posi=
tum est. quāuis et pronomen ipse in sacris litteris nonnūq̄ diuina sit particula: vt tu autem idem ipe
es/et in sexto capite huius. quocirca licet hic aliquantulū illius diuinioris sensus gratia longiꝰ eua=
gari. Moralis certe vita nichil aliud est q̄ quedam in hominibus diuinorum imitatio/et quātum no=
bis conceditur ad diuina conformatio. et contra: malum nichil aliud est: q̄ ab huiusmodi diuinorum
imitatione abcessus/dissimilatioqꝫ. et omnia quecunqꝫ ordinata sunt/summo bono/summeqꝫ appetibi
li quantum sua natura fert: assimilari nituntur. vt homines per artes assimilantur quantum ipsis cō=
ceditur omnium rerum artifici. et per virtutes morales quibus res moderantur humane: assimilant̄
ipsi bono rebus omnibus prouidenti. et per scientias: assimilantur ipsi omnia scienti/per intellectus:
omnia intelligenti. et per sapientiam: ipsi summe sapienti. et hec sue summe bonitatis vestigia ipi pla
cere putant/ipsaqꝫ acceptare haud aliter q̄ principi numismata/sua quidem effigie insignita place=
re solent. Et inter omnia que deus omnium rerum parens/summaqꝫ bonitas in hoc sensibilium mun=
do clausit: nichil vsqꝫ adeo in tot/et tantis natum est ipsum imitari / et in tam pulchris sue bonitatis
dotibus atqꝫ vestigijs ipsi assimilari: atqꝫ ipse homo/qui diuinitatis sibi concessa sorte non abutitur/
quiqꝫ finem ad quē ipse natus est sequitur. Iccirco solus in hoc inferiori mundo felicitatis (quā pau=
lopost Aristoteles inuestigabit) capax est. Et re vera propter huiusmodi ad ipsum bonum toto natu=
re conatu assimilationem: ipsum bonum/summumqꝫ bonum omnia appetere dicūtur. Si enim omnia
a sole orta videres/et ea diutius contemplatus: videres vnūquodqꝫ quantum posset/quātumqꝫ sue vi=
res valerent niti assimilari ipsi soli/et quanto quid ipsi soli similius euaderet: tanto id melius esse co=
gnosceres atqꝫ felicius. quid tum in illo pulchro rerum certamine ad assimilandum soli existimares/
quid cogitares: nisi res omnes maxime solem desiderare/cuius tanto studio assimilationem querunt/
vestigiaqꝫ requirunt. et si possent/nunq̄ quiescerent priusq̄ ipsum solem essent assecute. sed de illo di
uiniore sensu hactenus. In quo patet neqꝫ Leonardum neqꝫ Argyropilum in sua translatione esse ca=
lumniandum. nunc autem ad littere declarationem procedamus.
¶ Primum caput quinqꝫ conclusionibus partitum est.
Primi capitis Commentarius ad litteram. ¶ Prima conclusio. Omnia bonum appetunt. Nam
1 omnis ars/omnis doctrina/omnis actus/identidem et electio: bonum quiddam appetere videntur.
appetunt igitur omnia bonum. Quo fit vt veteres bene bonum ipsum diffinierint: idipsum esse quod
omnia appetunt. ¶ Secunda conclusio. Quedam inter se finium diuersitas comperitur. Nam finiū
2 quidam est operatio. vt artis citharisandi finis: operatio est/fidium scilicet pulsatio/et quidam opus
ipsum. vt domificationis finis est ipsa domus: que quidem nō operatio sed opus est. finium igitur in=
3 ter se quedam diuersitas/ varietas/differentiaqꝫ est. ¶ Tertia conclusio. Quorum opera sunt fines:

opera ipſa ipſis operatiõibus preſtant/preſtabilioraqꝫ ſunt. Nam quorum opera ſunt fines: operatio-
nes ipſe ipſorum operum gratia ſuſcipiuntur. ſunt igitur talia opera ipſis operationibus preſtabi-
liora. finis enim ijs que in ipſum ordinantur: preſtabilior eſt. ¶ Quarta concluſio. Multarum ſcien- 4
tiarum et artium: multi fines exiſtunt. Scientiarum quidem. nam Arithmetice finis eſt numerꝰ/ nu-
meriqꝫ cognitio/ Geometrie magnitudo/ et Medicine finis eſt ſanitas/ et reliquarum ſcientiarũ finis
aliquis alius eſt. Artium vero. nam artis nauifactiue: finis eſt ipa nauis/ et artis militaris: victoria.
artis vero rei familiaris/ domuſqꝫ curande: finis eſt/ diuitie. notum igitur eſt multarum ſcientiarum
atqꝫ artium multos eſſe fines. et de actibus vt de ſcientijs et artibus idem eſt iudiciũ. ¶ Quinta con 5
cluſio. Quando varie artes ſub vna architectonica/ precipuaqꝫ arte continentur: ipſius architecto-
nice atqꝫ precipue artis finis: finibus aliarum artium principalior eſt. Ut artes quarum hec frenorũ
factiua eſt/ hec ephippiorum/ hec falerarum ſub arte continẽtur equeſtri. he autem/ et ars equeſtris/
omniſqꝫ ſua operatio ſub arte militari vt ſub architectonica/ precipuaqꝫ ꝯtinenẽ: ideo artis equeſtris
finis pricipalior eſt finibus artium frenorum factiuarum/ ephippiorum/ atqꝫ falerarum. et artis mi-
litaris finis principalior ac expetibilior finibus artis equeſtris/ et artium frenorum factiuarum/ re-
liquorumqꝫ apparatuum equorum. Nam artium effectiuarum huiuſmodi apparamentorum: gratia
finis ipſius artis equeſtris exiſtunt. et rurſus earum artium/ et artis equeſtris fines: ipius artis mi-
litaris gratia/ ſuiqꝫ finis conſimiliter exiſtunt. igitur finis equeſtris: finibus frenorum factiue et re-
liquarum predictarum artium expetibilior. et finis artis militaris: ipſius artis equeſtris fine/ fini-
buſqꝫ inferiorum artium itidem principalior/ expetibiliorqꝫ. ⁊ eque in omnibus promptum eſt cogno-
ſcere/ cum varie artes ſub vna architectonica/ precipuaqꝫ continebuntur: ipius architectonice finem
finibus ſub ſe contentarum artium principaliorem ac expetibiliorem eſſe. Et in hoc ars ipa imitatur
naturam. ſiquidem in tali proceſſu minus principales artes/ minuſqꝫ perfecte: perfectiorum ſunt gra
tia. id enim natura ipa facit. Et nichil hic refert an finis architectonice artis: operatio ſit/ an ſit opꝰ.
nã ſemp finibus inferiorum/ contentarumqꝫ artium principalior/ expetibiliorqꝫ habebitur. Et id non
modo in artibus verũ eſt: ſed et in ſcientijs et virtutibus idem quoqꝫ reperitur. vt ſi plures ſciẽtie vniꝰ
gratia ſuapte natura ſunt petite: earum fines illius fine minus precipue/ minuſqꝫ expetibiles ſũt. ⁊ ſi
plures virtutes vnius gratia expeti nate ſunt: illarũ quoqꝫ fines illiꝰ principalis virtutis fine minus
ſunt expetibiles. ſed de his hactenus.

J igitur quiſpiam rerum agendarum eſt finis: quem nos Cap. II. 6
s propter ſeipſum/ cetera autem propter hũc volumus: neqꝫ ſit vt omnia propter
aliud expetamus (eſſet enim hoc modo ſine vllo fine ſemper abitio/ atqꝫ hic no-
ſter appetitus inanis vanuſqꝫ reſultaret) conſtat hunc talem finem: ſummum bonum/
ipſumqꝫ optimum eſſe ¶ Et ad humanã igitur vitam: magnam huiuſce cognitio opem
affert. Nam vt ſagittarij ſignum habentes: magis id quod oportet attingere poſſumꝰ. 7
¶ Quod ſi ita ſit: enitendum eſt hunc ipſum figura quidnam ſit comprehendere: et cu-
ius ſit ſcientie vel facultatis percipere. ¶ Uidebitur autem eius eſſe: que maxime domi- 8
natur/ maximeqꝫ rationem ſubit architecture. Talem autem ſeſe offert ipſa ciuilis facul-
tas. hec enim et quas ſcientias in ciuitatibus eſſe/ et quales quemqꝫ diſcere/ et quouſqꝫ
oportet: inſtituere ſolet ¶ Eas preterea facultates/ que ſummis afficiuntur honoribus:
vt rei militaris/ reiqꝫ familiaris facultatẽ/ ac oratoriam artem/ huic ſubeſſe facultati vi- 9
demus. cum igitur ceteris actiuis ſcientijs hec vtatur/ et leges ferat: atqꝫ inſtituat quid
quiſqꝫ agere/ et a quibus abſtinere debeat: huius finis/ ceterarum omnium facultatum
continet fines. Quo fit vt hic finis ſit bonum ipſum humanum. ¶ Quanqꝫ enim vnius
hominis idem et ciuitatis eſt bonum: ciuitatis tamen comparare conſeruareqꝫ bonum/
maius atqꝫ perfectius eſſe videtur. Nam amabile eſt/ et ſi vni ſoli: maius autem atqꝫ di-
uinius eſt: ſi genti/ ciuitatibuſue ſit acquiſitum: partumqꝫ conſeruetur. hec igitur appe-
tit hec doctrina: cum ſit facultas quedam ciuilis.

Secundi capitis note. ¶ Uirtutum operationes/ et que ad ipſas perducunt: actiones nuncupa-
mus. ¶ Agenda et agibilia ſunt operationes ex virtute: aut ad parandam virtutem ſuſceptibiles/ itẽ
et ipſe ex operationibus acquiſibiles virtutes ¶ Ciuilis facultas eſt que circa amminiſtrationem le-
gum/ iuſtitieqꝫ legitime tota deſudat. et cum tres ſint reipublice ſpecies: regia/ optimatum/ et cen-
ſupotentum: hec ciuilis facultas vniuerſe diſpenſatiua iuſtitie: cuncta in rebus mortalibus in ima-
gine primi diſponens/ gubernans/ cunctiſqꝫ ſolicite prouidens: maxime debet in rege lucere/ poſt quẽ
in optimatibus/ et vltimo loco in cenſupotentibus/ in ceteris autem particulariter: vt hanc prouiden-
tie legem: tanqꝫ diuine gubernationis ſimilitudinem reuerenter admittentibus/ obſequentibus/ om-
nem vite honeſtatem proſequentibus/ et omne vicium tanqꝫ labem diuine aſſimilationi contrariam/
cumenidumqꝫ afflatum fugientibus. Lex enim et iuſtitia eſt adminiſtratorie dei prouidentie quoddã
Eurypides ſignaculum ac imago. et tanta lux de celo nobis effulſit: ⁊ vt inquit Eurypides etiam heſpero luciſe-
roqꝫ ſplendidior. ſua vero oppoſita: e ꝓfundis emerſere tenebris. Et hec moralis diſciplina que ethi-
cen/ polyticen et domeſticam complectitur diſciplinam: omnia continet que ſãcta ciuilis facultas au-
guſta quadam maieſtate exequi/ curare debet. Quo fit vt hac morali diſciplina nulla ſit accommoda-

tior regibus/optimatibus/et omnino rerum gerendarum administratoribus:nulla item subditis vti=
lior.et de huiusmodi iustitia et iustitie amministratiua facultate:quintus et octauus huius nonnulla
different vberius. Fit etiam recte vt ciuilis facultatis nomine:moralis philosophia audiatur/intelli=
gaturq;:vt ab ipsis possidetur:qui rempublicam gerere/gubernareq; habent. Nam hec disciplina in
illis gubernandi/atq; ad beatam vitam dirigendi habet autoritatem:in inferioribus autem obseque=
di legem. Quo fit iterum vt cum omnibus tum singulis prosit plurimum hec disciplina/tum superio
ribus tum inferioribus et subditis:presertim tamen in ipsis rerum agendarũ amministratoribus lu=
cet/consequiturq; principaliter suum finem.et nomen sibi asciscit:vt in illis ciuilis appelletur facul=
tas. ¶ Ut concluditur agendorum vnum finem esse qui agibilium summũ bonum est:ita quoq; et cõ=
templabilium vnum finem eorum summum bonum concludere liceret.et id quidem sapiẽtie contem=
platio est. Et sensibilium vnum finem/eorumq; optimum:id autem homo est. Et cum duplex sit vita:
hec actiua/illa vero ꝯtẽplatiua.actiue vite summum bonum hoc in loco proponit Aristoteles/ qui fi=
nis agibilium est:et in decimo huius moralis institutionis:vite contemplatiue summum bonum pro=
sequitur. Et quoniã iam diximus moralẽ vitam nichil aliud esse q̃ diuinorũ quandã imitationẽ/ assi=
milationẽq;:pium est vnde he duc vite pendeant:intentionẽ philosophorum agnoscere. Deus eni qui
idem vniuersorum summũ bonum est bifariam consideratur. vno modo vt in se manẽs diuinitate ple
nissimus/sapientissimus/per se sufficientissimus/felicissimus/et seipsum solus vt est cognoscens: alio
vero modo quasi seipsum extra propagans/et sue bonitatis exuberantiã late diffundens/ cuncta dis=
ponens/gubernans omnia/cunctisq; prouidens sufficientissime. Per vitã itaq; contemplatiuã / nos
huius vite boni summitatem(quantum mortalibus conceditꝛ)adepti:ipm imitamur in sua diuinitate
manentẽ/seipsum vt est contẽplantẽ/sapientissimũ/optimumq; rerum omniũ finẽ. Per vitã vero acti=
uam(si in ea recte viuamꝰ)ipsũ imitamur:vt rebus omnibus suã bonitatẽ cõmunicantẽ/oĩa suauiter
disponentẽ/sapiẽter gubernantẽ oĩa/oĩbusq; solicite ꝓuidentẽ/et vt optimũ atq; felicissimũ rerũ oĩm
patrẽ atq; regẽ. Et quẽadmodũ per hec sensibilia ad inuisibilia dei rite aspiramus:ita quoq; ex agi=
biliũ vita:ad contẽplatiuã recto ordine assurgendũ est.est enĩ actiua amministratiuaq; vita:vt terre=
na et sensibilis/cõtẽplatiua vero:vt diuina/atq; iuisibilis. Et cũ Aristotelicus philosophãdi mos sit
semper ex sensibilibꝰ nos ad diuina traducere:nichil mirũ hic videri debet si primo de felicitate acti=
ua ꝓsequitꝛ/et si primo summi boni vite actiue nobis proponat exemplũ:ad quod vt ad signum totam
actiue mentis aciẽ intendamus/et oẽs nostras dirigamus actiones.
¶ Secundum cap.tribus conclusionibus et vno correlario partitum est.
Secundi capitis Commentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Rerũ agendarũ vnꝰ est finis:qui
6 agibiliũ summũ bonũ est. Nã si vllus est rerũ agendarũ finis quẽ propter seipm et reliqua agibilium
oĩa:propter eundẽ velimus/neq; ipse iterũ inter agibilia alterius gratia petendus sit:is profecto agi=
bilium summũ bonũ est.atqui rerum agendarũ talis vnus finis est:qui propter seipsum est/et propter
quẽ reliqua oĩa expetimus agibilia/et qui rursum inter agibilia non alterius expetitur gratia. alio=
quin si inter agibilia semper alterius expeteretꝛ gratia:hic processus euaderet infinitus et noster na=
turalis appetitus irritus/vanusq; haberetur.id autẽ ita esse non potest.nam nichil in natura frustra/
vanum/ociosumq; fit vnq̃.in rebus igitur agendis vnus est finis:qui agibiliũ summum bonum est.
¶ Secunda conclusio. Plurimum ad nostrã vitam conducit:huius summi boni cognitio. Nã ad ip=
7 sum cognitum omnes actiones/operationesq; nostras dirigemꝰ:haud secus ac sagittarij omnes : sa=
gittas dirigunt ad signum.atqui hoc facientes facilius nostrũ finẽ adipiscemur.cõducit igitꝛ ad no=
stram vitã non parũ:huius summi boni cognitio. ¶ Correlariũ. Quapropter quid huiusmodi bonũ
8 sit/et cuius facultatis annitendũ est rudi minerua comprehendere. Nam vt dictũ est id cognoscere ad
nostrã vitã conducit/momentũq; habet plurimũ. ¶ Tertia conclusio. Id summũ agibiliũ bonũ/ op=
9 timusq; finis:ciuilis facultatis esse videtur. Nec ab re quidẽ. ¶ Primo. nam merito eius facultatis
existit:que maxime dominatur/presidetq;/et que maxime omniũ vt architectonica/principalissimaq;
est.talis autem est ipsa ciuilis facultas:vtpote que omnia in ciuitatibꝰ instituat/ vt que discipline se=
quende/quid discere oporteat/et quantum/et quid fugere.igitur eius est summꝰ agibiliũ finis. ¶ Se=
cundo huic. facultati summũ agẽdorꝫ bonum iure tribuendum est:que actiuas facultates honoratis=
simas sub se continet et que illis vtitur.nã perfectio eius finis:aliarũ fines facultatum merito conti=
nebit.atqui ciuilis facultas talis esse videtur .continet enim sub se facultates rei militaris et oratori=
am que honoratissime sunt:et domesticã/et reliquas omẽs actiuas disciplinas/illisq; vtitur quotiens
earum operam desiderat:aut vt leges ferat/aut vt quid agendũ sit instituat/a quoue sit abhorrendũ/
abstinendumq;.id igitur summum bonũ:ciuili facultati tribuendũ est ¶ Tertio.huic facultati id sũ
mum bonũ asciscendũ est:que plurimum bonũ intendit:vt que magis sit diuini boni/ summeq; emula
prouidẽtie. q̃uis enĩ simile sit vnius bonũ/et cõmunitatis bonũ:maius tamen/ perfectius ac diuinꝰ
ipi cõmunitati bonũ comparare/comparatũq; conseruare q̃ vni soli.⁊ si amabile sit hoc pacto vnius
bonum:amabilius tamẽ gentis/ciuitatũq; bonum.nã id pulchrius/amplius/ diuiniusq; habetur. at
ciuilis facultas maxime omniũ:pluriũ/atq; cõmunius bonũ intẽdit.ac circa id sua tota desudat ope
ra.igitur summũ agibiliũ bonũ/optimusq; eorũ finis ciuili facultati merito tribuendũ est. Et de iu=
stitia que huius facultatis robur existit:quintus huius diligentius discutiet/eritq; eo in loco id noti=
us quod iam hic rudi quasi effigie pretactum est. Cap.III.

10 Icet autẽ satis/si declarabitꝛ perinde atq; subiecta materia postulat.ipsũ enĩ ex=
D actum non est in oibus simili modo rationibus flagitandũ:sicut nec in iisce que
per artẽ conficiuntꝛ. ¶ Honesta autẽ et iusta de quibus ciuilis cõsiderat tantã dif
ferentiã/erroremq; habent:vt lege tantum esse videãtur/et non natura. talem etiã quẽ=

dam errorẽ habent et ipsa bona: quia cõpluribus/ ex ipis accidunt detrimenta. iã eni q̇dã ob diuitias: quidã ob fortitudinẽ periere. amabile igit̃ est de talibꝰ atqꝫ ex talibꝰ dicẽtes: grosso modo/ figuraqꝫ verũ ipsũ ostendere: et de ijs que sunt plerũqꝫ/ atqꝫ ex talibꝰ dicentes talia et concludere. eodẽ modo et vnũquẽqꝫ auditorẽ ea que dicuntur acceptare oportet. est eni eruditi exactũ ipsũ eatenus in vnoquoqꝫ genere flagitare: quatenꝰ fert ipsius rei natura. ¶ Simile nãqꝫ videt̃ esse mathematicũ suadẽtẽ ꝓbare: et ab oratore demõstratiões exigere. ¶ Atqui bene quisqꝫ iudicat ea que cognoscit: et ipsorũ bo- 11
nus est iudex. is ergo in vnaquaqꝫ re bene iudicat qui in illa est eruditus. absolute autẽ qui est ĩ oĩbus eruditꝰ. quapropter iuuenis/ ciuilis discipline nõ est idoneꝰ auditor. Est eni rudis actuũ vite. Ex his aũt/ et de his ipse ratiões efficiunt̃. ¶ Preterea cũ ꝑturbationes sequat̃: vane/ sineqꝫ vtilitate audiet: quippe cum finis non cognitio sit/ sed actio. Interest autẽ nichil iuuenis sit etate/ an moribus iuuenis similis. non eni defectio est ob tẽpus. sed q2 viuit et persequit̃ singula cũ ꝑturbatiõe. talibꝰ eni inutilis fit ipa cognitio: perinde atqꝫ incõtinentibus ipsis. ¶ His aũt qui suas rationi subijciũt appetitiones/ cũ 12
rationeqꝫ agũt: magnã afferre potest vtilitatẽ. De auditore igitur et quonam modo rationes sunt acceptande: quidqꝫ ꝓponimus: tot exordij loco sint dicta.

Tertij capitis note. ¶ Dicuntur pleraqꝫ et honesta et iusta: errorem/ discrepantiãqꝫ habere ꝙ vno tempore facta et honesta et iusta sunt/ alio vero inhonesta atqꝫ iniusta. et vno loco facta ⁊ personis quibusdã: honesta et iusta/ alio vero loco/ alijsqꝫ personis inhonesta atqꝫ iniusta. ¶ Ex his autẽ et de his ex his dicitur propter principia que in ratiocinationibus prudentis sumuntur que de agendis actibusue humanis sunt. et de his dicitur propter conclusiones que ex illis principijs colligunt̃. que quidem etiam sunt de actibus humanis. ¶ Defectio/ impedimentum consequende vtilitatis ex auditione huius discipline. ¶ Q; notat Aristoteles multos iam propter diuitias/ et alia pleraqꝫ similia bona perijsse: clamat hoc et Satyricus.

Iuuenalis Nocitura toga: nocitura petuntur
Militia/ et torrens dicendi copia. multis
Et sua mortifera est facundia. viribus ille
Confisus perijt/ admirandisqꝫ lacertis.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat: et cuncta exuperans patrimonia census.

Ergo/ ne in hec fortune bona ruat; ꝓcipitiores/ ne tot curis/ tot vigilijs/ totqꝫ sudoribꝰ vestra querite detrimenta. sed virtutẽ querite magistrã que vos mediocritate contentos esse oportere docebit. siquidẽ rerũ mediocritas (vt sapiẽti Soloni placet) nõ rerũ copia felicẽ facit. ¶ Iuuenis nõ tantum ꝙ etate iuuenis sit hic intelligit̃: quantũ qui iuueniles affectus/ voluptatesqꝫ ac perturbationes sequit̃/ vt plerũqꝫ ea in etate iuuenes facere solent. Quo fit vt quis statim deprehendatur iuuenis cui studiũ de moribus non sapit/ et qui de voluptatũ blandicijs sermones libenter admittit: etsi etiã etate sit canescens. Qualis aũt sit etate iuuenis et q̃ perturbationibus obnoxius nos docet Horatius.

Horatius Gestit paribus colludere/ et iram
Colligit/ et ponit temere/ et mutatur in horas
Imberbis iuuenis. tandem custode remoto
Gaudet equis/ canibusqꝫ/ et aprici gramine campi.
Cereus in vicium flecti/ monitoribus asper/
Vtilium tardus prouisor/ prodigus eris.

Sed O iuuenes presertim quos studioꝝ detinet amor si virtutũ studia nõ sequimini: viciũ rete suũ tetendit in quod protinꝰ decidatis precipites ac miseri. Due eni vie sunt: hec virtutis/ illa vero vicioꝝ. et vt in viã virtutis ambuletis/ aut in amplissima viciorũ deuia oberretis necesse est. Et proinde vos idem autor ex Stoicoꝝ preceptis ad virtutis studia totis viribus/ totisqꝫ lacertis incumbere ammonet hunc in modum.

Et ni
Idem Posces ante diem librum cum lumine/ si non
Intendas animum studijs/ et rebus honestis:
Inuidia vel amore vigil torquebere. nam cur
Que ledunt oculos festinas demere: si quod
Est animum/ differs curandi tempus in annum.
Dimidium facti qui cepit habet/ sapere aude.
Incipe: viuendi qui recte/ prorogat annum
Rusticus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur/ et labetur in omne volubilis euum:

¶ Nomine ciuilis facultatis hic moralẽ philosophiã audi. ¶ Perturbatiões/ affectiones: vt ire/ cupiditates/ odia/ inuidie/ et similia ¶ Incontinentes sunt qui sanum iudicium habẽt: sed perturbationibus vincuntur: qualis apud poetas fingitur Medea.

¶ Tertium cap. tribus conclusionibus partitum est.

Tertij Capitis Commentarius ad litteram ¶ Prima conclusio. In hac tradenda disciplina non 10

passim exacta/demõstratiuaq; certitudo expetẽda est. ¶ Primo. nam vt in artificũ operibus nõ oĩno
similibus rationibus certitudo querenda est: vt in consequendis disciplinis. sed in eis ipsis veritatem
tantum indagare satis est: quantũ earũ natura postulat/ materiaq; ipsa requirit. igitur et in hac tra=
denda disciplina satis esse putandum est: si perinde verum perquiretur: atq; materia ipsa postulat/
ac requirit. ¶ Secundo. pleraq; honesta et iusta (de quibus moralis considerat) tantam differen=
rentiam et discrepantiam habent: vt lege tantũ et non natura cõstare videant̃. itidem et pleraq; bona
circa que versatur: ob nonnulla detrimenta que frequenter ab illis contingunt. iam enim multi ob
diuitias periere/ multi item ob fortitudinẽ. igitur in taliũ perquisitione non exacta certitudo querẽda
est. sed satis erit in talibus rudi modo / et figura quadã verũ peruestigare: et ex ijs que vt plurimum
sunt: similia/ et que vt plurimũ cõtingũt/ cõcludere. sic et vnũquẽq; auditorẽ que dicũtur omĩa: secũdũ
eorũ materiã recipere oportet. est enĩ eruditi catenus exacte verũ in vnoquoq; docendi genere exigere:
quatenus eius natura rei admittit. ¶ Tertio. ridiculum est mathematicum probare suadentem/ et ab
oratore demonstrationem exigere. simile enim id est. igitur et ridiculũ erit in hac disciplina (verũ et in
reliquis omibus alijs) rationibus quidem adhibitis vt materia ipsa postulabit: non abire contentum
11 ¶ Secunda conclusio. Iuuenis non est huius discipline consentaneus/ idoneusq; auditor. ¶ Primo
quia vnusquisq; bonus iudex est eorũ que nouit/ et singula recte iudicat qui in singulis est eruditus. vt
eruditus grammaticus: grãmatica/ et eruditus rhetor rhetorica. et omnino omĩa recte iudicat: qui in
omnibus eruditus est. at iuuenis rudis est et ineruditus actuũ/ operationũq; vite: de quibus tamen in
hac morali disciplina: omnis ratio/ sermoq; habetur. non igitur iuuenis recte iudicabit. quapropter
neq; erit huius discipline aptus/ idoneusq; auditor. ¶ Secundo. haudquaq; putabitur huius disci=
pline conueniens auditor: qui ex hac disciplina nullam suscepturus est vtilitatẽ. atqui iuuenis ex hui⁹
discipline studio: vtilitatẽ nullam suscipiet: nam perturbationum sequax est. et huius discipline finis:
actio est/ non cognitio. non erit igitur iuuenis huius institutionis: conueniens/ idoneusq; auditor. Et
nihil hic refert an etate iuuenis sit an incõpositis moribus iuueni similis. neq; ob tẽpus iuuenem dici=
mus: sed quia quis viuit vt iuuenis/ singula cũ animi perturbatione prosequens. et reuera quicunq;
sunt tales/ ijs inutilis erit huius discipline cognitio: haud secus incõtinentibus sana cõsilia. nec ali=
ter q̃ egrotantibus sana medicorũ consilia audientibus: nihil quidem facientibus. ¶ Tertia cõclo.
12 Qui suas cupiditates rationi subijciũt: apti fiũt huius discipline auditores. Nam huius discipline
perceptio: multam illis accõmoditatem affert: vt que eos secũdum rectam rationem/ et absq; pertur=
batione in vnaquaq; virtute ad operandum in vita ipsa dirigat/ queãdmodũ ex sequentibus elucescet
amplius. Sed circa quid hoc negociũ: nam circa summum nostrarum actionum bonum/ et quo pacto
rationes huius discipline sint exquirende/ qui eius idonei/ et qui inidonei futuri sint auditores: hacte=
nus satis sit dictum.

Cap. IIII.

Unc autem repetentes dicamus: cum omnis cognitio atq; electio bonũ quod=
13 n dam affectet: quidnam sit id quod ciuilem appetere dicimus facultatem/ ꝛ quid
omnium rerum agendarum supremum sit bonum. ¶ Nomine igitur omnes fe=
14 re de ipso consentiunt. Nam et vulgus et elegantes felicitatem inquiunt esse. atq; bene
viuere/ bene agere/ et felicem esse: eadem esse putãt. De felicitate autem quenam sit dis=
sentiunt: et non similiter vulgus/ ac sapientes eam assignant. quidam enim vnum quid
eorum que clara/ manifestaq; sunt ipsam esse putant: vt voluptatem aut diuitias/ aut
honorem. quidam aliquid aliud. persepe etiam vnus/ idemq; diuersum. Nam cũ egro=
tat/ sanitatem: cum pauper est/ diuitias. ignorationis vero conscij sue: eos admirantur
qui magnum aliquid et vltra vires ipsorum dicunt. quidam autem preter hec plura bo=
na: aliud quoddam per se ess[e] putabant: quod quidem ꝛ his vniuersis vt sint bona cen=
suere causam esse. omnes igitur opiniones scrutari superuacaneum est fortasse. Satis
autem erit: si eas scrutabimur que maxime extant/ aut rationem aliquam habere viden=
tur. ¶ Atenim ne lateat nos: eas inter sese rationes differre que a principijs proficiscun=
15 tur: et que ad principia pergunt. Recte enim et Plato dubitabat atq; querebat: vtrum a
principijs/ an ad principia sit ipsa via: vt in stadio/ ad calcem ex ijsce qui premia ponũt/
an cõtra. Eniuero semper est a notis incipiendum. hec autem duobus modis talia sunt
alia nanq; sunt nobis: alia simpliciter nota. nobis igitur forsitan ex ijs incipiendum est:
que nobis nota. ¶ Quocirca bene institutum moribus eum esse oportet: qui de hone=
16 stis et iustis: et omni ciuili ratione est sufficienter auditurus. Est enim principium ex se.
atq; si hoc satis constet: non opus erit ipso cur est. talis autem aut habet principia: aut
accipere facile potest. cui vero neutrum horum inest: is Hesiodi sententiam audiat hisce
carminibus explicatam.

Optimus ille quidem est: ex sese qui omnia nouit:
Perceptis que post et semper sunt meliora.
Is rursus bonus est paret qui recta monenti.

At qui ex se/nescit:cuiqꝫ nec porrigit aures
Ut bona percipiat:demens et inutilis ille est.

Pyrrho / Eurylochus / zenophanes / Aristippus. / Epicurus / Eudoxus / Cirenaici

Quarti capitis note. ¶ Sedecim de felicitate opiniones. Nulla voluptas.diuitie.honor. sanitas. scientia.idea.pulchritudo.robur.genus.virtus.prudentia.sapientia.aggregatū .bene agere. virtutis vsus. ¶ Prima est felicitatem tollentium vt Pyrrhonis heliēsis/Eurylochi/ zenophanis:et similium nullum bonum aut malum esse astruentium: sed hec dudum ab omni schola irrita/ atqꝫ explosa est. ¶ Secunda est ponentium voluptatem vt Aristippi/et Epicuri ⁊ Cirenaicorū/et cocorū Epicuri et Eudoxi Gnidij: sed qui voluptates corporeas que momentanee sunt tam perdite persequūtur: eos pariter irridet et ammonet ꝙ vane sint cogitare poeta hunc in modum.

Anguste/misereqꝫ breuissima vite
Portio dum bibimus/dum serta/vnguenta/ puellas
Poscimus: obrepit non intellecta senectus.

Cresus / Midas / Damasipp⁹ / Horatius

Tertia est ponentiū diuitias felicitatem esse. vt Lydius Cresus/Midias Phrygius: et similes fecere.⁊ auarus ille qui iussit heredes suos suo sepulchro insculpere: quantum hereditatis quisqꝫ accepisset:quo quantū felix ipse fuisset:agnosceret posteritas.de quo inquit Damasippus Stoicus

Quoad vixit credidit ingens
Pauperiem vicium/et cauit nil acrius.vtsi
Forte minus locuples vno quadrante: periret.
Ipse videretur sibi nequior.

He diuitum sunt sententie et hironie satyricorum

Omnis enim res
Uirtus/fama/diuina/humanaqꝫ pulchris
Diuitijs parent.quas qui cōstruxerit:ille
Clarus erit/fortis/iustus/sapiens/etiam rex
Et quicquid volet: hoc veluti virtute paratum
Scilicet vxorem cum dote/fidemqꝫ/et amicos
Et genus/et formam regina pecunia donat
Ac bene nummatum decorat suadella/venusqꝫ.

Et vniuersaliter omnes auaros huius esse perditissime secte Satyricus hoc carmine taxat.

Iuuenalis

Qui mirantur opes:ij nulla exempla beati
Pauperis esse putant.iuuenes hortantur:vt illam
Ire viam pergant/et eidem incumbere secte.

Periander / Lycophron / Ualerianus / Herilus / Socrates / Epicharm⁹ / Sphereus / Plato / Orpheus / Narcisus / Milo / Atlete / Iuuenalis

¶ Quarta est eorum qui ponunt felicitatem esse honorem. vt Periander Corinthius. Lycophron: et ferme ambitiosi quiqꝫ. Sed ꝙ honores defluxa sint bona: declarauit fortune Ualeriani Augusti instabilitas:qui doctrina et eloquentia clarus/et conspicuus honoribus contra Persas agens incaute/ in potestatem regis Persarum incidit:et ignominiosa seruitute apud eum cōsenuit. vt ipse senex acliuus humi:regem equum ascensurum/ non manu:sed dorso semper attolleret. ¶ Quinta est ponentiū esse sanitatem vt qui aduersa valitudine laborant ¶ Sexta est ponentiū esse scientiā. vt Herilus Calcidonius opinatus est ⁊ Socrates Socratici discipuli:et ignorantiū ꝙplurimi ¶ Septima est ponētium felicitatē esse ideam.et hanc Epicharm⁹/Sphereus/Plato/suiqꝫ sequaces induxerūt ¶ Octaua est ponentium eam esse pulchritudinem. et hanc Orpheus sub Narcisi fabula velauit.huic succūbunt opinioui molliculi quidam qui se curiosiuscule more mulierum et comunt et ornant. ¶ Nona est eorum qui eam corporis fortitudinē esse putant. vt Milo Crothoniensis et Atletarum pars plurima. ¶ Decima est eorū qui credunt esse nobilitatē vt quidā qui propter genus tument et fastidiosi quidā homines a quibus nullo respectu ceteri contemnūtur(vt Satyricus inquit) Ceu viles puli:nati infelicibus ouis. At de veris nobilibus nullus hic sermo est:in quibus parentū hereditaria virtus elucet et qui vicissim suis ꝟtutib⁹ ac officijs nitescūt/atqꝫ micāt.nā hi hoim gnosissimi/modestissimi humanissimiqꝫ sunt:neqꝫ ab auita probitate quicꝙ degenerant.

zeno / Cleantes / Possidoni⁹ / Hecato / Antisthenes / Diogenes / Horatius / Bion / Bias / Thales / Pittacus / Aristoteles. / Hesiodus / Ualensis

¶ Undecima est ponentiū esse virtutem vt zenonis Cittiei/Cleātis/Possidonij/Hecatonis/Diogenis/ Babilonici et aliorū Stoicorū.Et summum felicē:sapientē vocant.quē Horatius ꝙ illi plus equo tribuūt imoderatiusqꝫ:hoc modo irridet.

Ad summam sapiens vno minor est Ioue:diues/
Liber/honoratus/pulcher/rex deniqꝫ regum
Precipue sanus:nisi cum pituita laboret.

¶ Duodecima est ponentium esse prudentiam: vt Bionis Boristhenitis. ¶ Decimatertia est ponentiū esse sapientiam vt Biantis Prienei ¶ Decimaquarta est ponentiū esse ex his aggregatum. vt Thaletis Milesij ¶ Decimaquinta est ponentiū idem esse felicem esse et bene agere. vt Pittaci Mythilenei. ¶ Decimasexta est ponentium felicitatem esse virtutis vsum/ac operationem imo optime virtutis: vt Aristoteles/ Aristotelicique omnes ponunt. Sed hec longius prosequi nimium esset. ¶ Stadium est octaua pars miliaris:centum vigintiquinqꝫ passus continens. ¶ Carmina Hesiodi in commentario adiecta: sunt Nicholai Ualensis nobilis rhomani qui adolescens Georgicon traduxit Hesiodi qui et in prima iuuenta fatis concessit.

¶ Quartum cap.tribus cōclusionibus et vno correlario partitum est.

Quarti capitis Cōmentarius ad litterā ¶ Prima ꝯclo. Expetit cognoscere quid id supremū bonū sit ad quod hec moralis facultas nos intendit perducere. Nam superius dictū est omnem doctrinam/ 13
pariter et electionē bonum quoddā appetere.hec autem facultas doctrina quedam est. bonum igitur quoddam affectat.et id summū rerum agendarum bonum iam esse dictum est.expedit igitur quid sit huiusmodi summum bonū cognoscere. ¶ Secunda conclusio. De summo bono veteres in aliquo cō= 14

senserunt/dissenseruntqꝫ in aliquo. Nam ferme omnes in nomine consentiunt ꝙ summum humanum
bonum: vocetur felicitas. consentiunt et bene viuere/bene agere/et felicem esse: vnum/idemqꝫ esse. At
vero dissentiunt quenam res ea sit felicitas: nec vulgus eodem modo id assignat/atqꝫ sapientes. non-
nulli enim eorum in patentibus/ manifestisqꝫ bonis ipsam felicitatem collocant: hi in voluptatibus/
hi in diuitijs/ quidam vero vno tempore vnum/⁊ alio tempore aliud: vt egri bonam valitudinem feli-
citatem putant/ ijdem facti sani sed pauperes: diuitias tunc putant felicitatem. diuites autem facti
sed ignari: sententiam mutant felicitatemqꝫ iudicant scientiam: summe admirantes eos qui mag-
num aliquod et supra eorum captum ex scientia memorantur/atqꝫ possunt. alij vero contendunt felici-
tatem esse bonum quoddam per se atqꝫ separatum: vt ideam/quod causa sit omnibus predictis vt bona
existant. sed omnes recensere opiniones ferme superuacaneum esset. ⁊ satis hoc in loco fuerit si ee que
15 apparent/et aliquam persuasionis pre se ferunt apparentiam: discutiantur. ❡Tertia conclusio. Ra-
tiones que a principijs proficiscuntur alie sunt ab ijs: que pergũt ad principia. Nam propter hoc re-
cte Plato dubitabat/querebatqꝫ an in disciplinis a principijs/ an ad principia via sit. quemadmodũ
currentibus in stadio cum ad finem premia ponuntur/aut contra cum ponuntur ad principia: cursus
est nunc a principio et nunc ad principium. sed huic dubitationi Platonis satisfacere promptum est:
semper esse a notioribus incipiẽdũ/et bifariam notiora esse: et simpliciter/et quo ad nos. et cum nobis
principia nota non sint a notioribus nobis/ad principia ꝓcedimus. cum vero ea nota et reliqua igno-
ta: ab ipsis procedimus ad reliqua. Et ferme cum adhuc rudes ad aliquam doctrinarum primum
16 iter arripimus: a notioribus nobis ad principia/prima via nobis est. ❡Correlariũ. Quo fit vt bene
moribus educatum esse oporteat eum: qui in hac disciplina de honestate/ iustitia/omniqꝫ moralis vir-
tutis ratione: sufficienter est auditurus. Nam pricipia ex se et non per alia principia: cognita esse de-
bent. et cui hoc sufficienter constiterit certumqꝫ habebitur: non queret cur principia vera sint. atqui
bene moribus educatus est: aut iam huius doctrine principia tenet/aut facile a recte docente recipiet;
qui autem; neqꝫ principia ipsa habet: neqꝫ facile a docente recipiet audiat Hesiodum.
Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro.
Prospiciens rerum fines: meliora secutus.
Dignum laude virum parentem recta monenti:
Credimus. ille tamen sibi qui non consulit/et qui
Alterius precepta fugit: vir inutilis ille est.

Cap. V.

17 Ed nos eo redeamus vnde digressi sumus. Summũ eñi bonũ felicitatẽqꝫ non
8 sine ratione ex viuendi modo videntur existimare: vulgus quidem et importu-
nissimi: voluptatem. Quapropter et deditam voluptatibus vitam amãt. Tres
enim sunt maxime que precellunt: ea que nunc dicta est: et ciuilis: et contemplatiua ter-
18 tia. ❡Vulgus igitur mancipij simile penitus esse videtur: pecorum vitam diligendo.
habet autem rationem ꝙ complures eorum qui sunt in potestatibus constituti: perinde
19 atqꝫ Sardanapalus viuunt ❡Elegantes autem et ad agendum idonei: honorem. Ho-
nos enim finis fere ciuilis est vite. Videtur autem ab eo distare quod querimus. nam
in ijs potius qui afficiunt: ꝙ̃ in ijs qui afficiuntur honoribus: esse videtur. summum au-
tem bonum proprium quid: taleqꝫ esse vaticinamur vt auferri facile nequeat. ❡Preter-
ea honorem persequi videntur: vt seipsos bonos esse credant. itaqꝫ a prudentibus/ et
apud eos qui ipsos cognoscunt: et ob virtutem honoribus affici querunt. constat igi-
tur secundum hos ipsos: honore prestabiliorem esse virtutem. ❡ Atqꝫ forsitan et finem
20 quispiam ciuilis vite magis hanc esse putauerit: verum ⁊ ipsa videtur imperfectior esse.
Videtur enim posse virtutem habentem: et dormire/aut non agere quicq̃ per vitam/et
insuper in maximis malis atqꝫ aduersitatibus fortune positum esse. eum vero qui ita se
habet: nemo felicem dixerit: nisi qui positionem obseruat. Sed hec hactenus. satis enim
de his est et in conuersionibus dictum. De contemplatrice autem vita: quam tertiam di-
21 ximus: in sequentibus considerationem faciemus. ❡Ea vero que pecunijs incumbit:
violenta quedam est vita. Ipseqꝫ diuitie: non sunt id quod querimus bonum. vtiles
enim sunt et ob aliud. quapropter ea que prius sunt dicta: potius quispiã fines esse exi-
stimauerit: quippe cum propter se expetantur. at neqꝫ etiam illa videntur: quanq̃ ad
Et hec nihil aliud volunt nisi iuuenũ animos pulchris exemplis esse formandos/ et egregijs aliorum factis ad probitatẽ inflammandos. Procul eñi ab ipsis sint exempla Catulli/ procul molles cupidi=

nes/molles arcus/mollesq pharetre/molles elegie/ epigrammata et lenonū comedie et omīno omnis
ea lectura ad quam Seuerus Cato minime suos admitteret liberos.
¶ Mores/ virtutes morales
¶ Primū cap. tribus conclusionibus partitum est.
Primi Capitis cōmentarius ad litteram ¶ Prima conclusio. Intellectiua virtus experientia in-
diget/et tempore. Nam cum duplex sit virtus: intellectiua scilicet et moralis (vt paulo ante superius 1
dictum est) intellectiua plurimū ex doctrina generationē habet/atq augmentū. eget igitur experien-
tia/et tempore ¶ Secunda cōclusio. Nulla virtutū moralium: natura nobis inest. Primo. nam virtus
moralis omnis: ex consuetudine comparatur. vnde & nomen suum traxit perparum a more declinans 2
nulla igitur talium nobis a natura inest. ¶ Secundo. nihil eorum que natura assunt: aliter assue-
scit. vt lapis cuiꝰ natura est deorsum ruere: numq̄ assuescit sursum ferri/etiam si millies illum assue-
faciendi gratia sursum quis propellat. simili quoq modo nec ignis deorsum ferri consuescet vnq̄/nec
aliud quicq̄ aliter assuescet: q̄ in sua natura situm est. morales ergo virtutes minime nobis natura
insunt/imo neq preter naturam: sed sumus ad illas suscipiendas natura propensiores/ac idonei: atq
consuetudine perficiūtur. moralis igitur virtus minime nobis a natura inest. ¶ Tertio. cum que no-
bis natura assunt: eorum potentias prius accipimus/deinde operationes reddimus: vt plane licet in
sensibus intueri. non enim quia vidimus/audiuimusue frequenter: sensus accipimus. sed cōtra: quia
sensus habemus/illis vtimur. at vero morales virtutes prius operari accipimus. sed cōtra: quia
artes omnes. Nam in artibus posteaq̄ acceperimus que facere oportet: ea faciendo addiscimus: vt
edificando edificatores efficiuntur/ & citharam pulsando citharedi. ita quoq et iusta operando iusti/
et modesta modesti/ & fortia fortes efficimur. moralis igiť virtꝰ minime nobis a natura inest ¶ Quar-
to. legūlatores ipsos ciues assuetudine bonos efficiunt/ et omnis legūlatoris hec voluntas scilicet ci-
ues bene assuefacere. et qui bene id non egerint: peccant. et per hoc ipm bona respublica a republica
male instituta differt: constat igitur ex ijs que in ciuitatibus fieri solent: morales virtutes nobis na-
tura non adesse. ¶ Tertia conclusio. Virtus moralis ex operationibus gignitur. Primo. Nam omis
moralis virtus ex similibus et simili modo et fit et corrumpitur vt ars. ars autem ex operationibus 3
acquiritur. vt et rudes/et prompti fiunt citharedi: ꝙ citharam pulsent/ simili modo et edificatores ꝙ
edificent/et ceteri artifices omnes. sed qui bene edificant: boni edificatores/qui vero perperam: mali
euadunt edificatores/atq fabri. igitur simili quoq pacto et virtus moralis ex operationibus gigni-
tur. ¶ Secundo. nisi artes operationibus gignerentur/non esset opus docente qui operationem ostē-
deret: sed omnes boni aut mali essent artifices. igitur et ita est in virtute. nam et agentes ea que in cō-
mercijs sunt hominū/iusti vel iniusti euadimus: et circa pericula nos assuefacientes cōfidere aut me-
tuere: euadimus fortes aut timidi. itidem circa cupiditates & iras: efficimur temperati/intemperati/
mites aut iracūdi: prout circa eas perturbationes aut hoc aut illo modo operamur. atq vt paucis ab-
soluatur: omnis habitus ex operationibus similibus gignitur. virtus igitur moralis ex operatiōibꝰ
gignitur. et non modo: sed ex similibus/atq bonis. ¶ Correlarium. Quapropter qui studiosi futuri
sunt: bonas operationes facere studere debent. nam quales operationes: tales futuri sunt et habitus.
sequuntur enim habitus operationum differentias/atq naturas. vnde non parum sed plurimum/imo
vero in totum refert hoc vel illo modo statim homines ab adolescentia consuescere.

Um autem presens tractatio/ non contēplationis sit (vt cetere) gratia/non enī Cap. II.
c vt sciamus quidnā sit virtus: sed vt efficiamur boni cōsideramꝰ (nā nulla ipsius 4
esset vtilitas) de actibus quonam modo sint agendi/considerare necesse est. Hi
Numero tertio huius namq sunt auctores: vt tales quidā ipsi habitus fiant queādmodū diximus. ¶ Agere
igitur ratione recta cōmune est: et supponatur. posterius aūt de ipso dicetur: et quid est 5
ipsa recta ratio: et quomodo ad ceteras sese habet virtutes. illud autē antea ꝯfiteamur
oportet: omnem sermonē qui est de rebus agēdis figura et non exacte fieri debere: quē-
Numero 37 primi admodum et ab initio diximus. rationes inq̄ vt materia postulat semper esse efflagitā-
das. ¶ Actiones autem et ea que prosunt nullam habent stabilitatem: quemadmodum
neq salubria. atq cum talis sit sermo vniuersalis: multo minus is sermo certitudinis
habet: qui de singularibus est. nam neq sub artē/ neq sub preceptionem vllam cadūt.
Sed oportet ipsos agentes ea semper considerare: que ad tempus accōmodātur. quē-
admodum et in medicina fit: et in gubernandi etiam arte. ¶ Verum etsi presens sermo
talis est vti diximus: enitendum est tamen opem ac auxilium ferre. primum igitur hoc 6
contemplemur oportet: res istius modi tales esse: vt ab exuperatione/defectioneue cor-
rumpantur: vt in viribus videmus/ac valitudine fieri. nā pro rebus obscuris/claris in-
dicijs vtamur oportet. exuperatio namq laborū/ defectioq vires corrumpūt. similiter
potus/cibiq exuperantes atq deficientes valitudinē auferūt. moderati vero faciūt/au-
gent/et conseruant. Sic igitur et in fortitudine/ac temperantia/ceterisq virtutibus res
sese habere videtur. qui nāq cuncta fugit/ atq formidat neq quicq̄ subire/perferreq
patitur/is timidus fit. qui nihil omnino timet sed aggreditur omīa: is audax nimirum

efficitur. simili modo qui voluptate omni potitur/nec excipit vllam: intēperans. qui cū-
ctas fugit/perinde atq; agrestes homies: insensatus euadit. eteni tam tēperantia q̄ for-
titudo ab exuperatione quidē et defectu corrūpitur: a mediocritate autem cōseruatur.
7 ¶ Atenim non solum ortus accreationes/corruptionesue ex eisdem et ab eidem efficiū-
tur: sed et operationes in eisdē etiā erunt. Nam et in ceteris que sunt manifesta magis:
res ita sese habere videtur: vt in viribus. vires enim tam copia cibi q̄ multorū laborum
tolerantia comparantur. et robustus ipse multū sumere cibum/et multos labores tole-
rare maxime potest. Sic fit et in virtutibus ipsis. nam abstinendo a voluptatibus effici-
mur temperati. et facti iam temperati: maxime ab ipsis possumus abstinere. idem et in
fortitudine fit. etenim assuescendo formidolosas res paruipendere/subireq; ipsas atq;
perferre: fortes euadimus: factiq; fortes maxime res formidolosas poterimus ferre.
¶ Secūdi capitis note ¶ Exacta discussio/demōstratio. vt ee que ī Arithmeticis/ꝛ Geometricis fiūt.
¶ Secundum cap. tribus cōclusionibus et duabus suppositionibus partitum est.
4 Secundi Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Expedit quo pacto ad parādas vir-
tutes opationes sint agende: hoc in loco cōsiderare. Nam presens negociū nō cōtemplationis gr̄a su-
scipitur: vt pleraq; alia solent. non enim vt sciamus quid virtus sit: sed vt boni efficiamur in hoc ope-
re studere oportet. alioquin huius operis nulla expectetur vtilitas. actus enim actores sunt habituū
(quemadmodū dictum est) vt quales et ipsi sunt: tales ꝛ habitus ipi fiant. expedit igitur quo pacto ad
virtutes parādas: operationes sint agende hoc in loco cōsiderare. ¶ Due suppositiōes. Prima. Omi-
5 bus cōmune est moralibus virtutibus: ab operationibus que ex recta ratione proficiscūtur nasci. sed
quid recta ratio/et quo modo ad omnes virtutes se habeat: postea futurus est sermo ¶ Secūda. Uni-
uersus de rebus agendis sermo: figura quadam et non exacta discussione expetendus est. nec id p̄ter
rationem euenit. nam vt diximus sermones secundū materiā subiectā sunt exigendi. et in rebus agen-
dis nihil firmum/nihil stabile: vt neq; in salubribus. et cum in illis sermo vniuersalis talis sit: multo
fortius parum solide certitudinis erit is sermo: qui de singularibus existit/ quandoquidē singularia
neq; sub artem neq; sub preceptionē aliquam cadunt. sed opus est eos qui agunt: semper ea cōsiderare
6 que tempori sunt accōmodanda. quēadmodū in medicina/et gubernandi arte fit. ¶ Secunda cōcl'o.
Excessus et defectus: mores corrumpunt. quanuis eni suscipiendus sermo/talis sit qualem diximus:
annitendum tamen est opem/ suppetiasq; ferre. et pro rebus obscurioribus dinoscendis: clarioribus
vtendum est indicijs. vt virtutes ipsas excessibus/ defectionibusq; aboleri: perinde ac viriū robur/ ac
valitudinē videmus. Nam laborū exuperatio/ defectioq;: vires eneruant/ac corrūpunt. itidē potus/
et cibi aut exuperantes/aut deficientes valitudinē tollūt. at moderati prestant/ augent/ et custodiūt.
sic igitur erit in fortitudine/temperantia/ac alijs virtutibus. qui eni cuncta fugit/ cunctaq; reformi-
dat nihil sufferre valens: is timidus fit. et contra: qui nihil omnino timet/sed aduersus omia ruit im-
pauidus: temerarius est atq; audax: simili quoq; modo qui omni voluptate potit̄ a nulla prorsus ab-
stinens: is intemperans est. et qui omnes horret atq; refugit instar agrestiū: insensibilis quidā est. cor-
rumpitur itaq; et fortitudo/et temperantia ab excessu/defectuq;: et a mediocritate saluatur. et de cete-
ris virtutibus simile est. excessus igitur/ et defectus: virtutes morales corrūpunt/ et id non solū verū
7 sit sed moderati actus atq; i mediocritate cōsistentes: eas saluant atq; custodiūt. ¶ Tertia conclusio.
Uirtutes morales non modo ex similibꝰ/moderatisq; opationibus gignūtur/ suaq; sumūt incremēta/
et sua delētur opposita: sed genite/cōsimiles efficiūt opationes. Nam id in similibus sed manifestiori-
bus ita esse cōperitur. vt in viribus ipsis. fiunt eni vires tam copia/cibi q̄ multorū laborū tolerātia.
et cum quis hoc pacto robustus factus est: tū maxime multū cibū sumere/ et multos tolerare labores
potest. sic fit et in virtutibus ipsis. nam abstinendo a voluptatibus efficimur temperati: facti autem
vel maxime abstinere possumus. sic et in fortitudine. nam assuefaciendo terribilia contēnere/ incōcus-
seq; aggredi/ꝛ sustinere: fortes euadimus. facti autem fortes: maxime terribilia poterimus perferre.
et in ceteris virtutibus similiter. igitur non modo virtutes ex similibus gignuntur/ac in mediocritate
constitutis operationibus/incrementaq; sumunt: sed genite/similes efficiunt operationes: sed ꝛ longe
promptius ac perfectiores.

Cap. III.

8 Equi signū habituū sit oportet ea voluptas que ipis actiōibus aduenit: ꝛ idē-
a tidem dolor. Qui nāq; a corporis abstinet voluptatibus: si hocipso gaudet: tē-
perans est. sin moleste fert: intemperans. Rursus qui pericula subit et gaudet/
aut saltem non dolet: fortis. qui vero dolet: timidus est. moralis nāq; virtus circa vo-
luptates/doloresq; versatur. ¶ Ob voluptatē eni res improbas agimus: ob dolorē ve-
9 ro res posthabemus honestas. ¶ Quapropter homines ab ipsa statim adolescētia (vt
inquit Plato) ita institutos esse oportet vt ijs gaudeāt/doleantq;: quibus gaudere/ do-
lereq; oportet. hec est enim educatio/ac eruditio recta. ¶ Preterea si virtutes sunt circa Plato
actiones atq; affectus. oēm vero affectū/et actionem oēm: voluptas sequitur aut dolor.
virtꝰ ob idipm etiā circa voluptates/doloresq; versat̄ ¶ Indicant id ita esse ꝛ pene: q̄p-
pe cum per ipsos fiant dolores. sunt eni medicamēta quedā. medicamēta vero per con-
traria fiunt. ¶ Preterea omnis habitus animi (vt et antea diximus) ad ea et circa ea

naturā habet: a q̄bus deterior/meliorq; efficit̄. at ob voluptates doloresue: praui ha bit⁹ fiunt: ex eo sane quia persequūtur homines atq; fugiunt aut quas/ ꝛ quos non oportet: aut cū nō oportet aut queādmodū nō oportet/ aut quot modis alijs a ratione talia defi= niuntur ¶ Quapropter et sunt qui diffinientes virtutes: affectuū ipsas inquiūt esse va= cuitates/ tranquillitatesue quasdam. sed non recte/ quia simpliciter dicūt: et non addūt vt oportet/ et quando oportet/ et cetera que adduntur. virtus ergo talis supponit̄ circa voluptates atq; dolores: optimarum esse rerum actiua: vicium autem contrariū ¶ Fue= rit autem nobis de ipsis ꝛ ex his etiam manifestū. Nam cū tria sint ob que quispiam ex= petit: honestū/ vtile/ iucundū: et tria illis contraria ob que fugit: turpe/ inutile/ atq; mo= lestum: bonus quidem vir circa hec om̄ia recte agit. malus autē peccat: et maxime circa voluptatem. ¶ Hec enim et cōmunis est animalibus: et omnia que in expetitionē cadūt comitari videtur: quippe cū et honestū/ et vtile videatur esse iucundū. ¶ Preterea cun= ctis vna cū hoībus ab ipsis incunabulis est enutrita. quapropter arduū est hunc affectū insitum vite extrudere. ¶ Judicamus etiam et actiones ipsas alij magis alij minus: vo= luptate atq; dolore. idcirco totum ip̄m negociū circa hec esse necesse est. non enim parū potest ad actus/ bene/ aut male/ gaudere aut dolere ¶ Difficilius est etiam (vt Heraclito placet) voluptati repugnare q̄ ire. at circa difficilius semper et ars fit et virtus. id enim quod in hoc efficitur bene: prestabilius est. quare propter hoc etiam circa voluptates/ Heraclitus doloresq; totum negociū est: et ipsius virtutis ꝛ ciuilis etiam facultatis. qui namq; bene his vtitur: bonus erit/ qui vero male: malus. ¶ Dictum sit igitur virtutem circa volup= tates/ doloresq; versari: et ex quibus fit/ ab ijs ipsis augeri: et cū non eodem modo fiūt corrumpi/ et circa illa etiam operari ex quibus est orta.

¶ Tertij capitis note. ¶ Virtus moralis versatur primo circa voluptates et dolores: vt circa signa per que deprehendit̄. secundo vt circa pturbationes: quas aut penitus amputet/ aut moderetur/ alio= quin nos persepe ad turpia raptant/ deuoluūtq; precipites. Et Cato suos milites ita hortari solebat: si quid per laborem recte facitis/ labor cito recedit/ benefactum remanet. si quid aūt per voluptatē ne= quiter feceritis: voluptas cito abibit/ nequiter autē factū perpetuo remanebit. Et vt Crates Theba= nus dicere solebat: optima vite precepta partim vtilitas/ partim voluptas/ partim praua consuetudo Cato eripit. At qui voluptates sequūtur/ blandiciasq; viciorū virtute relicta: meminerint hanc vitā esse mo= mentū: quod autem sequitur esse aut eternum ad palmā/ aut eternum ad tormentū. et cum satis in vo= Crates luptatibus debacchati fuerint ꝙ (vt admonet Horatius)

Jre tamen restat Numa quo deuenit/ et Ancus
Si latus/ aut renes morbo tentantur acuto. Sed audi eius consilium
Quere fugam morbi: vis recte viuere? quis non?
Horatius Si virtus hoc vna potest dare. fortis omissis
Numa Hoc age delitijs.

Ancus ¶ Affectus sunt timor/ fiducia/ voluptas/ concupiscētia/ tristitia/ cōmiseratio/ cupiditas/ ira/ amor/ odiū/ inuidia/ fastidiū/ et similia. ¶ Affectus/ perturbatio. ¶ Actus/ operatio. ¶ Medicine/ medicamēta ¶ Jucundū/ delectabile. ¶ Si voluptates aut dolores excrescunt: iudicia humanarū actionū peruertunt/ impediuntq;: et quanto magis tanto amplius id faciunt.

¶ Tertium cap. vna cōclusione et vno correlario partitum est.

Tertij capitis Cōmentarius ad litteram. ¶ Conclusio. Virtus moralis circa voluptates ac dolo= 8
res versatur. Primo. quia voluptas et dolor ipsas habituū comitantur operationes. et quales ip̄i sint habitus: certum prebent indiciū. vt qui ex parto habitu a corporeis abstineat illecebris et hoc ip̄o ip̄e gaudet: temperans est. sin vero moleste fert: intemperans. similiter qui pericula subitet gaudet/ aut saltē nō dolet: fortis est. qui vero dolet: timidus. Virtus igit̄ moralis circa voluptates ac dolores non ab re versari putabitur. ¶ Secundo. ꝓpter voluptatem plerūq; res improbas facimus/ et ꝓpter dolo= rem res omittim⁹ honestas. igit̄ virtus moralis cauta circa hec iuigilare debet/ atq; versari. ¶ Cor= relarium. Quapropter nos statim ab adolescentia conuenit institui (vt et inquit Plato) quibus gau= 9
dere/ quibusue dolere oportet. hec enī recta educatio atq; disciplina. ¶ Tertio. Virtus moralis circa actus atq; affectus versatur. omnem autem actum atq; affectum voluptas comitatur/ aut dolor. igit̄ et v̄tus moral' oīs: circa voluptatē v̄sabit̄ atq; dolorē. ¶ Quarto ob voluptates susceptas pene nō= nūq; īfligūt̄: tāq; dolores sint quedā illarū pturbationū medicine: medicine vero p cōtraria fiūt. igit̄ virtutis moralis que huiusmodi penarū moderatrix existit: est voluptates atq; dolores considerare. versatur igitur virtus moralis circa voluptates atq; dolores. ¶ Quinto. om̄is habitus aut ad illa est et circa illa versatur a quibus aut melior aut deterior efficitur. sed a voluptatibus et doloribus praui fiunt habitus sequendo aut fugiendo voluptates aut dolores quos non oportet/ quando non oportet/ aut non quemadmodū oportet/ vel aliquo alio modo q̄ a recta ratione perscriptum sit. versatur igitur moralis virtus circa voluptates atq; dolores. ¶ Sexto. propter idip̄m ꝙ ob voluptates atq; dolores: prauos habitus fieri videbāt/ diffiniuerūt virtutes morales esse huiusmodi affectuū vacuitates/ trā= quillitatesq; quasdā. sed id non sufficienter. nam nō adiecerūt vt oportet/ et reliquas particulas a pru= dentia determinatas. et supponitur virtus talis: vt sit quod oportet/ quando oportet/ ꝛ hoc pacto de re=

liquis circa voluptates ac dolores optimarũ rerũ. viciũ autẽ contra. versatur igiꝛ virtus circa voluptates ac dolores. ¶ Septimo. tria sũt ob que quicꝙ̄ expetimꝰ: honestũ/ vtile/ atqꝫ iucundũ. et tria ob que quicꝙ̄ fugimꝰ: turpe/ inutile/ atqꝫ molestũ. et vir bonus circa hec omnia recte agit/ ⁊ malus oberrat/ et precipue circa iucundũ ipsũ/ ipsãqꝫ voluptatẽ. versatur igiꝛ virtus circa voluptates atqꝫ dolores. ¶ Octauo. oĩbus animalibꝰ cõmunis est voluptas: et omnia que expetũꝛ comitatur. nã et honesta iucunda esse videnꝛ. versaꝛ igiꝛ virtus circa voluptates et dolores. ¶ Nono. cunctis hoĩbus ab ipsa pueritia/ ipsisqꝫ cunabilis: vna enutrita est ipsa voluptas. est igiꝛ arduũ hãc affectionẽ vite nostre penitus insitam/ quando oportet extrudere. tanto magis igiꝛ virtus ipsa circa eã sedula versari debet/ atqꝫ circa dolorem/ suum quidem oppositũ ¶ Decimo. iudicamus actiões ipãs alij magis alij minus ob voluptatẽ atqꝫ dolorẽ. negociũ igitur hoc totum: circa voluptates ac dolores non immerito intẽtũ esse debet/ et ipsa virtus circa ea versari. non eni bene aut male gaudere ad operatiões ipsas paruum affert momentũ. ¶ Undecimo. difficiliꝰ est (vt Heraclito placet) voluptati repugnare ꝙ̄ ire. circa aũt difficilius semper ars/ virtusqꝫ consistit. et si quod est circa difficilius bene operamus: prestãtius est. nõ ergo imerito totũ hoc negociũ/ et virtus ipsa moralis/ imo et tota ciuilis facultas: circa voluptates/ doloresqꝫ inuigilat/ versaturqꝫ. et reuera qui bene his vtiꝛ bonus erit: et qui male malꝰ. sed dictũ iã sit sufficiẽter ex quibus fit virtus: ab illis eisdẽ saluari atqꝫ augeri/ ex dissimilibꝰ corrũpi/ et similia ijs operari/ ex quibus genita est: atqꝫ eã ipsã circa voluptates doloresqꝫ versari. Heraclitus

10 Ubitauerit aũt ꝗspiã: quonã modo dicimꝰ iusta agẽtes iustos: et tẽperata tẽperatos fieri oportere? Nã si iusta/ tẽperataqꝫ agũt: iã iusti sũt ⁊ tẽperati: perinde atqꝫ si grãmatica/ musicaue faciũt: grãmatici sũt atqꝫ musici. an nec in artibꝰ res ita se habet? ¶ Fieri nãqꝫ potest: vt grãmaticũ aliqd ꝗspiã faciat. et fortuna: et alio admonẽte. at tũc erit grãmaticꝰ: cũ et grãmaticũ ꝗppiã: et grãmatice faciet: id est scd̃m eã (ꝗ̄ est in ipso) grãmaticã artẽ ¶ Preterea nec simile in artibꝰ/ et in virtutibꝰ est. nã ea ꝗ̄ ab artibus fiũt: bonũ ipsũ in seipis habẽt. sufficit igiꝛ: si ipsa aliquo modo sese habẽtia fiãt. at ea ꝗ̄ a virtutibꝰ fiunt: non iuste aut tẽperate agunꝛ: si sint iusta aut tẽperata/ sed si et ãgẽs sic sese habẽs agat: primo ꝗdẽ si sciẽs/ deinde si eligẽs ꝓpter ipsa/ tertio si firmo animo ac imutabili agat. Hec aũt ad habitꝰ ꝗdẽ ceteros habẽdos nõ reꝗrũꝛ ꝑter ipsũ scire. ad virtutes aũt scire ꝗdẽ parũ aut nichil potest: cetera vero nõ parũ/ sed totũ possũt. Que ꝗdẽ ⁊ ex eo ꝗa ꝑsepe res iuste/ tẽperateqꝫ agũꝛ ꝓueniũt. res igiꝛ iuste/ tẽperateqꝫ dicũꝛ: cũ sunt tales quales vir iustꝰ ageret aut tẽperatꝰ. Iustꝰ aũt ac tẽperatꝰ est: non is qui has agit: sed qui sic etiã agit vt iusti/ tẽperatiqꝫ agũt. recte igiꝛ diciꝛ iustũ fieri agentẽ iusta: et tẽperatũ etiã tẽperata/ qui vero hec nõ agit/ nũꝙ̄ euasurus est bonꝰ. Uerũ pleriqꝫ hec quidẽ non agũt. Ad sermões aũt cõfugiẽtes sese philosohari putant et studiosos hoc fore modo. atqꝫ perinde vt egroti faciũt: ꝗ medicos ꝗdẽ diligẽter audiunt: nichil autẽ coꝝ agũt ꝗ̄ ꝑcipiunꝛ ab illis. vt igiꝛ illis corpus nõ bene sese habebit si ita curantur: sic nec his animus plane: si ita philosophantur.

¶ Quarti capitis note. ¶ Nomẽ artis hic ad seruilẽ/ et ad liberalẽ extẽditur. ¶ Scire/ cognoscere. ¶ Sic agimus vt iusti/ tẽperati et omnino vt studiosi: cũ sciẽter/ ex electiõe/ ⁊ certo/ constãtiqꝫ ꝓposito agimus.

¶ Quartum cap. continet vnã questionem et eius dilutionem.

10 Quarti capitis Cõmentarius ad litterã. ¶ Questio. Quomodo dicimus iusta operando iustos fieri oportere/ et temperata temperatos? cum si iusta et tẽperata agunt: iam iustos et temperatos esse oporteat/ quemadmodũ qui grammatica/ et musica faciunt: iam grammatici/ aut musici sunt. an hoc et in artibus non similiter sese habet? ¶ Responsio. Simile est in hoc: et in artibus/ ipsisqꝫ virtutibus neqꝫ id plane verũ est si quis grammaticum aliquid/ aut musicnm agit: vt ipse iccirco grammaticꝰ sit aut musicus. nam plane fieri potest vt grammaticũ quid agatur fortuito/ aut altero premonstrante: eo videlicet qui agit penitus rudi/ atqꝫ ignaro. sed tum putandus est grammaticus cum grammaticum quicꝙ̄ et grammatice faciet: hoc est secundum eum ipsum habitum/ artemqꝫ grammaticam que in ipso est. Item neqꝫ simile esse oportet in artibus/ ipsisqꝫ virtutibus. nam ea que ab artibus fiunt bonum ipsum in seipsis habent. quare et bene fieri nichil prohibet/ si sic se habentia fiant. in virtutibus autem non iuste aut temperate fiunt: iccirco si iusta fiunt aut temperata/ sed vt bene fiant/ vt iuste/ aut temperate: primo ipse agens sciẽnter agere debet. secundo ex electione: ea scilicet ꝓpter se et boni gratia eligens. tertio certo/ constantiqꝫ proposito. sed hec ad ceteras artes non requiruntur preter ipsum scire. ad virtutes autem scire quidem requiritur: sed parum vel nichil potest/ cetera vero non parum sed totum posse videntur. que quidem virtutes ꝙ frequenter hoc pacto res iuste atqꝫ temperate fiunt tandem prouenuint. iusta ergo et tẽperata dicunꝛ quãdo sunt talia qualia iustus et tẽperatꝰ operareꝛ. sed iustus aut temperatus non omnis est/ qui hec agit: sed qui ea agit vt iusti/ temperatiqꝫ agunt. non igitur perperam assertum est: agendo iusta quempiam iustum fieri/ et temperata temperatum. et qui hec non aget nulla illi vt bonus euadat omnino cura est. et re vera multi sunt qui hec non agunt: sed ad sermones confugiunt sese putantes philosophari sufficienter/ et hoc pacto fore studiosos. atqꝫ rem egrotis persimilem faciunt: qui medicos quidem audiunt diligenter: faciunt autem nichil eorum que precipiuntur. vt ijs igitur corpus non recte valebit/ qui ita curari petunt: ita quoqꝫ neqꝫ illorum animus: qui ita philosophantur.

Ost hec aūt q̇dnā sit ipsa virtꝰ ꝯsideremꝰ oportet. Cū igiť tria sint Cap. V. 11
P q̄ fiunt in aīa. affectꝰ/ potētie/ habitꝰ: hoꝝ aliq̇d ipsā virtutē eē necesse est. atqꝫ af
fectus q̇dē voco: cupiditatē/ irā/ metū/ fiduciā/ īuidiā/ gaudiū/ amicitiā/ odium/
desideriū/ emulationē/ misericordiā/ et ea oīno q̄ voluptas seq̇ť aut dolor. potētias autē
eas q̇bꝰ ad hos affectꝰ suscipiēdos idonei dicimur esse. vt q̇bꝰ dolere possumꝰ/ vel irasci
vel misereri. at habitꝰ eos: q̇bꝰ bene vel male nos ad affectꝰ ip̄os habemꝰ. vt ad irascēdū
si vehemēter aut remisse simꝰ dispositi: male habemꝰ. si mediocriter: bene/ et ad ceteros
affectꝰ silr̄ mō. ¶ Uirtutes igiť viciaqꝫ nō sūt affectꝰ. Nā affectibꝰ q̇dē studiosi vel vicio= 12
si nō dicimur. virtutibꝰ aūt et vicijs dicimur. Et ob affectꝰ neqꝫ laudamur neqꝫ vitupera=
mur. nō eni qui metuit aut irasciť laudať. neqꝫ q̄ simpliciť/ sed q̄ modo q̇dā irasciť: vitu=
perať. at ob virtutes/ viciaqꝫ laudamur atqꝫ vituperamur. ¶ Preterea irascimur q̇dē ⁊
timemꝰ sine electiōe. virtutes aūt electiōes sūt q̄dā: aut nō sūt sine electiōe. ¶ Insup af=
fectibus quidē moueri dicimur. virtutibus autē aut vicijs non moueri: sed aliquo mo=
do disponi. ¶ Propter hec eadē neqꝫ potentie sūt. Nā neqꝫ boni vel mali dicimur: neqꝫ
laudamur aut vituperamur: quia possumꝰ irasci/ vel timere simpliciter. ¶ Et insup po= 13
tentes quidē sumus natura: boni vero nō efficimur/ aut mali natura: quēadmodū antea
Numero. 2. huius dixímus. ¶ Q si virtutes neqꝫ affectus sunt/ neqꝫ potentie: restat ipsas habitꝰ esse. quid 14
igitur sit ipsa virtus: genere diximus.

¶ Quinti capitis note. ¶ Uirtus/ virtꝰ moralis. ¶ Affectus/ appetitꝰ. ¶ Potētia/ potentia natura=
lis. ¶ Sub habitu: dispositionē cōprehendimꝰ. Neqꝫ hic vult oīa enumerare Aristoteles que sūt ī aīa.
nā non solū hec tria: affectus/ potētia/ et habitꝰ circa animā fiūt: sed et hec dispositiōes/ operationes/
et naturales īpotentie. verū ea dūtaxat enumerat quorū aliquod maxime videť esse virtus. nō eni videť
virtus dispositio/ aut operatio/ aut naturalis imperfectio/ impotētiaue nature. ¶ Mediocriter/ neqꝫ
amplius q̄ decet/ neqꝫ minus. ¶ Quodāmodo/ certo modo: ex praua ꝯsuetudine/ atqꝫ habitu. ¶ Ab
ijs que natura assunt nullus debet aut laudari aut vituperari. Nā qui ob talia vituperaret: aut natu=
rā/ aut nature opificē in suo opere vituperaret. Nefas aūt naturā (que sēp ad optima cōtēdit/ pficitqꝫ
q̄ optime potest non īpedita) vituperare. et tāto magis nefas est optimū nature parentem accusare/ ⁊
piaculum nullo satis vnq̄ digno supplicio piandum.

¶ Quintum cap. quattuor conclusionibus partitum est.

Quinti capitis Cōmentariꝰ ad litterā. ¶ Prima conclusio. Expedit quid virtꝰ sit inquirere. Nam
cū tria sint que circa aīam contingūt: scilicet affectꝰ/ potentie/ habitus: virtutē horū aliquod eē opor= 11
tet. expedit igiť quid id sit inquirere. et affectꝰ hic dicimꝰ: appetitꝰ quosdā vt sunt cupiditas/ ira/ metꝰ/
fiducia/ letitia/ amor/ odiū/ desideriū/ emulatio/ misericordia/ et vniuersaliter appetitꝰ quos voluptas
sequitur atqꝫ dolor. Potētie sunt insite vires vt quibꝰ ad predicta suscipiēda sumus idonei vt potētia
qua valemus dolere/ irasci/ aut misereri: et non modo ad dicta suscipiēda/ sed et cōsimili modo ad ha=
bitus ip̄os nobis cōparādos. habitꝰ aūt sunt acquisite qualitates vt quibꝰ ad ip̄os affectꝰ/ bene vel ma=
le nos ipsos habemꝰ: vt si nos cōparauerimꝰ ad vehemēter et ad plusq̄ oportet irascēdū/ aut remisse/
minusq̄ q̄ oporteat: habitū habemꝰ ad male irascendū. si aūt nos ad mediocriter irascēdū cōparaue=
rimus: habitū tū habemꝰ ab bene irascendū. et circa reliquos affectꝰ ꝯsimiliter esset dicēdū. ¶ Secū=
da cōclusio. Neqꝫ virtutes neqꝫ vicia sunt affectus ¶ Primo. nā affectibꝰ neqꝫ studiosi/ neqꝫ viciosi di= 12
cimur. at virtutibꝰ et vicijs studiosi/ viciosiqꝫ dicimur. nō sunt igitur virtutes et vicia affectꝰ. ¶ Se=
cundo. ob affectꝰ neqꝫ laudamur/ neqꝫ vituperamur. nō eni qui metuit irasciturue laudandus est: neqꝫ
vituperať qui simpliciter irasciť/ sed qui certo modo. at ob virtutes atqꝫ vicia ⁊ laudamur ⁊ vitupera=
mur. nō sūt igiť virtutes et vicia: affectꝰ. ¶ Tertio. irascimur/ timemꝰ: sicqꝫ in reliquis affectibꝰ sine
electiōe. at virtutes ip̄e: electiōes quedā sunt/ aut non sine electiōe/ et ita de vicijs. igiť virtutes ⁊ vicia
affectꝰ minime sunt. ¶ Quarto. affectibus mouemur. et virtutibꝰ et vicijs nō mouemur/ verū aliquo
modo dispositi sumꝰ. nō erūt igitur virtutes et vicia: affectꝰ ¶ Tertia cōclusio. Uirtutes et vicia idē=
tidē potētie non sūt. Aliquibꝰ eisdē cū superioribꝰ patet rationibꝰ. Primo quidē virtutes et vicia po= 13
tentie nō erunt. nā a potentijs: neqꝫ boni/ neqꝫ mali dicimur. id aūt a virtutibꝰ et vicijs nobis ip̄is cō=
tingit. ob potentias neqꝫ laudamur/ neqꝫ vituperamur: nullꝰ eni quia possumꝰ simpliciter irasci/ vel ti=
mere: nos vituperabit. sed vt dictū est ob virtutes et vicia laudamur aut vituperamur. Tertiū liceret
addere: ꝙ potentie sine electione sunt. Quarto potentie nobis natura assunt. non aūt virtutes et vicia.
non eni boni aut mali natura efficimur/ sed assuetudine atqꝫ vsu quēadmodū iā dictū est. ¶ Quarta
conclusio. Uirtutes et vicia sunt habitus. nā neqꝫ affectus sunt/ neqꝫ potentie vt iā quoqꝫ monstratum 14
est. relinquuntur igitur esse habitus. et de virtutis genere tantum dictum satis sit.

Portet aūt nō solū ita dicere virtutē habitū esse: sed etiā qualis
O nā habitus sit. Dicendū est igiť omnē virtutē: et id ipsū cuiꝰ est virtus bene sese Cap. VI. 15
habere facere: et opus ipsiꝰ reddere bene. Oculi nāqꝫ virtꝰ: et oculū/ et opꝰ ipsiꝰ
studiosū facit: q̇ppe cū videamꝰ virtute oculi bene. virtꝰ itidē equi: studiosū efficit equū:
et bonū ad currendū/ portandūqꝫ equitē: et expectādū etiā hostē. ꝙ si id ipsū ita sese ha=
bet in vniuersis: et virtus ipsius etiā hoīs habitus is erit: a quo bonus efficiť hō/ et quo

bene suũ opus ipse reddet/efficietq̨. Quo modo autē id erit: et antea quidē diximus. et nunc etiã magis patebit: si contēplabimur qualisnã sit ipsiꝰ virtutis natura Numero.7. huius
16 ¶ In omni itaq̨ re ꝯtinua/diuisibiliq̨: aliud plꝰ/aliud minꝰ/aliud equale.
17 ¶ Uel ex parte ipsius rei: vel respectu nostri accipi potest. Equale autē: mediũ est quoddã inter exuperationē atq̨ defectũ. Atq̨ rei quidē ipsiꝰ mediũ id esse dico: quod eque ab extremorũ vtroq̨ distat. idq̨ est apud omnes vnũ et idē. Respectu aũt nostri: qd neq̨ exuperat neq̨ deficit. idq̨ nõ est apud oēs vnũ et idē. vt si decē sint multa: et duo pauca: sex ipsiꝰ rei media capiunt̄. eque nãq̨ excedũt et exceduntur. atq̨ hoc in arithmetica ꝯparatiõe rationũ mediũ esse cõstat. at id quod est nostra ex parte mediũ non codē sumendũ est modo. Non eni si cui decem quidem minas comedere nimium est: duas autem parum: sex ei minas ludi magister precipiet. est enim et hoc fortasse multum ei qui accepturus est/aut parũ. Miloni namq̨ parum: incipienti vero sese exercere nimiũ est. Simili modo res sese habet in cursu/ac in palestra. hoc igitur modo quiuis artifex exuperationem quidem fugit atq̨ defectum. medium autem querit et expetit/non quidē rei: sed quod ad nos medium dicitur.
18 ¶ Qd si omnis scientia suum hoc modo bene conficit opus: ad medium ipsum respiciens/et in hoc sua redigens opera: vnde et dici solet in ijs que bene sese habent operibus: nec auferri quicq̨ nec addi posse: propterea ꝙ exuperatio quidē et defectio bonum ipsum corrumpũt/mediocritas vero cõseruat: atq̨ boni artifices ad hoc respicientes (vt diximus) operantur: virtus autem omni arte exactior est ꝛ prestãtior/quēadmodũ et natura: ipsa profecto virtus medij ipsiꝰ est coniectatrix. Loquor aũt de morum virtute. hec enim circa affectus/actusq̨ versatur: in quibus est exuperatio/et defectus/et medium. fit enim vt magis et minus quispiam et metuat et confidat: et cupiat et abhorreat: et irascatur et misereatur: et omnino delectetur ac doleat/et vtroq̨ modo nõ bene. et etiam quando oportet/et pro quibus/et ad quos/et cuius gratia/ et vt oportet. hoc autem medium est et optimum quod est ipsius virtutis. similiter circa actus exuperatio est/et defectus/et medium. virtus autem circa affectus/actusq̨ versatur. in quibꝰ exuperatio quidem peccatum est: et defectus vituperatur/medium autem laudat̄ et recte cõficitur: quorum vtrũq̨ virtutis ipsius est. virtus igitur mediocritas est quedam: cum sit ipsius medij coniectatrix
19 ¶ Preterea peccare quidem multis modis contingit. Malum enim est infiniti (vt Pythagorici putant) bonum vero finiti. at recte agere/vnice. quapropter et alterum facile/ alterum difficile est ¶ Facile quidem nõ attingere signum: difficile autem illud attigere. Et ob hoc igitur exuperatio quidē atq̨ defectio vicij est. mediocritas vero virtutis.

Uno namq̨ modo bonus est: multisq̨ nefandus.

20 ¶ Est igitur virtus habitꝰ electiuus: in mediocritate cõsistēs/ea que est ad nos definita ratione: et vt definierit ipse prudens. Mediocritas autē duoꝝ est viciorũ: vniꝰ per exuperationē/alterius per defectũ. et ex eo etiã: quia illa quidē partim deficiunt: partī exuperant id qd oportet: et in affectibꝰ/et in actibꝰ: virtus autē mediũ ipsũ et inuenit et expetit. Quapropter ipsa virtus: substantia quidem et ratiõe quid est dicēte: mediocritas est. at optimi respectu et bene sese habētis extremitas.
21 ¶ Non autē oīs actus nec oīs affectus suscipit mediocritatē. Sunt eni affectus nõnulli: qui continuo noīe suo sunt cum prauitate connexi. vt maliuolentia/impudentia/inuidentia: et actus idētidē. vt adulterium/furtum/homicidium. hec eni vniuersa et talia ita dicunt̄: quia ipsa sunt praua: sed non exuperationes ipsorum atq̨ defectiões. circa igit̄ talia: nullũ est tēpus recte agēdi: sed semper delinquitur. neq̨ fit vt quisq̨ bene vel male taliũ quicq̨ agat: qui cũ oportet/ et quando/et vt oportet adulteriũ cõmittendo. sed simpliciter quicq̨d istoꝝ efficiat̄ delinquitur. Simile igitur est et circa iniustitiã/timiditatem/ et luxuriam: mediocritatē ac exuperationē et defectionem esse censere. hoc enim pacto: exuperationis et defectionis erit vtiq̨ mediocritas: et exuperationis exuperatio: et defectionis item defectio. sed vt tēperãtie/fortitudinisue nõ est exuperatio atq̨ defectio: quia mediũ ipsũ est modo quodam extremũ: sic nec illorũ est mediocritas nec exuperatio et defectio. sed vtcũq̨ agãt semper delinquit̄. omnino namq̨ nec exuperationis et defectionis est mediocritas: nec mediocritatis exuperatio et defectio.

¶ Sexti capitis note. ¶ Qui opus suũ bene reddit: is ⁊ opꝰ bonũ ⁊ ex bono habitu depromit/efficitqꝫ
¶ Mediũ rei: mediũ arithmeticũ. estqꝫ quod ad extrema/equalia sortitur interualla. extrema sũt maius et minus. vt senarij et binarij: mediũ rei/quattuor. et denarij atqꝫ binarij: sex. nã medioꝝ ad extrema differẽtie/excessus/interuallaqꝫ sunt equalia. et hac ex subiecta descriptione cognoscuntur.

		inter ualla		inter ualla		inter ualla		inter ualla
Extremum maius	6		10		16		18	
		2		4		6		6
Medium rei	4		6		10		12	
		2		4		6		6
Extremum minus	2		2		4		6	

Milo ¶ Id neqꝫ exuperat/neqꝫ deficit: quod oẽs prudentie circũstãtias obseruat. ¶ Mna grecũ est / ꝓ quo latini Mina dicũt: ⁊ est libra ¶ Milo Crotoniates pugil fortissimꝰ fuit qui ictu manꝰ taurũ sternebat et humeris ĩpositũ ꝑ stadiũ retẽto spiritu portabat/quẽ et totũ vno die cõsumebat: qui tãdẽ male viribus vsus ꝑ siluã trãsiẽs acceptos magne arboris bifide ramos vi brachioꝝ disiunxit. qui vbi subito se reiunxere clausus in fissura Milo/lõga inedia ⁊ fame cõfectꝰ: tãdẽ siluestribꝰ feris pabulũ prebuit ¶ Palestra/luctatio: qua pugiles et certare et se exercitare solebant. ¶ Sciẽtie nomẽ ad artẽ extendit. ¶ Uno modo/tenẽdo mediũ. ¶ Ubiqꝫ virtꝰ moralis duoꝝ vicioꝝ est medietas nisi in iustitia que medietas est inter excessũ et defectũ: plꝰ scilicet et minꝰ: quoꝝ nõ semꝑ oportet vtrũqꝫ esse vicium/ vt ex quinto huiꝰ cognoscet. ¶ Substãtia et ratiõe quid est dicente: subiecto/ reqꝫ ipsa. ¶ Circũstãtie prudentie nullũ locũ in maliuolentia/impudẽtia/inuidia/adulterio/furto/homicidio et similibꝰ habẽt: vt neqꝫ in temeritate/intẽperantia/auaricia/ꝓdigalitate/et silibus malicijs. et vt hec noĩata/viciũ statĩ ĩportãt: ita quoqꝫ et illa sibi annexã prauitatẽ ¶ Et cũ totꝰ hic secũdꝰ de morali virtute disserat que officioꝝ actiue/administratiueqꝫ felicitatis parẽs est: hoc in capite primũ eã diffinit. quã tantopere oĩs philosophoꝝ schola cõmendat/tanq̃ semitã in medio collocatã: que ducit ad vitã. et eius extrema vno ore damnãt: tanq̃ viã illã amplissimã/latissimũqꝫ deuiũ: quod ducit ad ꝑditionẽ. Et ꝓinde ex eoꝝ testimoniis hic nõnichil adducere cõsentaneũ videt: quo ad virtutis studiũ (vt ad oĩm optimũ) ampliꝰ inflammenť animi.

Demetrius ¶ Demetriꝰ Phalereꝰ Ptolomeũ Egypti regẽ ammonere solebat: vt nũq̃ libros ĩ
Ptolomeus quibꝰ ꝓbi continenť mores et beate vite exẽpla e manibus dimitteret. nec iniuria. nã vt oculo sano nichil sole delectabilius: ita animo qui nõ egrotat in agẽdis rebꝰ/nichil virtute/virtutisqꝫ officio amenius.

Pythagoras ¶ Et Pythagoras adolescentiã arbori cõparabat que ducta vno robore ĩ duos ramos scindit: in quoꝝ altero virtꝰ/in altero vero voluptas ostẽdit. Uirtꝰ eni ex igniculis animi nobis a natura insi-

Aristoteles tis pullulat. voluptas aũt ex appetituũ illecebris. et reuera illi duo Pythagorici rami apud Aristotelẽ sunt appetitus sensualis atqꝫ brutꝰ/et ratio rationalisqꝫ volũtas. Sequẽda est ergo ratio: et bruta deserenda voluptas/si virtutẽ vite dominam et semꝑ virentis animi ramũ nobis asciscere cupimus.

Prodigus ¶ Prodigus sophista scribit duas deas olim in somnijs Herculi apparuisse: quarũ vni nomen virtꝰ/
Hercules alteri vero voluptas fuerat. hec solacia in hac vita ꝓmittebat: sed que in fine ꝑpetuꝰ luctꝰ occupet: illa vero duros in hac momẽtanea vita labores/quos ꝑpetua terminẽt gaudia. Ergo vel eligite cũ voluptate ĩ momẽto delicias: et ꝑpetuũ in futuro luctũ/ vel cũ ꝟtute vno momẽto dolores/ sẽpiternaqꝫ gau-

Lacones dia. ¶ Probanť sũmopere Lacones ꝙ tãtisper ruri liberos oblegabãt: dũ optimis sub morũ ꝑceptoribus eruditi pariter corpore/pariterqꝫ animo exercitati valerẽt/et ciuitati decori eẽ possent. pulcher-

Licurgus rima eni oĩm ciuitati ducebãt suoꝝ liberorũ virtutũ ornamẽta. ¶ Et Licurgꝰ in hoc nõ parũ cõmendatur ꝙ legem tulerit que pueros in agro deduci iuberet: vt foro et vrbanis delicijs carerẽt. et ne illa prima pubertas/luxuria aut nequitijs deflueret: in opera et labore exerceri volebat et sõni gratia nichil illis substernere/quo duriores fierẽt. nec libebat priꝰ in vrbẽ redire q̃ viri facti vrbi decꝰ afferrẽt.

Horatius neqꝫ potest quoq̃ in loco is nõ afferre decꝰ qui ꝟtutẽ sibi pararit comitẽ ¶ Et de ꝟtute audite Horatiũ
Uilius argentum est auro: virtutibus aurum.

Iuuenalis Audite Iuuenalem.
Tota licet veteres exornent vndiqꝫ cere
Atria: nobilitas est sola atqꝫ vnica virtus.

Hesiodus Audite Hesiodum
Q̃ facile innumeras viciorum amplectimur artes
Haud procul illa habitant. breuis est via qua sit eundum
Est via virtutis: contraria: sudor anhelus
Hanc sequitur que se scopulosis ardua cliuis
In longum prorumpit iter. riget aspera primo.
Ingressus leuis est postq̃ alta cacumina tanges.

Socrates ¶ Et Socrates clamabat ridiculũ esse nos mãcipiũ (vbi nõ habemus diligẽter ĩquirere) virtutẽ autẽ negligere/et passim ꝑmittere perire. Ergo ne viuite ridiculi: cibũ/ potũ/ calceos et reliqua minuta corpori necessaria vt pueri diligenter perquirẽtes: et negligẽtes virtutẽ et officia/magna vite bona ⁊ summopere anime necessaria.

¶ Sextũ cap. quattuor cõclusionibus/duabus diuisionibus/et vna diffinitione partitum est.

Sexti capitis cõmẽtariꝰ ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Hominis virtꝰ: est habitꝰ qui hoĩem bonum efficit/eiusqꝫ opus bene reddit. nõ eni satis erat cognoscere ꝙ virtus habitus sit/sed qualis sit etiã cognoscere oportet. ꝙ aũt talis sit habitꝰ: patet. nã oẽm virtutẽ talẽ esse videmꝰ/⁊ cuiuslibet naturã esse: facere idipsũ cuiꝰ est virtus/bene sese habere. et ipam idipsũ efficere: est bene opꝰ suũ reddere. vt virtus

oculi ipm̄ oculũ ꝑficit/facitqȝ oculũ bene sese habere. facit et p̄terea vt oculꝰ bene opus suum efficiat:
virtute enĩ oculi bene videmus. silr̄ virtus equi ipm̄ equũ bene sese habentẽ efficit/ ⁊ vt opus suũ bene
efficiat: vt bñ currat/bene equitẽ vehat/expectetqȝ ĩpauide hostẽ/et in ceteris silr̄ cõperit̃. non ĩmerito
igit̃ hominis virtus: is erit habitꝰ a quo bonꝰ hõ efficit̃/et quo suum opus bene reddit/efficitqȝ bene. ⁊
quo pacto is habitꝰ acquiret̃: quodãmodo superiꝰ dictũ est. sed et id ex cõtẽplatione nature virtutis li-
16 cebit ampliꝰ cognoscere. ¶ Prima diuisio. In cõtinuo et cuiꝰ natura diuisibilis ĩtelligit̃: plus/minꝰ/
17 et equale reperit̃. ¶ Secũda diuisio. Equale bifariã dicit̃. vno mõ respectu rei/altero modo respectu
nostri. Equale est mediũ: inter exuperationẽ/atqȝ defectũ. Equale rei est mediũ quod ab vtroqȝ extre-
mo eque distat. et apud oẽs vnũ et idẽ est. Equale vero respectu nostri/nr̃aqȝ ex parte: est mediũ quod
neqȝ exuperat neqȝ deficit. et id apud oẽs nõ vnũ et idẽ est. vt datis extremis decẽ quidẽ extremo ma-
iore/et duobus extremo minore/sex equale mediũ est rei: nã equaliter distat ab extremis. sex enĩ equa-
liter excedũt̃ a decẽ atqȝ excedũt duo. nã vtrolibet quaternario. ⁊ id etiã mediũ rei alias appellat̃ me-
diũ cõparatiõis rõnũ Arithmetice. sed hoc pacto nõ capit̃ equale/mediũqȝ ad nos: vt et in se ad ludoꝝ
certamina disponẽtibꝰ ꝯstat. nã nõ oportet cui decẽ minas comedere nimiũ est ⁊ duas parũ: vt sex mi-
nas ludi magister ꝓtinus capere p̃cipiat. nã id accepturo aut plꝰ aut minꝰ q̃ oportet eẽ põt. vt Miloni
paꝝ forte eẽt: ⁊ rudi adhuc tyroni/seqȝ primũ exercere ĩcipiẽti multũ: et eodẽ mõ ĩ cursu/et ĩ palestra/
et oĩ arte est. et oĩs artifex exuperationẽ fugit atqȝ defectũ: ⁊ mediũ querit/nõ quidẽ rei sȝ quod mediũ
18 ad nos dicit̃. ¶ Secũda cõclusio. Virtꝰ ipm̄ ad nos mediũ desiderat: et est ipsius coniectatrix. Nã oĩs
ars bene suũ ꝑficit opus ad mediũ ꝓspiciẽs/suaqȝ ad ipm̄ redigẽs opera. et hinc dici solet in operibꝰ
que bene sese habẽt. neq; auferri neq; addi quicq̃ posse/ꝙ exuperatio et defectio bonũ ipm̄ corrũpant/
mediocritas autẽ saluet. Et boni artifices id mediũ (vt supra intẽdebat̃) respiciẽtes operant̃. at virtꝰ
oĩ arte exactior/prestãtiorq; est: quẽadmodũ et natura prestat arte. tanto magis igit̃ virtꝰ mediũ ipm̄
desiderat/eritq; eiꝰ cõiectatrix. ⁊ de morali virtute que dicta sũt intelligunt̃: que circa affectꝰ / opera-
tionesq; versat̃: in quibꝰ exuperatio/defectus/et mediũ reperiunt̃. vt cũ quis metuit/ꝯfidit/ꝯcupiscit/
cõtemnit/irascit̃/miserescit: et oĩno cũ quis delectat̃ aut dolet cõtingit hoꝝ vnũquodq; ⁊ ampliꝰ ⁊ mi-
nus fieri q̃ oportet. et vtroq; hoꝝ modoꝝ male fiũt. similiter et vnũquodq; fieri quãdo oportet/ ꝓ qui-
bus oportet/gr̃a cuiꝰ oportet/et oĩno vt oportet. et hoc est ipm̄ assequi mediũ quod in virtute optimũ. et
vt circa affectꝰ declaratũ est: ita et circa actꝰ exuperatio/defectꝰ et mediũ reperiũt̃. et virtꝰ circa affe-
ctus atq; actꝰ versat̃ in quibꝰ excessus viciosꝰ est/et defectꝰ vituperat̃/mediũ autẽ ꝓbat̃/ efficiturq; re-
cte. sed hec vtraq; et ꝓbari et recte ꝑfici virtutis sunt. nimirũ igit̃ si virtꝰ mediocritas quedã ponat̃: cũ
19 et ipsiꝰ mediȷ sit cõiectatrix. ¶ Tertia ꝯclusio. Virtutẽ assequi difficile est: facile autẽ in vitia prolabi.
Primo. nã multifariã nos delinquere ꝯtingit: vno aũt modo bene agere. est enĩ malũ: vt Pythagori-
ci volũt infiniti/bonũ vero finiti. facile igit̃ in malũ ꝓlabimur/ruimusq; in vicia: in bonũ vero diffici-
le. ¶ Secundo. facile est nõ attingere signũ: at illud attingere difficile est. ob id igit̃ ꝙ extrema exces-
sus atqȝ defectꝰ viciȷ sunt: mediũ aũt virtutis/nõ est difficile intelligere virtutẽ acquiri difficile esse:
20 at nos facile in vicia ꝓlabi. fiunt enĩ boni sẽper vno modo: multifariã autẽ mali. ¶ Diffinitio. Ex di-
ctis ferme moralis virtutis diffinitionẽ ponere valebimus hoc pacto. Virtus moralis est habitꝰ ele-
ctiuus in mediocritate consistens ea que ad nos est/definita ratiõe/et vt definiret ipe prudẽs. ⁊ mora-
lis virtus mediocritas est duoꝝ vicioꝝ vniꝰ ꝑ exuperationẽ/et alteriꝰ per defectũ. et omino quia alia
excedũt/et alia deficiũt magis q̃ oportet et in affectibus et in actibus nostris: et virtus mediũ ipsum
inuenit/atqȝ diligit/mediocritas dicit̃. Quapropter ipsa virtus substãtia (hoc est ratione que res ipa
est dicente) mediocritas est. at si sola bona respicimus/et ea que bene sese habẽt: virtus extremũ quod-
21 dam est. ¶ Quarta conclusio. Non omnis actꝰ neqȝ oĩs affectꝰ mediocritatẽ recipit. Nam sunt affe-
ctus quidã pariter et actus: qui continuo noĩati ꝯnexã prauitatẽ declarãt. in affectibus quidẽ vt ma-
liuolentia/impudentia/inuidentia. in actibus vt adulteriũ/furtũ/homicidiũ. hec enĩ oĩa et similia ita
dicuntur praua/non ob idipsum ꝙ ipsorum sint exuperatiões aut defectiões: neqȝ circa talia tẽpꝰ vllũ
vnq̃ est recte agendi: sed semper delinquitur. Nec quisq̃ circa talia bene aut non bene operabit̃ vnq̃
per hoc ꝙ seruet aut particulas omittat cũ quo oportet/quãdo oportet/ ⁊ vt oportet. vt adulteriũ com-
mittendo. sed simpliciter quicquid horum cõmittat̃: delinquit̃. et hec circa ista existimare simile est/ac
si quis circa iniustitiã/timiditatẽ/et intẽperantiã: mediocritatẽ/exuperationẽ/et defectũ existimaret:
hoc pacto absurde faciens exuperationis/ ⁊ defectionis quandã mediocritatẽ: et exuperatiõis exupe-
rationẽ/et defectiõis defectionẽ. et reuera sicut fortitudinis et tẽperantie ĩ eis ipsis nõ est exuperatio
atq; defectio: quia media sũt. ⁊ mediũ est quodãmõ (vt iãdictũ est) extremũ. sic nec illoꝝ: mediocritas/
exuperatio/aut defectio est: sed quomodocũqȝ agant̃ semꝑ delinquit̃. et omĩno neqȝ exuperatiõis/ neqȝ
defectiõis: est mediocritas. neqȝ mediocritatis exuperatio/defectioqȝ. non igit̃ oĩs actus/omnisue af-
fectus mediocritatẽ recipit.

Cap. VII.

22 Teni idipsũ non solũ vniuersaliter dicere: sed ad ipsa singula etiã accõmodare
e oportet. Sermonũ enĩ coꝝ qui circa actus versant̃ vniuersales quidem magis
cõmunes: particulares vero magis sunt veri. actꝰ nãq; circa singularia sũt: qui-
23 bus oportet sermones cõsentaneos esse. ¶ Hec igit̃ ex descriptiõe sumẽda sũt. Circa ti-
mores itaq; fiduciasq;/mediocritas quidẽ est fortitudo. at exuperantiũ is q̃dẽ q̃ non ti-
mendo exuperat noĩe caret. sũt autẽ cõplura q̃ noĩbus vacant. is autẽ qui confidendo
exuperat: audax est. at is qui timẽdo quidẽ exuperat/confidendo autem deficit: timidꝰ.
Circa voluptates atq; dolores: non omnes quidẽ: et minus circa dolores / mediocritas

quidem est temperantia: exuperatio autẽ intẽperantia. At deficientes circa voluptates
perpauci fiunt. quapropter nec his est positum nomen sed insensati vocentur. Circa dã-
das capiendasq; pecunias mediocritas quidẽ est liberalitas. Exuperatio autem et de-
fectio: prodigalitas/atq; illiberalitas: quibus contrario modo exuperant z deficiũt ho-
mines. ꝓdigus enim in erogando exuperat: in capiendo deficit. at illiberalis atq; aua-
rus in capiendo exuperat: in erogando deficit. Atq; de hisce nunc quidẽ figura loqui-
mur et in summa: hoc ipso cõtenti. postea vero exacti9 de ipsis determinabimus. Sunt
et alie circa pecunias dispositiones. et mediocritas quidem est magnificentia. Differt
enim hoc a liberali magnificus: q hic circa magna: ille circa parua versatur. exuperatio
autem ruditas circa decorum/atq; sorditas. et defectus circa decorũ pusillitas. Atq;
hec differunt ab ijs que circa liberalitatẽ diximus esse. et differentiã posterius explica-
bimus. Circa honorem et ei9 oppositum/mediocritas quidem est magnanimitas: exu-
peratio vero lentitudo quedam: et defectio pusillanimitas dicitur. Ut autẽ ad magnifi-
centiam sese habere diximus liberalitatẽ: hoc differentẽ ab illa q circa parua versatur:
sic sese habet et ad magnanimitatẽ (que quidẽ circa honorẽ magnũ versatur) alia quedã
dispositio: que circa paruum versatur. fit enim: vt appetatur honor vt oportet/et magis
q̃ oportet/et minus. atq; is quidem qui in honorum exuperat appetitione: ambitiosus
vocatur. is autem qui deficit: appetitione vacãs honoris. et medius nomine caret. Di-
spositiones etiã ipse preter vnã nomine carent. ambitiosi namq; ambitio vocitaꝛ. Quo-
circa fit: vt extremi de medio loco decertent. nos quoq; mediũ hunc modo ambitiosũ:
modo vacantem honoris appetitione vocamus. et nunc ipsum ambitiosum: nunc alte-
Libro quar- rum laudamus. quã autem ob causam id facimus: in sequentibus explanabitur. Nunc
to nũero. 75 de ceteris eundẽ seruantes modum dicamus. Est igitur et circa irã mediocritas/ z exu-
peratio et defectio. atq; cum fere noĩbus careãt: mediũ mansuetũ dicentes: mediocrita-
tem mansuetudinem appellabimus. extremorum autem is quidem qui exuperat: iracũ-
dus/et vicium: iracundia vocitetur. is vero qui deficit: ira vacans: et defectio/ire vacui-
tas nuncupeꝛ. Sunt et alie tres mediocritates. que tametsi similitudinẽ quandã et con-
uenientiã inter sese habent: differunt tamẽ. Omnes eni sunt circa verborum/ actuumue
communẽ vsum. sed differũt q earum vna circa verũ quod est in ipsis/cetere circa iucũ-
dum versantur: quod quidem partim est in ioco/partim in ceteris congressionib9 vni-
uersis. et de his igitur est dicendum: vt magis cernamus in vniuersis mediocritatẽ qui-
dem laudabilem esse: extrema vero/neq; recta / neq; laudabilia: sed vituperabilia esse.
Atq; horũ etiã pleraq; nominib9 carent. verum enitendũ est z his (perinde atq; ceteris)
ponere nomina: dilucididitatis gratia: vt facile sequi possimus. Circa verum igitur me-
dius quidem verax quidam: et mediocritas veritas appelletur. fictio vero: si ad maio-
ra pergat arrogãtia: et arrogans qui ipsam habet dicaꝛ. sin ad minora dissimulatio nũ-
cupetur: et qui habet ipsam/dissimulator. Circa iucundũ quod in ioco consistit medius
quidem comis ac vrbanus: et dispositio comitas atq; vrbanitas appelletur. exuperatio
autẽ scurrilitas: et qui ipsam habet/scurra: et qui deficit/ rusticus quidã. et habit9/rusti-
citas nuncupeꝛ. Circa vero reliquũ iucundũ quod est in vita: is quidẽ qui est vt oportet
iucundus: amicus dicaꝛ/et mediocritas amicitia. Is aũt qui exuperat: si nullius gratia
rei/placidus. sin sui emolumẽti causa: adulator est appellãdus. At is qui deficit z in cũ-
ctis est iniucundus: cõtentiosus quidẽ/difficilisq; dicaꝛ. ¶ Sũt et in affectibus et in ijs 24
que sunt circa affectus: mediocritates. Uerecũdia nãq; virtus quidẽ non est. laudatur
tamen et ipse etiã verecund9. nam et hic diciꝛ esse medius et exuperans atq; deficiens. z
exuperat quidẽ is qui in vniuersis verecundaꝛ: qualis est ipse pauidus. qui vero defi-
cit/aut nulla in re verecũdaꝛ: appellaꝛ impudens. medi9 vero diciꝛ verecund9 ¶ Indi-
gnatio autẽ mediocritas est inuidie/et maliuolẽtie. versanꝛ aũt circa dolorẽ et volupta-
tem: que oriunꝛ ex ijs q̃ ꝓximis accidũt. indignans eni dolet: cũ aliqui prosperitate for-
tune indigne fruunꝛ. inuidus aũt hunc exuperans de oĩbus dolet. sed maliuolus adeo
In fine ter- deficit in dolendo vt gaudeat. Uerũ de his erit et alio loco tẽpus dicẽdi. ¶ De iustitia
tij. in quarto vero postea ꝑtractabim9. atq; cum nõ dicatur simpliciter: distinguem9 ipsã: et de vtraq;
z quĩto hui9 dicemus quo modo mediocritas est. et similiter de rationis virtutibus.

¶Septimi capitis note ¶Qui nõ timẽdo excedũt intimidi/ĩpauidiqꝫ(dũ aptiꝰ succurrat vocabulũ) vocẽt. ¶Cũ vtrũqꝫ vicioꝝ extremũ quoquo pacto superet/et quoquo pacto deficiat: illud tamẽ quod in agẽdo superat ⁊ sĩ patiẽdo deficiat ĩ supabũdãtia et nõ defectu poni solet. quod ꝟo in agẽdo deficit. etsi superet patiẽdo: ponit in defectu ¶Circa decoꝝ ruditas/sordiditas/inexplebilitas/vulgaris vẽtositas. ¶Circa decoꝝ pusillitas/modicitas. ¶Lẽtitudo/inflatio/supbia. ¶Honoris vacuitas/remissio. honoris appetitiõe vacãs/remissus. ¶Ueritas/grauitas. verax/grauis. ¶Arrogãtia/vanitas/iactãtia. Arrogãs/vanꝰ/iactator ¶Dissimulatio/hironia. dissimulator/hironicꝰ. ¶Hic amicitie noĩe ipsã denotamꝰ affabilitatẽ. ¶Iniucundꝰ/cõtentiosus/difficilis inhumanꝰ. ¶Pauidus/stupidus. ¶Utraqꝫ iustitia: distributiua et cõmutatiua.

¶Mediocritates/superabundantie/et defectus hac subiecta formula deprehenduntur.

Excessus	Mediocritas	Defectus
Audacia	Fortitudo	Timiditas
Intemperantia	Temperantia	Insensibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Circa decorũ ruditas	Magnificentia	Pusillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Pusillanimitas
Ambitio	Modestia	Honoris vacuitas
Iracundia	Mansuetudo	Ire vacuitas
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Arrogantia	Ueritas	Dissimulatio
Scurrilitas	Comitas	Rusticitas
Plus	Iustitia	Minus
Iudulgentia	Amicitia	Inimicitia
Stupor	Uerecundia	Impudentia
Inuidia	Indignatio	Maliuolentia

De indignatiõe que dolendi et gaudendi media quedã passio est: de bonorũ enĩ ꝓsperitatibus gaudet/et de aduersis tristat̃ et contra de prosperitatibꝰ/aduersitatibusqꝫ malorũ/et de inuidia et maliuolentia sermonẽ cõtrahit Aristoteles. ⁊ quia ad recte gaudendũ et tristandũ instituta debet eẽ nostra vita/et maxime cauta aduersus inuidiã et maliuolentiã/que oĩm virtutũ sepiũt aditũ si illas semel admitimus: ideo licet de illis paucula adijcere. Inuidia dolor est de bonoꝝ prosperitatibꝰ. que torquet/siccat/afflat/exossatqꝫ inuidẽtes: quasi tortor quidã ex tartareis vltoribꝰ ad mortaliũ exterminia missus Sed discant inuidi (qui aliorũ felicitate torquentur) ex Masone que domus sit inuidie.

Domus est imis in vallibus antri Ouidius
Abdita: sole carens/non vlli peruia vento:
Tristis/et ignaui plenissima frigoris. et que
Igne vacet semper: caligine semper abundet.
Hospes quis: si forte rogas. domus habet edentem
Vipereas carnes viciorum alimenta suorum
Inuidiam. monstri nunc audi que sit imago
Pallor in ore sedet/macies in corpore toto/
Nusqꝫ recta acies/liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent/lingua est suffusa veneno.
Risus abest: nisi quem visi fecere dolores.
Nec fruitur somno/vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos: intabescitqꝫ videndo:
Successus hominũ/carpitqꝫ/et carpitur vna
Suppliciumqꝫ suum est
Quacunqꝫ ingreditur florentia proterit arua/
Exuritqꝫ herbas/et summa papauera carpit.
Afflatuqꝫ suo populos/vrbesqꝫ/domosqꝫ
Polluit.

Hoc inuidi monstrũ medio in pectore geritis. neqꝫ aliã esse putetis inuidie domũ. hanc si sapitis et vobis/et humano generi plurimũ inimicã excutite viperã: que sociã semꝑ habet maliuolẽtiã: germanã/indiuiduãqꝫ sororẽ: diras nocte/hereboqꝫ genitas. et solẽt he pestes ĩ ciuitatibꝰ incubare aliorũ felicitatibꝰ et glorie venenato dente/obliquo oculo/felleoqꝫ pectore insidiãtes. quas multi vt fugerẽt patrias/locaqꝫ deseruere. quas inquã vt fugerẽt Conon diutiꝰ Cypri peregrinꝰ vixit Hiphicrates apud Thracas/Timotheus apud Lesbos/et Cabrias in Egypto. Et omnibꝰ seculis Phocion et Timon Athenienses maliuolentie nota posteritati reddunt̃ infames. Phocion enĩ autore Plutarcho neqꝫ flere/neqꝫ ridere vnqꝫ visus est. cum semper sentiret contra reliquos conciues suos oẽs. consulentibus autẽ in rerũ difficultate oraculũ Atheniensibꝰ/responsum redditũ est: vnũ esse in vrbe ciuẽ qui omniũ voluntati/opinioniqꝫ aduersaretur. clamabãt Athenienses hunc ciuem querendũ esse ac grauiter esse plectendũ. Phocion autẽ alta voce sese eũ esse ait cui nichil vnqꝫ eorũ placeret que po-

Conon
hiphicrates
Thimoteꝰ
Cabrias
Phocion
Timon

pulus Atheniensis decerneret/ac ageret:qua fiducia maliuolꝰ Phocion nichilominꝰ iudiciũ euasit.
et Timon Atheniensis:hoim/suiqꝫ generis osor/congressus hoim atqꝫ colloquia fugitabat/ et solum
Alcibiadem forma et eloquio prestantẽ amplexabaẗ/exosculabaturqꝫ. interrogatꝰ aũt ab Epimanto
quid ita ageret:respondit/ꝙ intelligeret eũ multoꝝ maloꝝ Atheniensibꝰ causam fore.Et semel cum
magna populi Atheniensis expectatiõe cõcionatus est Timon: admiratiõe suspensi quidnã dictu-
rus esset.qui in media corona cõstitutꝰ retulit tandẽ se ortulũ habere:in quo magna adoleuisset ficus/
a qua multi ciues laqueo pependissent.et quoniã eo loci parietẽ necessario erat edificaturus/et opus
esset arborẽ rescindere:ꝓinde distulit/et referre voluit:vt si qui se suspendere vellent/festinarẽt dũ ar-
bos extaret.hec Timonis oratio/et hec pulchra maliuoloꝝ exempla vt cautiores hec passionũ portẽ
ta fugiatis. serpunt enĩ hec anguiũ more/et sensim pectorum penetralibus se ingerunt/suaqꝫ venena
fundunt.et prestaret multo magis terras oẽs serpẽtes afros nutrire ꝗ̃ huiusmodi pestes mortalium
animis admittere.proinde salubriter admoniti cauete.

¶ Septimum cap.duabus conclusionibus/et mediocritatũ excessuum et defectuũ moraliũ virtutum
assignatione partitum est.

Septimi capitis Cõmẽtariꝰ ad litterã. ¶ Prima ꝯclusio.Expedit quoquo pacto virtꝰ extremoꝝ 22
excedentiũ atqꝫ deficiẽtiũ mediocritas sit:nõ modo vniuersaliter/sed et particulariter declarare. Nã
sermonũ(quos de actibus agitamus) vniuersales etsi cõmuniores:inefficatiores tamẽ sunt. particu-
lares autẽ magis veri/atqꝫ accõmodatiores.nã actꝰ circa singularia versanẗ:quibus par est sermões
ipsos consonare.expedit igiẗ hoc pacto virtutẽ duoꝝ hinc et inde deficientiũ extremoꝝ mediocritatẽ
esse:ostendere.que cõprehendemꝰ/declarabimusqꝫ hoc modo. ¶ Extrema et mediocritates virtutum 23
moralium.Circa timores et fiducias mediocritas est fortitudo.excedentiũ vero qui nõ timẽdo exce-
dit/nomine caret.sunt enĩ pleraqꝫ que nominibus vacant.et is qui confidendo exuperat:audax/teme-
rariusqꝫ dicitur.qui in timendo excedit et confidendo deficit:timidus.circa voluptates ⁊ dolores nõ
omnes:sed gustus ac tactus mediocritas est temperantia.que est magis circa voluptates: minus ve-
ro circa dolores versatur.excessus est intemperãtia.et quia circa voluptates qui deficiant perꝗ̃ pau-
ci sunt:iccirco defectui nomen positum non est/sed interim vocẽtur insensati/insensibilesqꝫ.circa elar-
giendas/accipiendasqꝫ pecunias:mediocritas est liberalitas.exuperatio vero ac defectus prodiga-
litas atqꝫ auaritia.his attamen contrario modo exuperant et deficiunt homines.nã prodigus in ero-
gando exuperat et accipiendo deficit/illiberalis autem atqꝫ auarus in capiendo exuperat et in ero-
gando deficit.sed hoc in loco rudi quadam preparatione/et summatim sunt accipienda: alias tamen
exactius proprijs in locis discutienda.et iterum circa pecuniarum elargitiones est mediocritas que
magnificentia nuncupatur.excessus circa decorum ruditas/et defectus pusillitas.et differt magnifi-
cus a liberali ꝙ liberalis circa parua:magnificus vero circa magna versaẗ.sed et amplius quo pa-
cto differant extrema huius ab extremis liberalitatis:postea dicetur.circa honorem et inhonoratio-
nem mediocritas:est magnanimitas/exuperatio:lentitudo/defectio vero pusillanimitas. et magna-
nimitas circa magnum honorem versatur:quemadmodum et magnificentia circa magnas erogatio-
nes/in hoc differens a liberalitate:ꝙ circa paruas existat.et quemadmodum circa paruas erogatio-
nes mediocritas est liberalitas:ita et circa paruos honores quedam virtus et mediocritas que nomi-
ne caret.et excessus est ambitio/et defectus honoris vacuitas.fit enim vt huiusmodi honores expetã-
tur vt oportet/plusꝗ̃ oportet/minus ꝗ̃ oportet.et qui huiusmodi honoris cupiditate excedit:ambitio-
sus dicitur.qui deficit honoris appetitione vacuus.medius innominatus est.nam et habitus ipsi et i
medio/et extremis nomine carent:nisi in ambitioso cuius dispositio nominatur ambitio.quo fit vt ex-
tremi de medio contendant.hinc nos medium quandoqꝫ ambitiosum/ quandoqꝫ honoris appetitione
vacantem dicimus.et nunc hunc/nunc illum laudamus.sed cur id accidat ex sequentibus est deside-
randum.nunc autem ad cetera pergamus/ ⁊ de reliquis explicemus.circa iram mediocritas est mã-
suetudo/excessus:iracundia/defectus:ire vacuitas.et medius mansuetus dicitur et extremi iracũdꝰ/
et ire vacuus.sed fere nomina desunt.sunt et alie tres mediocritates:vt affabilitas/veritas/comitas:
que inter se similitudinem habẽt/diuerse tamen sunt.similitudinem quidẽ habent ꝙ omnes circa ver-
borum et actuum humanorum communicationem versantur. differunt autem ꝙ vna earum circa ve-
rum existit/alie circa delectabile:hec in ioco/illa vero in cunctis que ad vitam pertinent/que ⁊ aperti-
us sunt declarande:vt in omnibus medium laudabile cognoscamꝰ:extrema vero neqꝫ recta/neqꝫ lau-
dabilia esse/sed reprehensione dignissima.et licet in plerisqꝫ nomina desint:licebit tamen vt in ceteris
declarationis gratia et bone/facilisqꝫ sequentium apprehensionis: nomina fingere.circa verum igiẗ
mediocritas nominetur veritas.exuperatio/arrogãtia.defectio/dissimulatio.medius/verax.extremi
vero arrogans et dissimulator.circa delectabile in ioco medium comitas/⁊ vrbanitas diciẗ.exupera-
tio scurrilitas.defectus rusticitas:mediꝰ comis/et vrbanus.extremi scurra/et rusticus.circa reliquũ
iucundum quod est in vita:mediocritas amicitia quedam est.excessus placiditas/adulatio. defectus
contentio/atqꝫ inhumanitas.medius cuius vt oportet iucunda cõsuetudo est:amicꝰ.extremi qui nul-
lius rei gratia excedit:placidus.emolumenti gratia:adulator. qui deficit iniucundus/contentiosus/
atqꝫ difficilis. ¶ Secunda conclusio. Non modo in virtutibus laudãda mediocritas reperitur/ et ex- 24
trema vituperanda:sed et in ipis affectibus.Vt verecundia que virtus non est sed affectio:laudaẗ pa-
riter et verecundus.et verecundia mediocritas quedã est/et verecundꝰ mediꝰ.sed abundat pauidus:
qui in omnibus verecundatur.et deficit impudens:quiquidem nulla in re verecũdatur. Similiter in-
dignatio affectio quedã media est/inuidia excessus/maliuolentia defectus:que versanẗ circa dolorẽ/
et voluptatẽ ex ijs ipsis ꝓuenientẽ:que ꝓximis accidũt.et indignãs medıꝰ est:qui dolet cũ qui indigni
sunt/ꝓsperitatibus euehunẗ.inuidus excedit de oĩbus dolẽs.maliuolꝰ deficit etiã de bonoꝝ aduersi-
tatibus gaudens.sed de ijs et de vtraqꝫ/iustitia distributiua inꝗ̃ et cõmutatiua quo pacto medietas:

de intellectualibus virtutibus posterior habendus est sermo.

Cap. VIII.

25 Cum autem tres sint dispositiones/ et due quidem sint vicia: quorū alterum
c in exuperatione/ alterum in defectione consistit: vna autem virtus que qui-
dem est mediocritas: omnes inter se / etsi non eque: suscipiunt oppositionē.
Extreme nāqꝫ: cum medie/ tum inter sese contrarie sunt. media vero extremis. Nam
vt equale maius quidem est cum cōparatur ad minus: minus autem cum cōparatur
ad maius: sic et habitus medij respectu quidem defectionū exuperant: respectu autē
exuperationum deficiūt: tam in affectibus/ ꝙ etiam in actibus. fortis enim cum ad ti-
midum comparatur/ audax: cum ad audacem/ timidus esse videtur. pari modo tem-
perans respectu quidē insensati/ intemperās: respectu autem intemperātis / insensa-
tus videtur. Liberalis etiam prodigus videtur si ad illiberalē: illiberalis si cum pro-
digo cōferatur. Quapropter et extremorū vterqꝫ medium ipsum ab se compellit ad
alterum. atqꝫ fortem audax quidem timidum: timidus autem audacem appellat. et
26 in ceteris simili modo. ¶ Hec cum hoc pacto inter sese opponantur: maior est vtiqꝫ
contrarietas extremorū inter sese ꝙ ad medium. Longius enī hec inter sese ꝙ a me-
dio distant. et perinde/ atqꝫ magnum magis a paruo paruumqꝫ a magno ꝙ ab equa-
li vtrūqꝫ distat. Extremis insuper nōnullis ad mediū similitudo quedā esse videtur.
vt audacie ad fortitudinem: et prodigalitati ad liberalitatem. at extremorū inter sese
maxima est dissimilitudo: atqꝫ ea que plurimum inter se distant diffinientes contra-
27 ria dicunt. quo fit vt ea que magis distant magis contraria sint. ¶ At vero medio in
quibusdam exuperatio: in quibusdam defectio magis opponitur. Fortitudini nāqꝫ
non audacia que est exuperatio: sed timiditas que est defectio magis opponit. Tē-
perantie vero non insensibilitas que quidem est defectio: sed intemperantia que est
exuperatio magis opponitur. ¶ Id autem ob duas accidit causas. atqꝫ vna quidem
est ex ipsius rei natura. nam quia propinquius atqꝫ similius est extremorum alterum
medio: ideo non hoc ipsi/ sed contrariū oppositum esse magis asserimus. vt cum au-
dacia quidem similius fortitudini videatur atqꝫ propinquius esse: timiditas autem
dissimilius: hanc illi magis oppositam esse censemus. etenī ea que plus a medio di-
stant: eidem contraria magis esse vidētur. hec igitur vna est causa: que quidem est ex
ipsius rei natura. Altera autem ex nobis sumitur ipsis. ea namqꝫ medio cōtraria ma-
gis esse videntur: ad que nos ipsi quodāmodo natura sumus propensiores. nos enī
ipsi quia magis ad voluptates sumus procliues: iccirco facilius ad intemperantiam
ꝙ ad modestiam inclinamur. hec igitur magis contraria dicimus: ad que fit magis
accretio. et propterea intemperantia que est exuperatio magis est contraria tem-
perantie.

¶ Octaui capitis note. ¶ Dispositio/ habitus ¶ Contrarietas est extremorū aut extremi et medij repugnantia. ¶ Contraria sunt que sub eodem genere posita sunt maxime a se inuicem distant et eidem subiecto vicissim assunt a quo mutuo se expellunt. et cum particula maxime non apponitur omnibus contrarijs conuenit: tū extremis et maxime talibus/ tū non maxime contrarijs. cum autē illa particula adijcitur: conuenit quidem contrarijs/ sed solum maxime talibus. ¶ Equale: mediū rei equamqꝫ ad extrema differentiam seruans.

¶ Octauum cap. tribus conclusionibus partitum est.

25 Octaui Capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima conclusio. Et medium extremis/ et extrema inter sese quodammodo opponuntur. Sunt enim vt dictum est tres dispositiones quarum due vicia sunt vnum quidem in exuperatione / et alterum in defectu: et tertia virtus est/ que et mediocritas quedam est. sed media dispositio extremis contrariatur. nam quēadmodum equale cum comparatur ad minus/ maius esse videtur: et cum comparatur ad maius / videtur esse minus. sic medie ipse dispositiones/ medijqꝫ habitus: respectu defectionū exuperare vidētur. at respectu exuperationum videntur deficere. et ita in actibus/ atqꝫ affectionibus. in habitibus quidem vt fortis si ad timidum comparetur audax apparet: si ad audacem protinus apparet timidus. Itidem si temperans ad insensibilem cōparetur: intemperās/ ad intēperātem vero ꝯparatus: insensibilis esse videbitur. et si liberalis ad illiberalē/ auarūqꝫ cōparetur: ꝓdigus apparebit/ si ad ꝓdigum: illiberalis: et in ceteris simili modo. sed extrema illa vt audax/ timidus/ intemperās/ insensibilis: manifeste inter se contrariari dinoscuntur. igitur et medij illi habitus extremis. reijcit enī ab se extremorū vnūquodqꝫ ipsum mediū ad alterum. hinc audax fortem nominat timidū/ et timidus eundē

nominat audacē:et ita in reliquis. mediū igitur extremis/ et extrema inter ſeſe quodāmodo opponū=
tur.nam quodāmodo cōtrariant̄.et hec cōcluſio cois eſt ad habitus/actus et affectiones.¶Secunda 26
concluſio.Cū hoc pacto mediū extremis/et extrema inter ſeſe opponātur:extremorū tamē inter ſe op=
poſitio maior eſt.Primo. qꝛ extrema inter ſe magis diſtāt q̃ diſtent a medio quēadmodū magnum et
paruum inter ſe magis diſtāt q̃ ab equali. cū igitur opponant̄ extrema: magis inter ſe q̃ ipi medio
opponātur.¶Secundo.plerorūqꝫ extremoꝝ ad mediū ſimilitudo quedā eſt. vt audacie ad fortitudi=
nem/et ꝓdigalitatis ad liberalitatē.et extremorū inter ſe maxima diſſimilitudo eſt.magis igitur ex=
trema inter ſe diſtabunt. ſiquidē diffiniūtur cōtraria per plurimū diſtare. extrema igitur que magis
diſtant:ꝛ inter ſe magis ſunt contraria. extremorū igitur inter ſe oppoſitio maior eſt q̃ ipſorū ad me=
diū.¶Tertia concluſio.In aliquibus exuperatio et in aliquibus defectio: magis ipi medio oppoſita 27
eſt. vt intēperantia que exuperatio eſt: magis oppoſita eſt tēperātie/ q̃ inſenſibilitas quequidē eſt de=
fectio.et timiditas que defectio eſt magis oppoſita fortitudini:q̃ audacia que exuperatio eſt.Et id ob
duas quidē cauſas euenit.prima eni ex parte rei/altera ex parte noſtri ſumitur. ex parte aūt rei. nam
cum vnum extremorū medio ꝓpinquius atqꝫ ſimilius ſit: tunc nō ipm ſed ſuū oppoſitū ipſi medio ma=
gis oppoſitū eſt. vt quoniā audacia ꝓpinquior atqꝫ ſimilior fortitudini:timiditas vero que eſt defectio
remotior/diſſimiliorqꝫ:ꝓinde timiditas magis fortitudini oppoſita eſt.que eni a medio magis diſtāt:
et eidem bono iure magis cōtraria ſunt.Secunda vero cauſa que ex parte noſtri eſt:extrema illa me=
dio magis cōtraria eſſe videbūtur ad que natura procliuiores ſumus. vt nos procliuiores ſumus ad
voluptates q̃ ad voluptatū abſtinentiā. iccirco intēperantia que eſt exuperatio magis contraria eſt
tēperantie:q̃ inſenſibilitas.magis eni iure ea extrema medio ſunt ꝯtraria:ad que magis fit augmē=
tum/a medioqꝫ diſceſſus.i aliquibꝰ igit̄ exupatio/ꝛ in aliquibꝫ defectio magis ipi medio oppoſita eſt.

Irtutem igitur moris mediocritatem eſſe: et quomodo Cap.VIIII. 28
V ſit/et viciorum duorum mediocritatem eſſe:vnius per exuperationem:alterius
per defectionem:et talem eſſe propterea ꝙ cōiectatrix eſt eius medij quod in af=
fectibus eſt atqꝫ actibus:ſatis iam diximus.Quapropter difficile eſt ſtudioſum eſſe.eſt
enim difficile in vnoquoqꝫ medium capere. vt circuli medium inuenire non cuiuſlibet:
ſed ſciētis eſt tantū. Pari modo iraſci quidē:et dare argentū:ſumptuſue facere:cuiuſli=
bet eſt/ et facile. ſed cui/ et quantum/ et quando/ et quomodo: et gratia cuius oportet:
non cuiuſlibet eſt/neqꝫ facile.quod quidē eſt ipſum rectum:ꝛ eſt perrarū/et laudabile/ꝛ
perpulchrum.¶ Iccirco eum qui mediū ipſum cōiectat.primū quidē a magis cōtrario 29
diſcedere oportet:et perinde/atqꝫ Circe monebat.
Extra vndam et fumum longe compelle carinam.
Extremorū eni altero magis: altero minus delinquitur.
cum igitur cōſequi mediū ſumme ſit difficile:ſecunda(vt inquiūt) nauigatione minima
malorū ſunt capienda.Idqꝫ erit hoc maxime modo quē diximus.¶Conſiderare autē
oportet et ad que nos ſumus ꝓpenſiores.nam alij ad alia natura ſumus ꝓcliues.quod
quidem ex voluptate/dolore ue inde ꝓueniente percipietur.atqꝫ noſipſos ad cōtrarium
oportet retrahere.Longe namqꝫ a delinquendo ſecedentes:ad ipm tandem mediū ac=
cedemus vt ſolent ij facere: qui lignorum ea que ſunt obliqua ad rectitudinē redigunt.
¶In vniuerſis autē cauendū eſt maxime a voluptate.non eni incorrupti iudicamus de
ipſa.Vt ergo Troianorū ſenes erga Helenam ſeſe habuerūt: ſic et nos ad voluptatem
ipſam eſſe affectos: in omnibuſqꝫ illorū dicere vocē oportet:hoc eni pacto remouentes
a nobis ipſam:minus peccabimus.hec igit̄ facientes(vt in ſumma dicam)maxime me=
dium attingere/cōſequiue poterimus.¶Id autē ipm difficile eſt fortaſſe.et in ſingula=
ribus maxime.Non eni facile determinari poteſt/quo modo/et quibus/et pro quibus:
et quāto in tēpore iraſcendū eſt.eteni nos interdū eos qui deficiūt laudamus:et mites
dicimus eſſe:interdū ipſos infenſos appellamus viriles.Verum qui parū a recto exor=
bitat non carpitur:ſiue ad defectionē/ſiue ad exuperationē ſe flectat.qui vero multum:
vituperatur.nō eni latet egreſſus. Facile autem non eſt excipere ratione: quouſqꝫ et ad
quantū a recto quiſpiā egreſſus:carpendus eſt.neqꝫ eni aliud quicq̃ ſenſibiliū determi=
nari facile poteſt.talia vero in ſingularibus ſunt: et iudiciū eſt in ſenſu.Verum illud eſt
manifeſtum medium habitum in vniuerſis laudabilē eſſe.Oportet autem nunc ad exu=
perationem nunc ad defectionem declinare.hoc enim pacto facillime medium ipſum et
rectum attingemus/ ac aſſequemur.

¶Noni capitis note.¶Precepta Circes ad Vlixem ex Odyſſea Homeri cognoſcūtur.in exemplari
greco pro circe calypſo ponitur. Et decreta ſeniorū Troianorū pro reſtituenda Helena cognoſcūtur
ex Iliade Homeri. ¶Singularia/ circunſtantie prudentie. ¶Vt hic nos admonet Ariſtoteles eſſe
cautos in altero viciorū fugiendo ne recidamus in alterum:id ſummopere.Stoici curant quod et hoc
Horatius carmine notauit Horatius.

Jn viciū ducit culpe fuga: si caret arte.
Non ego auarum
Cum veto te fieri: vappam iubeo ac nebulonem
Dum vitant stulti vicia: in contraria currunt.
Est modus in rebus sunt certi deniqꝫ fines
Ultra quos/citraqꝫ nequit consistere rectum.
Notauit itē (quod et Aristoteles frequēter) nos cautiores attēdere: ne nos specie ꝟtutū vicia deludāt.
Fallit enim vicium specie virtutis/et vmbra.
Cum sit triste habitu/vultuqꝫ et veste seuerum.
Nec dubie tanq̄ frugi laudatur auarus:
Tanq̄ parcus homo/et rerum tutela suarum.
¶ Nonū cap. vna cōclusione et tribus documētis partitū est.

28 Noni Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Conclusio. Difficile est studiosum esse. Primo. nam iam
satis dictum est virtutē moralem mediocritatem esse duorū viciorū: huius per exuperationē/alterius
per defectum: et iccirco virtutem cōiectatricē esse medij. et in affectibus et in actibus et in vnoquoqꝫ
medium capere difficile est: vt circuli mediū capere non est cuiuslibet/sed scientis tantū. simili quoqꝫ
pacto irasci/pecuniā dare/et sumptū facere cuiuslibet est/et facile: sed cui/quantū/quādo/quo modo/
et grā cuius: non āplius cuiuslibet neqꝫ facile est. quod enī rectū est: et rarū/et laudabile/et ꝑclarū est.
29 ¶ Tria documenta. Primū documentū. Volenti ipsum assequi mediū summopere nitendū est magis
fugere viciū quod ipsi medio magis est oppositū. sed caute tamen ne rursus in alterū ꝓruamus viciū:
quēadmodū et Circe hoc pacto monebat Ulixem extra vndam et fumū longe cōpelle carinā. et cū nō
sit semper possibile mediū attingere ob sui difficultatē: tū minima malorū (quēadmodū in ꝓspera na-
uigatione aiunt) suscipienda erunt/minimiqꝫ a medio discessus. et cū cōtrariorū alterū altero magis
peccet id maxime fiet: si magis id deuitabimus (vt iam dictū est) quod deterius est/et ipsi medio ma-
gis oppositum. ¶ Secundū documentū. Considerare oportet vicia ad que natura sumus ꝓpensiores:
et nos ad opposita retrahere/et tandem longe ab ijs in quibus delinquere solebamus euadētes: in me-
dium recidemus. more eorū qui curua ligna ad rectitudinem dirigūt. neqꝫ omnes ad eadem vicia na-
tura sunt ꝓpensi/sed alij ad alia. quod ex voluptate et dolore percipitur. nā plerisqꝫ in quibus volup-
tas ipsa est: in ijs alijs adest dolor. ¶ Tertiū documentū. Jn vniuersis agendis summopere cauendū
est a voluptate. nam nos ea nondū tentati: iudiciū de illa non ferimus/nos scilicet illā perturbaturos.
et nos ad voluptatē ipsam sic affectos esse oportet: vt Troianorū seniores sese habuerūt ad Helenam/
et in omibus illorū imitari vocem. sic enī a nobis ipis voluptatē repellētes: minus peccabimus. et hec
precepta (vt paucis absoluatur) obseruantes: mediū ipm vel maxime assequi valebimus ¶ Secundo.
ob idipm difficile est studiosum esse. ꝙ maxime difficile est mediū in singularibꝰ obseruare. nō enī de-
terminare facile est: quo modo/et quibus/et pro quibus/et quanto tēpore irascendū sit. nam nos inter-
dum eos qui deficiūt laudamus/mitesqꝫ dicimus. interdū vero infensos/excandescētes: noiamus vi-
riles. sed id animaduersiōe dignū est: eū qui parum a recto deuiat/siue ad exuperationē/siue defectio-
nem: non vituperari. qui vero plurimū labitur: vituperari. nam tunc latere nō potest egressus/deuia-
tioqꝫ a recto. attamen nō est facile sermone explicare/quousqꝫ/et ad quantū a recto egressus: quisqꝫ vi-
tuperandus est. nec quicqꝫ aliud sensibiliū prompte determinari potest. nam talia in singularibus sita
sunt/et eorū iudiciū in sensu est. nihil igitur mirū videatur: si difficile sit fieri studiosum. sed id in sin-
gulis pro certo/exploratoqꝫ haberi debet: mediū habitum laudabilē esse/et nunc ad superationē/nunc
ad defectionem declinare oportere: quo facilius medium ipsum/ipsumqꝫ rectum adipiscamur.

Secundi Ethicorum Aristotelis Finis.

Cap. I.

1 Um autem virtus circa affectus/actusqꝫ versetur: et in ijs quidem que sua
sponte quis agit laudes et vituperationes: in ijs autem que inuitus facit
c venia nonnūqꝫ et misericordia locū habeat: eos forsitan qui de virtute cō-
siderant: de eo quod sua sponte quis facit atqꝫ inuitus determinare necesse
est. vtilis est etiā legūlatoribus hec sane consideratio: ad premia/penasqꝫ
2 instituendas. ¶ Uidetur itaqꝫ ea inuitus facere quispiā: que violentia vel per ignora-
tionem facit. Jd autem est violētum: cuius principiū est foris: in quod nihil is qui agit/
3 aut patitur confert/vt si ventus aliquo tulerit: aut homines potestatem habētes. ¶ At
ea que ob maiorum metum malorū/aut ob aliquod bonū aguntur: vt si tyrannus quē-
piam aliquid agere turpe iuberet: habens in potestate et parentes et liberos: hac lege/
vt si illud agat: illi sint incolumes/si non agat: dispereant: cōtrouersiam habere videnꝛ:
4 vtrum hec inuiti an sponte faciant homines ¶ Tale etiā quid accidit et circa iactus eos:
qui in tempestatibus fiunt. Simpliciter enī nemo suas fortunas eijcit sponte. sed omnes
propter suam ceterorūqꝫ salutem eijciūt: modo sint mentis sane. tales igitur actus mixti
quidem sunt. Jis autem magis sunt similes quos sponte homines agunt. Expetuntur
enim tunc cum aguntur: atqꝫ finis actionis in temporis conditione consistit. et sponte
igitur et inuitum vnūquēqꝫ dicendū est agere cū agit. agit autem sua sponte. ¶ Est enī
in ipso principiū mouendi partes eas que sunt in huiuscemodi actibus instrumenta. at

quorum principiũ est in ipso: ea agere vel nõ agere in ipso est sitũ. talia igitur sua sponte
quisqꝫ agit. At simpliciter fortassis inuitus. nemo namqꝫ talium quicq̃ per se expeteret
vnq̃. ¶In actibus autem huiuscemodi nonnũqꝫ homines et laudantur: cum pro ma= 5
gnis et honestis rebus aliquid turpe ferunt aut molestũ. si vero contra faciũt vituperã=
tur. est enim improbi pro nulla re honesta vel mediocri: res turpissimas ferre. In qui=
busdam autem laus quidem non fit: sed venia locũ habet: cum ea que nõ agere oportet
quispiam egerit ob huiuscemodi res: que naturã humanã superant/ nemoqꝫ perferret.
Sunt autem quedam: ad que forsitan nõ licet quemq̃ esse cõpulsum: sed potius opor=
tet summa perpessum tormenta mortem obire. Ridicula namqꝫ videntur ea que ad ne=
Alcmeon cem matris Alcmeonem Euripidis compulerunt. Est autem interdum difficile quale
pro quali sit expetẽdũ: et quid pro quo sustinẽdũ discernere. difficilius etiã est: posteaq̃
cognoueris in sententia permanere. Fit enim plerũqꝫ: vt ea quidem que expetãtur mo=
lesta: ea vero ad que cogimur turpia sint: vnde laudantur atqꝫ vituperantur ij qui fue=
runt aut non fuerunt compulsi ¶Quenam igitur dicenda sunt violenta? An ea quidem
simpliciter inuitus quispiam agit quorum externa est causa et ipse agens nichil omnino
confert. que vero per se quidẽ inuitus facit: sed nunc et pro his expetuntur: principiũqꝫ
est in ipso agente: ea per se quidẽ inuitus facit: nunc autẽ et pro his sponte agit? magis
autẽ ijs similia sunt que sua spõte quis agit. actus enĩ sunt circa ipsa singula: que quidẽ
sponte facit. Qualia vero ꝓ q̃libus expetẽda sunt nõ facile assignare possumus. quippe
cum in ipsis singulis complures sint differentie. ¶Quod si quispiam ideo iucunda et 6
bona: violenta dixerit esse quia et extra sunt et compellunt; omnia erunt eius sententia
violenta. horum enim gratia omnes omnia agunt. Atqꝫ qui violentia/ inuitiqꝫ agunt ij
cum dolore: qui ob iucundũ/ ij cum voluptate agunt. Est autem ridiculum externa quẽ=
piam accusare: sed non seip̃m/ qui quidem ab huiusmodi rebus facile capitur: et hone=
storum quidem se: turpiũ autem ea que afferũt voluptatẽ censere causam esse. id igitur
violentum esse videtur/ cuius principium est foris: nihil prorsus eo cõferente cui vis est
allata. ¶Omne autem quod ob ignorationẽ est actũ: non sponte quidem est actũ. Ab
inuito tamen id effectum est omne pro quo dolet qui egit: ipsumqꝫ penitentia subit. qui 7
namqꝫ ob ignorationem aliquid agit: et non fert moleste se illud egisse: sponte quidem
sua non egit quod nesciebat. Non tamen erit inuitus: quippe cum nõ doleat ob idip̃m.
Qui igitur ob ignorationẽ quippiã egit: si ipsum peniteat/ inuitus fecisse videtur. si non
peniteat cum is alius sit: non sponte dicatur egisse. cũ enĩ differat: melius est vt propriũ
habeat nomen ¶At enim hec etiam ipsa: ob ignorationẽ inq̃ agere/ et ignorantẽ agere
diuersa esse videntur. Nam ebrius aut iratus non videtur ob ignorationem agere: sed 8
ob aliquid eorũ que dicta sunt: non sciens/ sed ignorans. omnis igitur prauus ignorat
que agere oportet: et a quibus est abstinendum. Et ob huiuscemodi errorem iniusti ho=
mines/ maliqꝫ omnino fiunt. ¶Inuitus autem dicitur quispiam agere: nõ si ignorat id
quod conducit. non enim ea ignoratio que facta est electione/ causa est vt aliquid inui= 9
tus quispiam faciat: sed prauitatis. Nec etiam ea que est vniuersalis. homines enĩ pro=
pter hanc ipsam reprehendũtur. Sed ea que est singulorum in quibus / et circa que est
ipsa actio. in his enĩ et cõmiseratio locũ habet et venia. qui namqꝫ aliquid eorũ ignorat
inuitus agit. ¶Forsitan igitur nõ ab re fuerit: si que et quot sunt ipsa determiabimus.
Quis itaqꝫ: quid/ et circa quid/ vel in quo agit/ nonnũq̃ et quo: vt instrumento. et cuius 10
gratia/ vt salutis. et quo modo: vt sensim vel vehementer ¶Uniuersa igitur hec/ nemo
ignorauerit: modo non sit insanus. Patet autem neqꝫ enim ipsum agentem. quo nam= 11
q̃ pacto se ignorabit? Ignorauerit autem quispiam id quod agit. vt inquiunt dicentes
Eschylus excidisse sibi: aut nescisse arcana esse: quemadmodum Eschylus ip̃a arcana ceteris. aut
ostendere volentes immisisse: vt qui telum immisit. Putauerit autem quispiam et filium
Merope hostem esse. vt Merope putauit. et hastam cuspidem habentem ea carere. et lapidem/
pumicem esse. Et interfecerit quispiam salutis percussum causa et monstrare volens
(vt faciunt qui manibus extremis luctantur) percusserit. Cum igitur circa hec omĩa in
quibus est ipse actus/ sit ignoratio; qui horũ aliquid ignorauit: is inuitus egisse videt.
et maxime in precipuis. hec aũt ea videntur esse ĩ quibus est ipse actus: et id cuius gratia.
Eius igitur quod ab ĩuito ob ignorationẽ talẽ dicitur esse factũ: oportet actionẽ/ dolo=

rem insuper/penitentiáq; afferre. ¶Cũ aũt id inuitus quispiã agat: quod vi et ob igno=
12 ratioñe agitur: id sua profecto sponte quispiã videbitur agere: cuius pricipiũ est in ipo
agente sciente singula: in quibus est ipse actus. ¶Forsitan enĩ non recte dicitur: ea fieri
13 ab inuitis: que per iram aut cupiditatẽ agũtur. Primo. namq; nulla belua sponte aget:
neq; pueri. ¶Deinde vtrum nihil eorũ sponte agamus que cupiditate vel ira agimus: an honesta quidem sponte/ turpia vero inuiti? An ridiculũ est: cũ vna sit causa? ¶Absurdum est etiam forsitan ea ab inuitis agi censere: que oportet appetere. oportet aũt et irasci pro quibusdam/et cupere nõnullas res: vt sanitatem atq; disciplinã. ¶Videntur etiam ea quidem que ab inuitis fiunt/ dolorem: ea vero que cupiditate aguntur voluptatem afferre. ¶Preterea quid interest inter ea que per rationem et que per irã peccantur/ hoc ipso quod ab inuitis agantur. etenĩ fugienda quidem sunt ambo. affectus autẽ rationis expertes non minus humani esse vidẽtur. et actus ipsius hominis ab ira cupiditateq; fiunt. Absurdum est igitur hec ab inuitis agi censere.

¶Primi capitis note. ¶Nihil cõfert/ nihil coadiuuat. ¶Voluntariũ/ cui⁹ principiũ in ipso operante est: operatiõis cognoscẽte singula. Inuoluntariũ quod per vim/ aut ignorantiã factũ iputabile nõ est. Inuite factũ/ per ignorantiã factũ: quod cognitũ penitudinẽ inducit. ¶Turpe/ ꝓbrũ/ cõtumeliosum/ ignominiosum aut simile. Probrũ ferre pro patria in filio non recusant Manilius: qui filiũ litteris et forma inter suos equales prestantẽ ꝙ malo cõsilio/ Catiline familiaritati adheserat: in medio itinere assecutus/ abstractum vltime pene supplicio affici voluit dicens: se non Catiline aduersus patriam/ sed patrie aduersus Catilinã filiũ genuisse. ¶Per se inuoluntaria sunt: que nulla vrgente necessitate/ nullus vnq̃ probe mentis admitteret: nisi aut ignorãs/ aut vi supante coactus. ¶Omnes agunt horũ gratia que extra sunt: ꝙ agant horũ gratia que nondũ cõsecuta sunt. Inuitus agit/ inuoluntarius agit. Et cum Aristoteles diffinit inuitũ agere nõ apponit particulã per violentiã: ꝙ prius posita est/ sed secundã particulã que certã requirebat intelligentiã. itaq; diffinitio hic: diffinitionẽ inuoluntarij prius positã emendat. ¶Q; homies ignorãtes que agenda ⁊ fugienda sint ob huiusmodi errorem omino mali sint: hoc ideo est ꝙ cũ nõ decernant a quibus sit abhorrendũ: ea nõ deuitãt/ sed ea sine discrimine faciunt. ¶Ignorantia vniuersalis est ignorãtia earum rerũ: quas homo scire tenet. Ignorantia alicuius particularũ circunstãtiarum miseratione/ veniaq; tunc digna est: cũ quis agit per ignorãtiã talis circunstãtie/ quã minime scire tenet. ¶Acinacis/ harpe/ machera/ dolones/ hasta/ conti/ pila/ gesa/ spara/ tragula/ falarica/ missilia/ catapulta: teloꝝ bellicoꝝ sunt nomina. et catapulta etiã instrumẽtũ est: quo tela tricubitalia emitti solent. Plautus. te neruo torquebo vt catapulte solent. sed qui telorum genera et descriptiones desiderant: legant Valturium de re militari. illic enĩ inuenient cruenti armamẽtaria Martis. ¶Pumex: lapis leuis/ spongiosus/ erosus/ poliendis libris/ et leuigãdis lignis aptissim⁹. Eolie insule mittũt: vim illi refrigerẽdi maximã putauit inesse Theophrastus: ꝙ feruere musta designãt: pumice adiecto. ¶Bruta voluntarie agere dicũtur: sed nõ ꝓprie vt homines/ verũ suo modo: et suo modo singula cognoscunt. Sensitiuus enĩ illis appetitus: in hominibus est voluntas Euripides Atheniensis tragediarũ sciptor haud ignobilis drammata multa reliquit inter que scripsit Alcmeonem Amphiarij filium matrẽ Eriphylen in vltionẽ necis paterne interemisse ¶Eschylus scriptor tragicus reprehẽsus aliquãdo fuit ⁊ ductus ad areopagum ꝙ mystica quedam de sacris choreis publicauerit que nõ licebat vulgo esse cognita. ille autẽ se id per ignorãtiã fecisse asserebat. de eo quintilianus et aulus gellius. ¶Quod adducit de Merope: simile nostri memorantur de Pentheo qui a matre et materterа vt hostis decerptus est. de quo Ouidius.

Manilius
Catilina
Plautus

Prima suum misso violauit Penthea Thyrso
Mater: et O gemine clamauit adeste sorores.
Ille aper in nostris regnat qui maximus agris
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in vnum
Turba furens/ cuncte coeunt/ trepidumq; sequuntur.
Trunca sed ostendens deiectis vulnera membris
Aspice mater ait/ visis vlulauit Agaue.
Collaq; iactauit/ crinemq; per aera mouit
Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
Clamat: io comites opus hoc victoria nostra est.

Ouidius
Pentheus
Agaue

¶Primum cap. octo conclusiõibus/ duabus diffinitionibus/ vna questione/ vna diuisione/ et vno correlario partitum est.

Primi Capitis cõmẽtarius ad litterã. ¶Prima cõclusio. Expedit de virtute tractãtibus: de vo-
1 luntario et inuolũtario discutere. ¶Primo. q2 virtus circa affectus/ actusq; versat. atq; in his dum operamur volũtarie: laudamur/ aut vituperamur. dũ aũt inuolũtarie: plerũq; venia/ misericordiaq; locum habent. igit par est virtutis cõsideratioñe suscipiẽtibus: de volũtario et inuolũtario determiare. ¶Secundo. q2 volũtarij et inuolũtarij cõsideratio legislatoribus vtilis est: vt rite premia/ aut penas
2 instituant. cõsideranti igitur de virtute cõsentanea est hec determinatio. ¶Diffinitio. Inuoluntaria sunt que per violentiã/ aut per ignorãtiã sunt facta. Violentũ est cuius principiũ est extra: cui is qui violentia aut agit aut patitur nihil prorsus cõfert ac conducit. vt si ventus aliquem sustulerit: id violentũ est. simʼr si hoies potẽtiores hosẽ pertrahãt/ raptẽtq; totis viribus/ totoq; nisu reluctantẽ/ id vio-
3 lentum est ¶Questio. An ea que ob metũ maioris mali fiũt/ aut ꝓpter bonũ aliquod: volũtaria sint/ an

inuolũtaria? verbi causa tyrãnus habẽs alicuius parẽtes et liberos in sua potestate iubet illũ turpe aliquid cõmittere hac cõditione vt si id non admittat facinus: enecanẽ parentes/ et liberi: si admittit saluanẽ. quã rem is metu mortis parentũ et liberorũ/ et gratia salutis eorũ cõmittat: an id factũ volũtariũ sit/ an inuolũtariũ? ❡ Secũda cõclusio. Ea que ob hmõi mali metũ/ aut bonũ aliquod fiũt: neq3 omino volũtaria neq3 inuolũtaria sunt/ sed mixta et magis quidẽ volũtarijs similia. Primo. Similia sunt hec ijs qui fluctibus iactati opes suas deuoluũt. at nullis qui mente sit incolumi/ sanoq3 animo suas opes omino volũtarie deijcit: sed omẽs ob suã/ suorũq3 salutẽ faciũt. talia igiẽ nõ omino volũtaria sunt. et cũ non per violentiã (nam in ipis illarũ operationũ principiũ est) neq3 per ignorantiã fiãt: ea nõ sunt omino inuolũtaria. sunt igiẽ mixta. Sed q2 volũtarijs similiora sint: patet. ❡ Primo. q2 talia eliguntẽ tũc fieri cũ fiũt. fiunt igitur tũc volũtarie. et finis opationis: ex cõditione tẽporis metiẽ: et vnũquodq3 dicẽdũ est volũtariũ aut inuolũtariũ si tunc cũ agiẽ tale est. talia igitur volũtarijs euadũt similiora. ❡ Secũdo in hmõi opantibus est tunc principiũ mouẽdi suas partes: que sunt taliũ operationũ instrumẽta. at quibus taliũ agendi principiũ hoc pacto inest: in sua potestate agere vel nõ agere situm est. sunt igiẽ talia magis volũtaria. sed nihil phiberet talia per se/ nullaq3 tali iteruenẽte occasione nunq3 fieri nisi inuolũtaria. nullus eni quicq3 taliũ per se/ nullaq3 intercedẽte grãdi necessitate: eligeret vnq3. ❡ Diuisio. verũtamẽ taliũ actuũ sunt aliqui in quibz laudanẽ hoies: quãdo p magnis/ et honestis rebus probra/ molestaq3 ferũt. nã pbrosissima p nullo honesto etiã mediocri pferre posse: improbi est. qui aũt secus faciũt vicio dãtur. sunt tamẽ alia in quibus laus nulla cadit sed venia locũ habet: cũ ea perpetrãt que etiã nõ oportet/ quãdo ea ob eas res perpetrãt: que naturã superãt humanã et quas nemo pferret. sunt et quedã ad que nemo cogi debet: sed potius extrema oia sustinere/ morteq3 ipam perferre. nã que apud Eurypidẽ cõpulerũt Alcmeonẽ ad necẽ matris: ridicula esse videnẽ. non tamen facile interdũ iudicare est: quale pro quali/ et quid ex quo sustinendũ sit. atq3 vbi cognoueris: difficilius est in posito/ sentẽtiaq3 manere. nã plerũq3 que expectãtur: tristia/ molestaq3 sũt ⁊ ea ad que cõpellũtur turpia. vnde laudes/ vituperationesq3 pendẽt: tũ et ijs qui cõpellũtur/ tũ ijs qui talia agunt/ non cõpulsi. ❡ Tertio. violẽta sunt quãdo causa externa est: et qui ea agit omino nihil cõfert. at eorũ que per se inuolũtaria sunt/ sed nũc et pro his suscipiẽda/ causa externa non est: sed in ipso agente/ qui circa singula agit. igitur talia per se inuolũtaria omia: nũc aũt volũtaria/ et magis ipis simpl'r volũtarijs similia que nõ violẽtia agit: versatus circa singula. actus eni sponte/ volũtarieq3 agentiũ: circa singularia existunt. Quis qualia et pro qualibus suscipienda sint: assignare promptũ/ facileq3 non sit: cũ in ipis singulis cõplura sint discrimina/ varieq3 differẽtie. ❡ Tertia cõclusio. Iucunda et honesta inuolũtaria nõ sunt. Primo. nã hec violenta nõ sunt. neq3 succurrit vt dicatur extra esse que cõpellũt. nam ita dicentiũ: sententiã cõsequitur/ omia esse violenta. agunt eni oẽs horũ gratia que extra sunt. ❡ Secundo. que violentia hoies agunt: ea cũ dolore agunt. qui autẽ iucundũ/ aut honestũ: cũ voluptate agunt. igitur talia non sunt violenta ❡ Tertio. ridiculũ est accusare externa/ et nõ seipm potius: qui facile ab hmõi externis capiaẽ. ridiculũ itẽ est seipm honestorũ causã dicere: turpiũ autẽ voluptatem. talia igitur violẽta nõ sunt. ❡ Quarto. violentũ est cuius principiũ extra est: nihil prorsus eo cõferente cui vis allata est. nõ igitur qui iucũda aut honesta agunt: violentia agunt: et cũ minus eadem per ignorantiã facta videanẽ: igitur iucũda/ et honesta inuolũtaria nõ sunt. ❡ Quarta cõclusio. Non omne p ignorantiã factũ: volũtariũ est. nã est aliquid per ignorãtiã factũ: quod postea cognitũ nobis penitudinẽ/ mestitiãq3 inducit. ⁊ id nõ volũtariũ est: verũ potius inuolũtariũ. nõ tamẽ omne quod quis per ignorantiã agit cognitũ penitudinẽ iducit/ aut postea se fecisse dolet: et id quidẽ nõ iuolũtariũ/ cũ ob idipm posteaq3 cognitũ est nõ doleat. neq3 quidẽ volũtariũ: nullus eni que nescit volũtarie agit/ sed dici poterit nõ sponte actũ. nos itaq3 hũc in modũ poterim9 diffinire inuite agere/ et nõ sponte agere. Inuitus agit qui aut vi aut ignorantia quicq3 agit: quod postea cognitũ penitudinẽ/ tristiciãq3 inducit. nõ spõte aũt agit: qui ignorãtia quicq3 agit quod postea cognitũ penitudinẽ/ tristiciãq3 nõ iducit. et cũ idẽ non sit inuite agere et nõ sponte agere: satius est illis hoc pacto peculiaria nomina indidisse. ❡ Quinta cõclusio. Nõ penitus idẽ est quicq3 per ignorãtiã facere/ et ignorantẽ facere. Nam ebrius/ aut iratus non videẽ per ignorantiã facere/ sed potius ob temulentiã/ aut irã. attamẽ ebrius ⁊ iratus non sciens sed ignorans agit. nõ igitur penitus idẽ est quicq3 per ignorantiã et ignorantẽ facere. verũ enimuero oĩs prauus/ flagitiosusq3 ignorat que agere oportet: et a quibus abhorrẽdũ/ abstinendũq3 est. et ob hmõi errorẽ iniusti hoies/ maliq3 omino fiunt: ❡ Sexta cõclusio. Non omis ignorãtia inuolũtariũ facit. Non eni iccirco dicitur quis iuitus/ inuolũtarieq3 agere: q2 ignoret quod cõducit/ vtileq3 est. nam ignorãtia que ex electiõe puenit: nõ iuolũtarij sed prauitatis causa est. siliter et ignorãtia vniuersalis: quãdoquidẽ ob eã ignorantiã hoies reprehendũtur. nõ igitur omis ignorãtia inuolũtariũ facit: sed ignorãtia alicui9 pticularũ eorũ circa que nr̃a versaẽ actio/ interdũ inuolũtariũ causat/ et interdũ in talibus cõmiseratio et venia locũ hñt: cũ quis aliquid eorũ ignorat/ inuitusq3 agit. ❡ Correlariũ. Quapropter nõ ab re fuerit has. particulas/ hasq3 particulares circũstantias enumerare. sunt eni he quis/ quid/ circa quid/ i quo/ quo vt instrumẽto/ gr̃a cuius vt salut; gr̃a/ quo modo vt sensim vel vehementer ❡ Septima pclo. Harũ circũstantiarũ aliquas ignorare cõtingit: omẽs aũt ĩpossibile est. Nã nullus seipm qui agit ignorat. sed ignorare quoquo modo potest: qui agit queãdmodũ aiunt aliquid excidisse sibi/ vel nescisse arcana fuisse. quẽadmodũ Eschylus cum arcana ceteris retexit/ aut cũ quis catapultã ostẽdere vult: eã dimittit. potest et ignorare circa quid/ ⁊ in quo. vt quis putare filiũ esse hostem: vt Merope putauit. potest ⁊ quis ignorare quo instrumẽto: vt putare hastã cuspide carentẽ/ aut lapidẽ esse pumicẽ. quo cũ castigatiõis causa aliquẽ pcusserit enecabit. aut pcutiet aliquis alterũ/ illũ in lucta medijs brachijs ãplecti volẽs. ⁊ hoc pacto de reliquis. ptingit itaq3 harũ circũstãtiarũ aliqs ignorare/ etsi nõ oẽs. et qui agẽs earũ aliquã ignorat: psertim earũ aliquã pcipuã/ que postea cognita dolorẽ/ penitudineq3 afferat: iuitus agere diceẽ. pricipalissima aũt oim nostrarũ actionũ circũstãtia:

4 5 6 7 8 9 10 11

12 est gr̄a cuius/⁊ est circūstātia finis ❡ Diffinitio. Cū inuolūtariū diffiniuerimꝰ quod vi aut ignorātia
13 est factū: merito diffinire possumus voluntariū/ cuius principiū in agēte est ꝑationis singula cogno=
scente. ❡ Octaua cōclusio. Que ob irā aut cōcupiscētiā fiūt nō satis recte fieri inuolūtarie dicūtur.
Primo. qꝛ neqꝫ belua/ neqꝫ pueri: quicꝙ̄ spōte facerēt: vtpote qui ex ira aut ꝯcupiscētia operētur oīa.
❡ Secundo id querendū est an ex ira aut cōcupiscētia nosipi nihil agamus: vel an solū honesta volū=
tarie/ et turpia inuolūtarie admittamus. que si absurda videbūtur cū et honestorū et turpiū eadem est
causa: non satis recte inuolūtaria esse asserent̄ que ob irā aut cōcupiscentiā cōmittūtur. ❡ Tertio nō
minus absurdū est nos ea existimare inuitos agere: que debemꝰ bono iure appetere: debemꝰ aūt ꝓ
quibusdā irasci et cupere nōnulla vt sanitatē/ vt disciplinā. nō igit̄ talia sunt inuolūtaria. ❡ Quarto
que inuolūtaria sunt dolorē afferūt. que aūt ob cupiditatē agūtur voluptate afficiūt. nō sunt igit̄ inuo=
luntaria. ❡ Quinto que ratio potior est vt ea quibus per rationem delinquimus voluntaria dicātur:
quibus vero per irā inuolūtaria: fugiēda eni vtraqꝫ sunt. at que ꝑ rōem delinquimus volūtaria sunt.
igit̄ et que per irā/ ⁊ alios affectus. nō eni actus rōnis expertes minꝰ hoīs esse vidētur. ⁊ hoīs actꝰ ab
ira/ et cupiditate ꝓficiscūtur. absurdū est igit̄ talia que per irā et ꝯcupiscētiā fiunt: esse inuolūtaria.

14 D Eterminatis autē his: eo inquā quod sponte/ et eo quod inuitus q̄spiā Cap. II.
agit: cōsequēs est vt de electione dicamus. Ipsa nāqꝫ virtuti esse familiarissima:
et magis ꝙ̄ ipsi actus diiudicare mores videtur. electio itaqꝫ sponte quidē nr̄a
15 videtur fieri. ❡ Non tamen est idē quod illud quod sponte fit. Sed quod fit sponte ad
plura sese extendit. est eni cū pueris et aīalibus ceteris nobis cōmune. electio vero non
est cōmunis. ❡ Et ea que a nobis repēte fiunt sponte quidē nostra fieri dicimꝰ. electiōe
16 vero non dicimus. ❡ Qui vero dicūt ipam esse cupiditatē/ vel irā/ vel volūtatē/ vel opi=
nionē quandā: nō recte dicere vidētur/ eteni electio nō est cōe homini cū rōnis exptibꝰ.
at cupiditas est/ et ira. ❡ Et incōtinēs cupiēs quidē: non tamē eligēs agit. continēs aūt
contra: eligēs quidē/ at nō cupiens agit ❡ Et cupiditas quidē aduersat̄ electioni: cupi=
ditati vero cupiditas nō repugnat. ❡ Cupiditas preterea iucundi est et molesti. electio
vero neqꝫ molesti neqꝫ iucūdi ❡ Ira etiā minus esse videt̄. quippe cū ea que fiūt ira: mi=
nime per electionē fieri videātur ❡ At vero neqꝫ volūtas est: tametsi finitīma hec esse vi=
dentur. electio nāqꝫ nō est eorū que fieri nequeūt. quod si quis eligere dixerit ea: amens
esse videbitur. volūtas aūt est: vt imortalitatis. ❡ Et voluntas quidē est et circa ea que
per ipm qui vult/ nequaqꝫ agerētur. Volumus eni histrionē aliquē vincere certamē. at
eligit talia nemo: sed ea q̄ ꝑ seipm existimat fore posse. ❡ Pret̄ea volūtas quidē magis
est finis ipius: electio aūt eorū que ferūt ad finē. Ut sani q̄dē esse volumus: eligimus aūt
ea quibus erimus sani. et felices quidē esse volumus/ atqꝫ ita dicimus: eligimꝰ aūt non
conuenit dicere. Atqꝫ omino circa ea versari videt̄ electio: que in nostra sunt potestate.
❡ Opinio quoqꝫ nō est. Opinatio nāqꝫ circa vniūsa videt̄ esse. nec minus circa et̄na et
ea que fieri nequeūt: ꝙ̄ circa ea q̄ nr̄a in potestate sunt collocata ❡ Et falso/ veroqꝫ diui=
ditur: nō malo/ bonoqꝫ. electio aūt hisce magis. ❡ Electionē igit̄ idē esse et opinationē
omnino/ nemo forsitan dicit. at nec etiā est idē quod opinatio quedā. eligēdo nāqꝫ bona
vel mala quales quidē sumus: opinādo aūt nō sumus. ❡ Et eligimꝰ quidē capere ali=
quid aut fugere/ aut aliq̄d taliū. opinamur aūt quidnā sit vel cui cōferat: vel quo pacto
conducat. sed capere aut fugere nō nimiū opinamur. ❡ Et electio quidē laudat̄ ex eo:
quia est eius quod oportet magis: vel quia est recta. opinio vero ex eo quia est vera. et
eligimus quidē que maxime scimus esse bona: opinamur aūt ea que non nimiū scimus.
❡ Videntur preterea nō iidē hoīes eligere optima/ atqꝫ etiā opinari. sed quidā opinari
quidē melius: ob viciū aūt nō ea q̄ oportet eligere. Nihil aūt refert si añcedat electiōem
aut comitetur opinio. nō eni idipm nūc ꝑscrutamur: sed si idē sit electio quod opinatio
17 quedam ❡ Quid igitur aut quale quid sit electio: cū nihil sit eorū que diximus: Vide=
tur itaqꝫ sponte quidē a nobis fieri. attamē nō omne quod sponte agimus est eligibile.
sed id cuius cōsultatio antecessit. electio nāqꝫ cū ratione est atqꝫ mente. Subsignificare
autem id et nomen videtur: innuens ipsum ex aliijs legibile esse.

❡ Secundi capitis note. ❡ Cupiditas/ ꝯcupiscētia. et est affectꝰ/ ꝑturbatioqꝫ delectabilis assequēdi.
❡ De imortalitate s̄m vitā sensibilē/ ⁊ qua in hoc sēsibili mūdo vegetamꝰ itelligat̄ dictū Aristotelis.
❡ Secundū cap. tribus cōclusionibus et vna diffinitione partitum est.

14 Secundi capitis Cōmentarius ad litteram. ❡ Prima conclusio. Post determinationē de volūta=
tario et inuoluntario absolutam: consequens de electione determinatio suscipiēda est. ❡ Primo quia
electio virtuti familiarissima est/ et magis virtutes ipsas ꝙ̄ ipsi actus declarans. ❡ Secundo electio
sponte nostra fit/ volūtariaqꝫ est. igitur non alienum est post voluntariij/ inuolūtariijqꝫ determinationē
15 eius determinationē suscipere. ❡ Secūda cōclusio. Electio et voluntariū nō prorsus idē sunt ❡ Prio

nam voluntariũ latius se fundit/atqꝫ cõmunius est: vt quod pueris et alijs animãtibus oĩbus nobiscũ
cõmune est.electio vero non:sed solis hoĩbus addicta cõuenit. ¶ Tertia cõclusio. Non recte sentiũt 16
qui electionẽ:cupiditatẽ/iram/voluptatẽ vel opinionẽ quandã esse dicũt. ¶ Primo.quia electio cois
hoĩbus cũ beluis nõ habet.at cupiditas/et ira:hoc pacto cões habent. ¶ Secũdo.quia incõtinens:
cupiens agit/non autẽ eligens.et contra cõtinens electione agit:non aũt cupiditate. ¶ Tertio.cupi=
ditas aduersatur electioni.at cupiditas nõ repugnat cupiditati. ¶ Quarto.cupiditatis est prosequi
iucundum atqꝫ delectabile:et molestũ fugere.at electionis non hec sunt.igitur electio non recte dice=
retur cupiditas.et tanto minus electio statuenda est esse ira:cũ ea que pturbatione ire pꝑpetrant mani=
feste ab electione non procedere cognoscantur. Qꝫ autem non sit volũtas tametsi volũtati finitima sit.
Patet primo. quia electio non est impossibiliũ.ꝙ si quis ĩpossibiliũ electionẽ esse dicat:plane desipere
videatur.voluntas autẽ impossibiliũ est.vt volunt hoĩes ĩmortales viuere. ¶ Secũdo voluntas est
circa ea que mĩme sunt ĩ potestate volẽtis: vt volum⁹ plerũqꝫ aliquẽ vt histrionẽ in certamine vincere:
quod in nostra potestate sitũ non est.at que in nostra nõ sunt potestate/ nemo eligit: sed ea que per ipm
existimat fieri posse ¶ Tertio.volũtas potius ipsius est finis:electio vero mediorũ in finẽ.vt sani esse
volumus:eligimus aũt ea per que sani efficiamur.et felices esse volumus : at nõ apte dicimus/ eligi=
mus esse felices. igitur non recte electio: volũtas esse dicatur. omĩno tamẽ electio circa ea que in nr̃a
sunt potestate versatur.ex quo rursum patet electionẽ non esse opinionẽ.quia opinio circa omnia ver=
satur/et eque circa eterna/ĩpossibilia/et ea que in nostra sunt potestate ¶ Secũdo.opinio vero et falso
39 bilia igitur non in omnibus vno existunt modo. et similiter ausus varijs quoqꝫ existũt modis. ¶ Secunda conclusio. Fortis non omnino impauidus esse debet/et nihil prorsus metuens. Primo. nam vir fortis impauidus est vt homo: timens quidẽ humana terribilia/ formidolosaqꝫ vt oportet/ et vt recta ratio dictat ea tolerans et honestatis causa. hoc enĩ virtutis finis est. non igitᷣ fortis omĩno ĩpauidus esse debet/ nihilqꝫ prorsus metuens ¶ Secundo fit vt homines terribilia magis ꝙ̃ oportet timendo superent: et minus ꝙ̃ oportet ea metuendo: deficiant. imo fit vt ea que minime terribilia sunt: perinde ac terribilia metuant. at delinquunt cũ metuunt ea que metuere nõ oportet/ aut nõ quẽadmodũ oportet/ aut quando non oportet/aut aliquid taliũ: neqꝫ plane fortes esse possunt. ⁊ simili quoqꝫmodo nõ metuẽdo/ aut confidendo. sed quia terribilia que oportet/gratia cuius oportet/ vt oportet/ et quãdo oportet tolerat/metuit/ ac confidit vir fortis est. fortis enĩ pro dignitate et vt sana ratio iubet; tam patitur ꝙ̃

40 etiam agit. ¶ Tertia conclusio. Viro forti suus finis honestus est. Nam omĩs operationis talis finis esse debet: qui suo habitui consentaneus sit. atqui viro forti suus habitus/ suaqꝫ fortitudo honesta est. talis igitur et viro forti finis est. nec iniuria quidem: nam singula a suo fine determinantur. vir itaqꝫ

41 fortis: opera fortitudinis honesti gratia aggreditur/sustinetqꝫ/atqꝫ agit. ¶ Diffinitiones: Ex ijs extremorũ diffinitiones colligere possumus. Insanus atqꝫ stupidus vocare potest: qui prorsus non metuendo superat vt qui nihil omnĩo neqꝫ terre succussiones atqꝫ motus/ neqꝫ fluctus vt de Celtis dicitᷣ. sed proprie nomine caret. sunt enim pleraqꝫ (vt dictũ iam est) que nomine vacant. Audax est qui circa humana pericula confidendo superat. et is superbus/ atqꝫ elatus est/ et fortis emulator. qualis enim fortis circa pericula: talis et ip̃e audax videri desiderat / atqꝫ fortẽ quoad potest imitatur. vnde fit vt audacium complures sint timidi. nam temerarie confidentes pericula adoriũtur: que (vbi difficultas ingruit) cedentes non sustinent. Timidus est qui metuẽdo exuperat/ ⁊ confidendo deficit. is enĩ timet

42 que non oportet/ vt non oportet: et cetera similia timidũ consequuntur. ¶ Documentũ cognoscendi timidi. In molestijs et doloribus maxime deprehenditᷣ. nam timidus ferme circa vniuersa mala spe destituitur: fortis autem contra bene sperat/ ac confidit. Confidere enim bene sperantis hominis est.

43 ¶ Quarta cõclusio. Audax/timidus/et fortis circa eadem sed vario modo versantur. Nam ⁊ audax et timidus et fortis circa timores et fiducias (vt dictũ est) versantur: hic mediocriter sese habens vt oportet/illi vero abundantes et deficientes. audaces enim ante pericula admodũ ad ea proni sunt et valenti animo: sed cũ pericula assunt: minus valent/ tergaqꝫ vertunt. et fortes ante aggressionem periculorũ quieti sunt/atqꝫ in opera ipsa feruidi ac valentes. est enim (vt dictũ est) fortitudo mediocritas circa terribilia: et metuendo et confidendo: ea eligens et perferens honesti gratia/ et ꝙ etiã turpe est

44 ea non subire atqꝫ perferre. ¶ Quinta conclusio. Qui mortem sibi consciscunt ad inopiam fugiendã/ amorem/aut aliquid in vita molestum: fortes non sunt/quin potius timidi/ atqꝫ molles. Primo. quia mollities quedam et effeminatio est: laboriosa fugere/ et nõ fortitudo. ¶ Secundo. mortem non subeunt honesti gratia / sed vt malum / fastidientemqꝫ molestiam deuitent. hoc pacto igitur mortem sibi consciscere non fortitudo est: que semper honesti est gratia : sed mollities quedam est et diuturnioris mali timor.

Cap. VIII.

45 d Icuntur autem et alie fortitudines quinqꝫ modis. Atqꝫ prima est ipsa ciuilis. maxime autem similis est. ciues enim ob increpationes que sunt ex legibus/et opprobria honoresue/pericula subire videntur. et propterea fortissimi videntur esse: apud quos timidi quidem infames sunt: fortes autem afficiuntur honore. Tales et Homerus affert: vt Diomedem ac Hectorem. dicit enim Hector. Homerus

Nam me Polydamas ante omnes ipse reprehendet. Et Diomedes Hector

Inter enim dicet Troianos optimus Hector: Polydamas

Tytides metuens puppes confugit ad altas. Diomedes

Hec autem ex eo maxime similis est ei de qua supra diximus: que fit ob virtutem. Ob pudorem enim et appetitionem honeste rei/ honoris inꝙ̃/ et ob fugiendam reprehẽsionem: que quidem est turpis. in eodem posuerit quispiam et eos qui compellũtur a magistratibus. Verum deteriores eo sunt: ꝙ non ob pudorem/ sed ob metum id faciunt. et fugiunt non rem turpem: sed rem molestam. cogunt enim ij qui potestatem habent. vt Hector.

Quem procul a pugna trepidantem forte videbo
Is canibus fiet: fiet quoqꝫ vulturis esca.

Idem faciunt et qui alijs imperant. et si recedunt verberibus afficiunt. et qui ante mu-

ros/ fossas/ et huiusmodi construunt aciem. omnes enim cogunt. At non necessitate:
sed quia res est honesta: fortem esse oportet. ¶ Uidetur etiam et ipsa singularū rerum 46
Socrates peritia fortitudo esse. quapropter et Socrates fortitudinem scientiam esse putauit. Ta-
les autem alij quidem in alijs sunt. in rebus autem bellicis milites. sunt enim in bello cō
plures res vane; que quidem maxime ipsis sunt note. atqꝫ ideo fortes videntur: quia
quales sunt ille/ alij nesciunt. Deinde et aduersarios offendere: et seipsos tueri maxime
experientia possunt: et euitare hostis conatus: et illum percutere/ cum armis vti possint/
et talia habeant: vt et ad faciendū sint et ad non patiendum aptissima. quibus efficitur/
vt ipsi tanq̄ aduersus inermes armati: et tanq̄ aduersus rudes ludi magistri decertēt.
etenim in huiuscemodi certaminibus non ij sunt pugnacissimi/ qui fortissimi sunt: sed ij
qui vires amplissimas habent: et optime sese habent corporibus. At vero milites tunc
timidi fiunt: cum excrescit periculum/ et inferiores sunt copijs ac apparatu. primi nāqꝫ
fugam arripiunt. vrbane vero copie manent/ atqꝫ intereūt. quod quidem et in Hermeo
accidit. He namqꝫ turpe fugere: et mortem tali saluti preferendā esse censent. illi vero vt
superiores ab initio sese obiectant periculis: re autem intellecta/ fugam arripiunt: mor-
tem magis q̄ dedecus formidantes. Sed vir fortis non est talis. ¶ Atqui iram etiam 47
ad fortitudinem referunt. Fortes enim et ij videntur qui ob iram feruntur/ perinde atqꝫ
fere: in eos qui ipsos vulnere affecerunt. quia et fortes concitantur ira. est enim ira res
impetuosissima ad aggrediēda pericula. quapropter et Homerus dixit. Uires iniecit ire
et animum ira cōcitauit. et acuta per nares vis: et efferbuit sanguis. Hec enim vniuersa
ire concitationem/ impetumue significare videntur. fortes igitur ob honestatē agunt:
et ipsa ira subministrat. fere autem ob dolorem. quia namqꝫ vulnus acceperūt: vel quia
timent. nam si suis in lustris sint: non inuadunt. Non igitur sunt fortes; propterea ꝙ a
dolore concitati ac ira/ ad periculū irruunt: nihil preuidentes malorum. nam hoc pacto
et ipsi asini cum esuriunt fortes essent. non enī a pabulo verberibus dimouētur. Adul-
teri quoqꝫ propter libidinem multa audent. non igitur fortes sunt qui ob dolorem ac
iram ad pericula compelluntur. Maxime autem naturalis ea esse videtur/ que est ob
iram: et esse fortitudo electione sumpta/ fineqꝫ. et ipsi etiam homines cum irascūtur do-
lent/ cum vlciscuntur capiunt voluptatem. qui autem propter hec agūt: pugnaces qui-
dem sunt: at non fortes. non enim ob honestatem agunt nec vt ratio precipit/ sed ob ip-
sum affectum. aliqua tamen ex parte sunt similes fortibus. ¶ Nec etiam ij qui sunt spe 48
freti/ sunt fortes. nam ex eo quia sepe/ multosqꝫ vicerunt: fiduciam in periculis habēt.
Sunt autem similes fortibus/ quia vtriqꝫ cōfidunt. sed fortes quidem ob eas res quas
paulo antea diximus. illi vero qui se superiores esse putant: et nihil vicissim suscepturos
mali: tale et ipsi ebrij faciunt. sperant enim omnia sibi prospere euenire. cum vero non
eueniunt ipsis talia: fugam arripiunt. At viri fortis erat/ res eas que sunt hominibus et
videntur formidolose ferre: quia honestum est ferre/ et turpe est non ferre. Quāobrem
et magis fortis esse videtur subitis potius in terroribus interritum esse ac sine turbatio-
ne: q̄ in preuisis. est enim ab habitu magis aut minus ex apparatu. nam antea visa cogi-
tatione et ratione quispiam eliget. at ea que repente eueniunt habitu. ¶ Fortes etiam
esse videntur et qui ignorant. Et sunt non longe ab ijs: qui spe freti confidunt. deterio- 49
res autem sunt: quantum dignitatis nihil habent. illi autem habent. Quapropter et ali-
quo tempore manent. hi vero decepti: si cognouerint/ vel suspicati fuerint aliud esse q̄
putabant/ fugiunt. Quod quidem Argiuis contigit: cum in Lacedemonios tanq̄ in
Sicyonios incidissent. Dictum est igitur qualesnam sint ipsi fortes: et ij rursus qui
fortes esse videntur

¶ Octaui capitis note. ¶ Agger terreus aceruus ꝙ ex terra effossa aggerat. et est proprie terra illa
que constituto vallo aceruatur. valli sunt palli/ fustesqꝫ in furcillatam figuram densati: in portarum/
Homerus murorum/ locorumqꝫ defensionē. ¶ Homerus in Iliade. ¶ Socrates in Lacete de fortitudine dispu-
Socrates tat et ad hoc ꝙ scientia sit perducit: non oīno exsequitur sed rem ancipitē relinquit. et in Protagora:
virtutes prudentias/ sapientiasqꝫ esse. ¶ Bruta per irā naturaliter fiunt fortiora. et in homibus fit
aliquid similimū: cū ob iram ebuliunt/ fiuntqꝫ pugnatiores. ¶ Illi: fortes propter fiduciam/ hi prop-
ter ignorantiam fortes. ¶ Hermeū: loci nomen in euboia inquo cum ciuitatem obsiderent Athenien-
ses vbi ceperunt arcem Charon dux thebanorum in subsidium missus bello occubuit. qua re cognita
milites eius deiectis animis et de belli successu male sperantes fugam corripuerunt. Urbane ve-
ro copie que secute erant interierunt. ¶ De dolo Lacedemoniorum cum Sicyonijs eorum armis

mutatis/et Argiuis: aiunt Xenophontem historiam reliquisse.

❡Octauum cap. quinq3 modis non vere fortitudinis partitum est.

45 Octaui Capitis cõmentarius ad litterã. ❡Quinq3 aliarũ fortitudinũ modi que vere fortitudini (de qua iam discussum est) assimilant. Primus modus est fortitudo ciuilis que est cum ciues strennue pericula subeunt: metu increpationis et opp robriorũ que ex legibus eueniũt/ et spe cõsequendorũ honorum. et propterea videri ꝙ fortissimi laborant/ apud quos timidi infames: fortes vero in honore/ precioq3 habentur. quales affert Homerus Diomedẽ et hectorem cũ ita introducit hectora loquẽtem. Nam me polydamas ipse: ante coarguet omnes.
Et Dyomedem ita
Inter troianos dicet fortissimus hector
Titides metuens puppes confugit ad altas.
Et hec fortitudo maxie sil'is est supiori fortitudini: quã ob virtutẽ fieri diximus. sed hec non ob virtutem prouenit sed ex pudore/et cupiditate rei decore/honoris scilicet gratia: ad fugiendã vituperationem que turpis est. et huic fortitudini ãnumeramus eam: que est eorũ que a magistratibus cõpellũtur que ideo/modo dicta deterior est: ꝙ non pudore sed metu fit/et non ad dedecus fugiendũ sed penã. coguntur enim ab ijs qui superiores sunt/ potestatẽq3 habent: queẽadmodũ Homerus inducit Hectora hoc modo.
Si procul a pugna trepidantem quemq3 videbo
Ille canum fiet/fiet quoq3 vulturis esca.
Et prefecti bellorũ eos qui a pugna recedũt: verberibus affectos redire cogunt. cogũt et eos qui ante muros/fossas/aggeres ⁊ huiusmodi preparamenta muniũt. sed tales/fortes non sunt. nam non necessitate sed quia fortitudo res sit honesta: fortem esse oportet.

46 ❡Secundus modus est fortitudo militaris: que est cum milites ipsi ob peritiam singularũ rerũ que in bello contingunt: adoriuntur pericula. hinc Socrates fortitudinẽ scientiã esse credidit: et queẽadmodũ in alijs sunt alij qui singula callent/ac cognoscunt. ita et in bello milites. et bellũ multos ac varios habet errores: et illos quidem agnoscunt milites. et ideo fortes videntur/quoniã alij qualia sunt illa que timentur: ignorant. fortes etiam videntur: ꝙ aduersarios ledere et seipsos tueri experientia docti: maxime possint/ꝙq3 ad hostiũ conatus repellendos/et hostes sternendos armis vtantur aptissimis. itaq3 fit vt ipsi tanq3 armati aduersus inermes: et tanq3 ludi magistri aduersus rudes decertent. et re vera in huiusmodi certaminibus non ij pugnacissimi sunt qui fortissimi sunt: sed ij qui ꝑpotentiores vires habent/ robustissimaq3 corpora. Sed huiusmodi milites: fortes non sunt. nam tunc timidi fugitant: cum increbrescit periculũ/et inferiores sũt/deiectioriq3 animo vrbanis copijs/reliquoq3 belli apparatu. nã vrbane copie manent/atq3 intereunt: quod et apud Hermeũ accidit. est enĩ vrbanis/ ciuilibusq3 copijs turpe fugere: et mors illis/ potius huiusmodi per fugam parte saluti preferenda: cõtra vero milites ab initio vt superiores sese periculis obiectant: re autem intellecta fugam corripiũt/ mortem magis ꝙ dedecus formidantes. talis

47 autem vir: fortis non est ❡Tertius modus est fortitudo que obuenit ob iram: que est/cum ira perciti/ ferarum more in eos feruntur: qui ipsos aliquo vulnere affecerunt. qui iccirco fortes videntur: ꝙ fortes ira acriores fiunt. etenim ire/furorisq3 concitatio ad aggrediunda pericula: impetuosissima res est. hinc illud apud Homerum
Et vires addidit ire
Ira corripuit animũ/vis ferbuit acris
Naribus: et sanguis.
Sed hec omnia significare videntur: ire concitationem/atq3 impetum. sed hi proprie fortes non sunt. Primo quidem. nam fortes propter honestatẽ agunt: et ira eos coadiuuat. sed fere ob dolorem agunt vt quia vulnerate sunt/aut metuunt. nam si suis in latibulis essent vt in silua/aut palude: neq3 quemq3 inuaderent. igitur simili pacto fortes non erunt: qui dolore cõcitati pariẽ et ira/ in periculũ irruũt nihil preuidentes malorũ. ❡Secundo. nam sic et asini fortes dici mererentur: cũ esurientes ne verberibus quidem a pabulo desistunt: et adulteri propter libidinem multa audent. non igitur fortes erunt qui ob dolorem et iram: ab huiusmodi periculis non dimouentur / et in pericula feruntur. ❡Tertio. fortitudo ob iram maxime ei accedit que fit secundum naturam: electionem preueniens. at vera fortitudo sine electione/et fine non est. est enĩ honesti gratia. ❡Quarto. cum homines irascuntur/ dolẽt: et cum vlciscũtur voluptate afficiũtur/et horum gratia agunt. qui autem propter hec agunt/ non fortes dicantur: sed potius pugnaces. non enim ob honestatẽ agunt/ nec vt recta precipit ratio / sed ob perturbationem atq3 affectum: non igitur tales sunt fortes: sunt tamen aliquo pacto fortibus assimiles.

48 ❡Quartus modus est fortitudo propter spem: que est cũ spe victorie freti pericula aggrediuntur. vt quibus vincendo sepe secũda arriserit fortuna/et hinc in periculis fiduciam sumunt. ⁊ hi quidem fortibus sunt similes: quia vtriq3 confidunt. verum fortes non sunt: similes ferme ob causas ijs que paulo ante adducte sunt. nam illi qui se superiores sperant nec illis vices mali rependi: simile aliquid faciunt ebrijs. sperant enim omnia sibi prospere cessura: que cum prospere nõ cedunt/ corripiunt fugam. at viri fortis est que hominibus sunt atq3 videtur terribilia: illa honestatis gratia ferre. quia scilicet illa ferre honestũ est: non ferre vero turpe. Quo fit vt magis fortis esse videatur: qui in subitis terroribus intrepidus/interritusq3/ac incõcussus sine perturbatione manet: ꝙ qui in preuisis. quandoquidem subitis in terroribus interritus magis ab habitu/minusq3 ex preparatiõe manet. nam antea pre-

49 uisa cogitatione / et electione perferre quis eliget: repentina vero habitu. ❡Quintus modus est fortitudo ob ignorantiam: que est cum qui (quia illa ignorant) periculis se committunt. et satis hi affines sunt ijs fortibus: qui propter spem/ atq3 fiduciam audent: sed illis tanto deteriores quanto hi dignitatis nihil habent/illi autem habent. nam hi non existimatione vt illi: sed sola ignorãtia audent. hinc fit vt illi ad aliquod tempus sustineant / sed simulatq3 hi aliud esse intelligunt ꝙ ipsi rati erant:

fugiũt.quod Argiuis accidit cũ in Lacedemonios/tanq̃ in Sicyonios incidissent.sed qui fortes sunt
et qui fortibus similes:abunde iam dictum est.

Uãquã autem circa fiducias/metusq; fortitudo versat̃/ tamẽ Cap.VIIII. 50
q nõ simili modo circa vtrũq;:sed magis circa res formidolosas versatur.qui nã-
q; in hisce non turbatur/atq; se habet circa has vt oportet:magis est fortis q̃ is
qui circa ea in quibus cõfiditur/se habet vt oportet. ¶Fortes igit̃ ex eo dicũtur:q̄ res
(vt dictũ est)inferentes dolores tolerant.iccirco fortitudo dolores affert:et non iniuria
laudatur. ¶Difficilius enĩ est dolores ferre: q̃ a voluptatibus abstinere. ¶Enimuero 51
fortititudinis finis iucundus esse videtur.verũ ab euenientibus doloribus obfuscatur.
vt et in certamibus fieri solet.nam pugilibus finis quidẽ ipse iucundus est gratia cuius
certant.corone inq̃ atq; honores. sed cedi molestuz est:cũ sint e carne:doloresq; affert/
et omnis omnino labor.Atq; quia hec sunt multa:ideo id gratia cuius certant:cũ sit res
parua:nihil iucũdi videt̃ habere. ꝙ si tale et circa fortitudinẽ est: mors quidẽ atq; vul-
nera forti viro molesta erunt/atq; inuito.feret tamen ꝙ honestũ est ea ferre.vel turpe nõ
ferre. ¶Atq; quo magis omni virtute pollet et felicior est: eo magis ob mortẽ sane do- 52
lebit.vir enĩ talis maxime dignus est vita:maximisq; bonis priuatur/ id ip̄m sciens: qđ
quidem dolorẽ affert.verum nihilominus est fortis.⁊ eo magis fortasse ꝙ honestatem
que est in bello his anteponit. ¶Nec fit vt oĩbus in virtutibus cũ voluptate operemur: 53
nisi quoad attingitur finis. ¶Nichil autẽ fortasse vetat: non eos qui tales sunt prestã- 54
tissimos milites esse.sed eos qui minus quidẽ sunt fortes: nullũ aũt aliud bonũ habẽt.
hi namq; parati sunt sese periculis obiectare: vitamq; pro paruo emolumento perdũt.
De fortitudine igitur hactenus dixisse sufficiat.Quid autem est/ ex ijs que diximus nõ
est difficile cõprehendere/ac assignare figura.

¶Noni capitis note. ¶Circa id semper magis dicetur versari virtus:circa quod magis cautos/in-
tentos vigilesq; nos esse oportet.

¶Nonũ cap.quattuor conclusionibus et vno correlario partitũ est.

Noni Capitis cõmentarius ad litterã ¶Prima cõclusio.Quãuis fortitudo circa timores et fidu- 50
cias versetur:non tamen eque circa vtrũq; versat̃/sed magis circa terribilia.Primo.nã qui in terri-
bilibus incõcussus/impturbatusq; habet̃/ in illis sese habẽs vt oportet magis eo fortis est/qui id agit
in ijs que fiduciam per se ferunt/ac ꝑmittunt. versatur igit̃ magis circa terribilia. ¶Secũdo.fortes
ex eo dicũtur:ꝙ res asperas/atq; tristes tolerãt.⁊ iccirco ꝙ fortitudo quicq̃ asperũ atq; graue affert/
taliaq; eam comitant̃:merito laudat̃.id aũt circa terribilia magis fit:q̃ vbi se fiducia prebet ¶Ter-
tio.difficilius est dolores perferre:q̃ a voluptatibus abstinere/et virtus magis circa difficile versat̃.
igitur fortitudo magis circa terribilia versat̃/et que dolorẽ afferũt:q̃ circa fiducias/que afferunt vo-
luptatem. ¶Secunda cõclusio.Finis fortitudinis dulcis/atq; iucundus est:tametsi a superuenienti- 51
bus doloribus obscuret̃.Nam queadmodũ in certamimbus esse solet:vbi pugilibus finis(gratia cu-
ius certant)dulcis/et iucũdus est/corone scilicet atq; honores:sed cedi illi molestũ est: cũ carnei sint/
pariter et quicquid dolorẽ affert/et omĩs labor res molesta est:et cũ hec:plage inquã/dolorẽ afferẽtia/
et labor multa sint:et id gratia cuius certant res sit admodũ exigua/finis voluptas obscurat̃/⁊ nihil
iucundũ habere videtur.consimili pene modo circa fortitudinẽ accidit.nã mors ac vulnera dolorosa
sunt/eaq; nollet: perfert tamen quoniã honestũ est ea perferre/aut turpe nõ perferre. ¶Tertia cõcl'o. 52
Quanto magis vir fortis omni virtute pollet/feliciorq; est:tanto amplius in morte dolebit.Nam hu-
iusmodi vir maxime vita dignus est/maximisq; priuatur bonis ea id quoq; scit.mors igit̃ illi molesta
est/dolorẽq; affert.neq; iccirco minus fortis est:verũ eniuero forsitã et magis/ ꝙ honestatẽ que ꝓ iuste
rei defensione in bello est/longe illis anteponit. ¶Correlariũ.Quo fit vt nõ oĩbus in virtutibus semꝑ 53
cum voluptate operemur:nisi quatenus finẽ attingimus/ipsiusq; cõtemplatione. ¶Quarta concl'o. 54
Nihil prohibet eos qui fortes non sunt prestantissimos esse milites:sed cũ fortes non sint aliud bonum
non habent.Nam sunt qui parati sunt periculis sese obiectare/et vitã paruo stipendio/emolumentoq;
perdere.igitur ij valentissimi sunt milites:sed cũ virtutẽ nõ habeãt preter id eo in facto aliud bonũ nõ
habẽt.sed de fortitudine hacten⁹/⁊ quid ea vocet̃:nõ est difficile ex ijs(que dicta sũt)vtcũq; assignare.

Ost hanc autẽ de temperantia dicamus. He nãq; virtutes partiũ Cap.X. 55
p earum esse vidẽtur que sunt rationis expertes.Atq; tẽperantiã circa voluptates
mediocritatẽ esse iam antea diximus.minus enim/et non similiter circa dolores
versatur. In eisdẽ autẽ et intẽperantia esse videtur.sed nũc circa quas est voluptates
determinemus oportet. ¶Diuidãtur igitur anime atq; corporis voluptates.vt hono- 56
ris cupiditas:et auiditas discipline.nã tam ambiciosus q̃ auidus discipline eo gaudet
cuius est auidus.et corpus nihil:sed mẽs potius patit̃. atq; ij qui voluptatibus huius-
cemodi alliciũtur: nec tẽperãtes/nec intẽperãtes dicũt̃.Pari modo neq; qui circa cete-
ras voluptates que non attribuũtur corpori occupant̃.eos enĩ qui fabulis/et narratio-
nibus delectant̃:et circa talia dies cõsumunt/verbosos quidẽ atq; deliros: intẽperãtes

autem non consueuimus appellare. Nec eos etiam qui pecuniarũ vel amicorum causa
dolent. temperantia igitur non circa anime: sed circa corporis voluptates versatur.
¶ Non tamen et circa has ipsas omnes. Qui namq; rebus ijs gaudent que visu perci-
piuntur: vt coloribus/figuris/pictura: nec tẽperantes nec intẽperantes dicũtur. etsi vi-
dentur et his homĩes et vt oportet/ et magis q̃ oportet/ et minus etiã gaudere. Simili
modo neq; qui rebus ijs gaudent que auditu percipiũtur. nemo enĩ aut eos qui cantu/
vel histrionis gaudent voce plusq̃ oportet: intẽperantes/ aut eos qui vt oportet eisdem
gaudent: temperãtes appellat. Nec etiã ij qui circa odores gaudent: nisi per accidens.
non enim eos qui malorũ aut rosarum aut vaporũ/ sed eos potius qui vnguentorũ aut
epularum odoribus delectantur: intẽperantes dicimus esse. his enĩ intemperãtes ex eo
gaudent: quia per hos ipis rerum earũ quas cupiunt recordatio fit. Videre etiã licet et
ceteros/ cũ esuriũt: epularũ gaudentes odore. at his delectari intemperãtis est: quippe
cum eius hec obijciantur cupiditati. ¶ At qui neq; cetera animalia voluptatẽ: nisi per
accidens/ per hosce capiunt sensus. Neq; enĩ odore leporũ: sed esu gaudẽt canes: odor
autem sensum ferit. neq; voce bouis leo: sed esu. per vocem autẽ sensit illum esse propin-
quum: atq; hoc ipso gaudere videt. Pari modo neq; si vidit aut inuenit ceruũ/ aut ferã
capram/ hoc ipso gaudet: sed quia cibũ habebit. circa voluptates igitur tales tẽperãtia
58 intemperantiaq; versatur/ que quidẽ et ceteris animalibus sunt cõmunes. ¶ Quocirca
59 seruiles et ferales esse videtur. he autẽ sunt q̃ tactu/ gustuq; suscipiũt. ¶ Ateni et gustu
intemperantes parũ/ vel minime vti videntur. gustus enim officiũ/ saporũ iudiciũ est.
quod quidẽ ij faciunt qui vina probant: et epulas condiunt. non nimiũ autẽ hisce gau-
dent intẽperantes/ sed voluptate: que fit omnis per tactum: et in esculentis/ ac poculen-
tis/ et in ijsce que venerea nũcupãtur. Quapropter et quidẽ voluptatibus deditus epu-
larum: (Philoxenus quidã Eryxius) precatus est: vt longius sibi guttur q̃ gruis fieret
60 propterea q tactu delectabatur. ¶ Sensuũ igitur maxime cõmunis est is: circa quem
intemperantia versatur. Atq; ppterea iure vituperanda esse videtur: q hominibus nõ
ratione qua homines sunt: sed qua animalia/ accidit. talibus igitur gaudere/ maximeq;
talia amare: ferale est. Eteni liberalissime voluptates que per tactũ proueniũt: excepte
sunt. Ut ee que in ludis ac certamibus perfricationẽ/ caloreq; fiunt. non enĩ intẽperan-
tis tactus circa vniuersum est corpus: sed circa quasdam corporis partes.

¶ Decimi capitis note. ¶ Fortitudo et tẽperantia iccirco partiũ irrationaliũ/ rationisq; expertium esse dicũtur: q partes anime irratiõales moderẽtur: hec cõcupiscibilẽ/ illa vero animosã/ irascibilẽq;/ ¶ De temperantia secũdo officiorũ fonte/ que intẽperantiã fedũ mortalibus monstrũ expugnat mox suscipit Aristoteles determinandũ. et hec puritatis et mũditie virtus circa cibũ/ circa potũ/ et circa venerea versatur. et quãuis sancta religio quã suscepimus summopere nos ad hanc vite puritatẽ/ nõ modo inuitet sed obliget: valebunt tamen aliorũ exempla nos ad tam preclare virtutis obseruantiam Masinissa
iuuare. Temperantia cibi. Masinissa Numidarũ imperator centesimũ sue vite annũ agens: vel stans vel ambulans solum in meridie ante tabernaculũ suũ (vt suos milites suo exẽplo ad temperantiã for-
maret) cibũ sumere solebat. ad hanc enĩ venerandã caniciẽ: eum sanitatis comes temperantia perdu- Urius
xerat. Urius dux rhomanus fortissimis qui valentissimã Italie gentem / et ditissimũ grecie regẽ su-
perauit: olusculis contentus viuebat. Pompeius quoq; simili temperantia cõmendat. Cyrus senior Pompeius
cum ad hospitẽ diuertisset/ rogareturq; quid sibi cene apponi vellet: respondit panẽ tantũ/ et sperare Cyrus
se prope fluentẽ aque riuum cenaturũ. Et ab his hominũ excellentissimis temperãtie potius exempla sumi debent: q̃ a molli Sardanapalo aut a diuite illo intemperantie exemplũ: qui quotidie epulabat splendide et sepultus est in inferno. Sed nunc plane est quod damnat Satyricus.

Curius paruo que legerat orto Iuuenalis
Ipse focis breuibus ponebat olúscula: que nunc Curius
Scallidus in magna fastidit compede fossor.

Neq; animaduertũt perditi gulones: quo pacto idem autor sic eos ãmoneat.

Quis enĩ te deficiente crumena
Et crescente gula manet exitus: ere paterno
Et rebus mersis in ventrem: fenoris/ atq;
Argenti grauis/ et pecorũ/ agrorũq; capacem.

Neq; consiliũ sequuntur Hippocratis. deceret tamẽ egros tã pbati medici/ sapiens consiliũ recipere Hippocrates
clamat enĩ Hippocrates viuendũ esse tẽperate. nam eos homines qui gule/ ac ventri studẽt: nũq̃ bene valere neq; lõgeuos esse posse/ eorq; animas nimio sanguine/ nimiaq; sagina ita esse ipeditas/ ac si luto forent obuolute. et iccirco nihil tenue nihilq; celeste meditari posse: sed dũtaxat de patinis & feda vẽtris ingluuie. hec Hippocrates ad vos popine somniculatores. Si ergo sapitis: feditatẽ relinquite/ et tẽperãtie puritatẽ (que vobis plurimo erit ornamẽto) vite vobis comitẽ asciscite. ¶ Tẽperãtia pot9.

halicarnasis Halicarnaseus autor est Rhomulum magnam curam temperantie potus habuisse/legemq tulisse vt
Rhomulus temulente mulieres/et qui sumpti meri debaccharētur insania:morte plecterentur/ viuebantq ea tē-
pestate mulieres abstemie/ abstemijq viri. Et vtinā cōtigisset Clitoriū Archadie fontem nostras al-
Ouidius luere terras/et nos omēs eo de fonte bibisse. de quo canit Ouidius
Laertius Clitorio quicunq sitim de fonte leuarit
Uina fugit/ gaudetq meris abstemius vndis.
Utinam rursus nostra tēpestate tantū valerent homines ad intēperantiā potus/ebrietatēq tēperan-
Xenocrates dam:quantū legitur potuisse Xenocrates.qui cū Polemo Atheniēsis impudens Juuenis ebrius/co-
Polemo ronatus: eius scholam cum sodalibus irrupisset/tunc de temperātia sermonē habens:eum ad tempe-
rantie reuocauit honestatem/factusq ex eo die est Xenocratis auditor.qui tēperantia et studij diligē-
Anacarsis tia ceteros anteiret:semper ab eo tempore Xenocratis innocentiā/ bonitatēq predicans. Et Anacar-
sis philosophus sola aqua pro potu vsus legitur/ et adeo oēm intēperantiā horruisse: vt statuas eme-
ruerit hoc vno epigrāmate:lingua/ ventre/pudendis abstinendū esse:oēm intemperantiā damnantes.
pythagoras ¶Temperātia venereorū.Studiū Pythagore circa oēm tēperantiā fuisse legitur:olusculis & fruge
Damma vescebatur/carnibus abstinebat/potū illi fons tribuit/castus in matrimonio vixit/mox duxit celiba-
tum.Dāmam filiā ad virginitatis votū/ppetuūq candorē induxit.Dāma vero casti Pythagore fi-
lia virginitatē seruauit/ et virgines ea tempestate discipulas habuit q̄plurimas: quas virginitatis
voto firmauit.hic ille est Pythagoras a quo litterarū primordia fluxerūt ad philosophos.hic est cā-
Lucretia didus Pythagoras:qui studiosis nitide tēperantie debet esse exemplū.neq viri in hoc puritatis voto:
Uirgines a mulieribus debent se pati superari.Lucretia eni violate castitatis perferre nō valens iniuriā: fer-
Spartane rum per pectus adegit.Sed ea viriliores Spartane virgines fuisse legūtur:que cū numero quinqua-
Messenij ginta sacrificij causa ad Messenios hospitalitatis gratia a parentibus misse essent : in eas tanta libi-
Lacedemonij dinis impatientia flagrarunt Messenij: vt violato hospitalitatis iure eas ad stuprū poscerent/et tan-
dem mortis penā minātibus si nō acquiescerent:mori maluerūt omnes q̄ vna sola(violata pudicitia)
superuiuere:a Lacedemonijs postea viriliter(vt decuit) vlte. Si eni temperātia regnaret/hec mōstra:
stuprum/incestus/adulteriū/ zelotypia/ et cetera id genus que etiā noīare horrendū est:nullū i morta-
Hiero libus locū haberēt. Et ducit matronis in exemplū casta hieronis. Syracusani matrona. que cū hiero
Syracusanus aliquando oburgatus a quodā familiari suo fuisset:q os sibi male oleret/et ipe nullis
vteretur remedijs/ vxorem aūt increpuisset:q nūq̄ de hac re eū ammonuisset/ verecūde se excusans mi
vir inquit noli mihi succensere:putabam eni viros omis ita olere/et proinde tacuisse. Sed christianis
aliena non sunt exempla querenda:cū deus ex alto in gremiū descenderit alme virginis/ et ad virgi-
nem totā suam spem et sua tota vota cōuertant. hec eni virtus deo displicere nō potest: quā in virgine
matre semper habet acceptissimā. ¶Sed nunc que insania sit gule et que veneris paulisp adhuc edo-
ceamur exemplis: quo āplius pbate virtutis mundiciā sequamur/ horreamusq aduersantiū viciorū
turpitudinē. In primis intēperantiā harpiarū feditate/horroreq monstri:damnant poete. & id de in-
Uirgilius temperantia a Marone generaliter adductū intelligatur.
Tristius haud illis monstrū/nec seuior vlla
Pestis et ira deū: stigijs sese extulit vndis.
Uirginei volucrū vultus/fedissima ventris
Proluuies/ vnceq manus/et pallida semper
Ora fame.
Et intemperantiarū hec cibi est:hec potus/hec venereorū/fedeq libidinis/ hec vero cōposita. ¶In-
tēperantia cibi. Quis vitellio quāuis imperatori nunc vellet esse similis:qui quater quotidie mensam
ad saturitatem disponebat:facta suis cōuiuis in loco potestate vomendi:qui minus stomacho valerēt
nihil enim illis turpe ducitur: quibus turpis imperat ingluuies. Sed q̄ seruile sit intēperantie gule
Juuenalis indulgere: Juuenalis te cautiorem reddere debet.
Tu tibi liber homo/et regis cōuiua videris
Captum te nidore sue putat esse culine.
Nec male coniectat ¶Sed operepreciū est cognoscere: que sunt Epicureorū precepta quibus ad suū
honestum/ suāq honestatem voluptatē perducere moliūtur. vt multi se esse de Epicuri schola cogno-
Epicureorū scant:qui frugalē credūt se ducere vitā. Epicureorū ergo summū bonū/honesta voluptas:ad quā his
precepta contēdunt preceptis. Primū. Ouorū sit longa facies.nam succi sunt melioris. sint candida/ sint cal-
losa.duriora enim tenaciorem/masculūq vitellum pmittunt. Secundū. Caulem eligito qui siccioři-
bus in locis adoleuerit.nā dulcior est:in suburbanis aūt/irriguisq locis elutior/insipidiorq. Tertiū.
Si vespertinus hospes ad te aduētarit:memēto viuam adhuc gallinā mixto mersare falerno:ne duri-
uscula delicatum offendat palatū.sic eni eo tenerrimā efficies ingenio. Quartū. Fungorū pratensium
natura optima est: ceteris aūt malefida creditur. Quintū. Jis qui nigris moris prandia finiūt. esta-
Aufidius tes salubres Epicurei promittunt. Sextū. Forti falerno mel admiscendū iubet Aufidius. Nā vacuis
venis nihil nisi dulce cōmittere precepit Epicurus. Septimū Mugilus et viles conche probantur: q
subducant aluum.quo beneficio/ preceptorū Epicuri obseruatoribus:frequenter est opus. Herbe ru-
micis ad idem quoq mirifice cōmendant vsum. Octauū. Conchilia crescente luna capi debere: apud
eos est aphorismus.nā lubrica nascentes implent conchilia lune. Nonum. De sine problemate in tota
Epicureorum scola probate sunt sententie/ quasi dignitates et axiomata. Murex Locrinus Baiano
melior est. E Circeis ostrea probantur. E Pisceno probantur echini. Probatos pectines mittit tibi
molle tarentū. Decimū. Nullus artem cenarū arroget:qui exactam subtili ratione/saporū non teneat
rationem. Undecimū. Tenet quisq Epicuree schole discipulus:que in iure elixa prestantiora/ et que
assa sunt meliora. Duodecimū. Aper iligna glande nutritꝰ eligēdus: vitādus autē palustribus vluis

arundineqꝫ saginatus. Decimūtertiū. Fecūdi leporis armos: sectari debet Epicureus sapiēs et talia
id genus delirамēta: que Marcus Catius Epicureus in satyra Horatiana cōmeminit/ ⁊ que Demo= Catius
critus ridebat: quotiēs a limine mouerat vnū/ extuleratqꝫ pedē: hic in cōtēptū gule adducta putētur. Democritus
quis enim eos probaret philosophos: quibus tota philosophia in palato adheret/ erraui non philo=
sophos: sed philopotas epicureos. et nostra tempestate Epicureos ridens Platina libellū scripsit de Platina
honesta voluptate Sed dic iterum. O Epicuree cui (vt inquit Flaccus) venter aqualiculus extēso ses= Persius
quipede extat. Horatius

Que prima iratum ventrem placauerit esca?
In primis Lucanus aper: leui fuit austro
Captus vt aiebat cene pater/ acria circum
Rapula/ lactuce/ radices: qualia lassum
Peruellunt stomachum/ siser/ alec/ fecula Coa.
Nos inquam cenamus aues/ conchilia/ pisces
Longe dissimilem noto: celantia succum
Nos nisi damnose bibimus: moriemur inulti.
Sed audi Epicuree ꝙ sis miser
Non horam tecum esse potes/ non ocia tecum
Ponere/ teqꝫ ipsum vitas fugitiuus vt erro
Iam vino querens/ iam somno fallere curam
Tandē inamarescunt epule sine fine petite
Illusiqꝫ pedes viciosum ferre recusant.

Corpus ¶ Res ridicula sane: sed digna gulosis: mos apud Scithas olim inoleuit vt cū suis regibus Scithe
qui molliculi/ intēperantesqꝫ vixerāt pincernas/ cocos/ pellicesqꝫ sepelirēt: ne forte apud inferos eorū
egerent officio. si Epicurus illic docuisset/ aut multi qui apud nos huius artis sunt insignes: proculdu=
bio cum eorū regibus in honore iam sepulti iacerent. ¶ Intemperantia potus/ Lacedemonij seruos Lacedemōij
olim sue mense aliquādo assistere iubebant: quos vinosiores esse cognoscerent/ quibus facta libere bi=
bendi potestate: ebrijs illudebāt/ vt sic filios ex seruorum turpidine cōspecta: sobrios esse docerēt. Et
Anacarsis scitha admonebat nos ebriosorum turpes/ indecorosqꝫ motus considerare: vt tēperate/ ho= Anacarsis
nesteqꝫ viueremus. Sed hec exēpla principes debēt reddere cautiores si legāt aliquādo que Alexan= Alexander
der Macedo ebrietate cōmisit flagicia: que vbi ex vini demētia factus esset sanior se fecisse plorabat/
execrabat ⁊ se vnꝙ admisisse dolebat. Si ꝯsiderēt regie Thomyridis filiū vino/ sōnoqꝫ sepultū: vna cū Thomyris
suo toto exercitu sua intemperātia perijsse. Nec aliter ꝙ intēperantia potus excogitauit penus Ha= Hanibal
nibal expugnare Afros: quos cognosceret vino indulgentiores. cū enim vinū mandragora infecisset: Afri
leui prelio ex industria cōmisso leuiter cessit/ omissis quibusdā sarcinulis/ omiqꝫ vino: fugā simulans.
at barbari occupatis castris in gaudiū effusi vinum imoderate hauriūt/ et in modū defunctorū aster=
nuntur humi. reuocans autem pedem Hanibal obtruncat omnes. sic enī plerūqꝫ pereunt: qui modum
non habentes intēperantie succūbunt. et non solum hec debacchatio agrestiū mentes fascinat: sed sa=
cros musarū choros iuadit/ facitqꝫ plerumqꝫ (quod irridet Flaccus) plane furere poetas/ ⁊ cantores Horatius

Vina fere dulces oluerūt mane camene. Ennius
Laudibus arguitur vini: vinosus Homerus.
Emnius ipse pater nunꝙ nisi potus ad arma
Prosilijt dicenda. forum/ putealqꝫ Libonis verba Ennij
Mandabo siccis: adimam cantare seueris.
Hec simul edixit/ nec cessauere poete
Nocturno certare mero/ putere diurno.

Sed aduertant ex eodem autore quali tentantur insania/ et saniores resipiscant.

Quid non ebriatas designat: operta recludit
Spes iubet esse ratas/ ad prelia trudit inermem.
Solicitis animis onus eximit/ ac docet artes
Fecundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

Sed vt intemperantiam potus cōcludamus: dignū suppliciū luit qui apud scithas vinum (vt lucrum
faceret) intulit vbi autem scithe incautius tentarent: vacillātes et gradū firmare non valentes quasi
sensu/ et ratione capti in presentia carorum plane delirabant: videntes autem eorum amici/ illum: ve=
nenum propinasse arbitrantes/ subdito virum adimunt/ lacerant/ minuatimqꝫ decerpunt. sed nūc hoc
exitiale malum more scitharum a nobis fugiendum: reddidit nobis intemperantia domesticū. ¶ In=
temperantia venereorum. Alterum est intemperantie monstrū quod longe proserpit/ et fedissima luest
hoc gula et ociose vite licentia secum trahunt. de quo Iuuenalis. Iuuenalis

Prestabat castas humilis fortuna latinas
Quondam/ nec vicijs contingi parua sinebant
Tecta: labor/ somniqꝫ breues/ et vellere tusco
Vexate/ dureqꝫ manus/ ac proximus vrbi
Hanibal/ et stantes collina turre mariti
Nunc patimur longe pacis mala: seuior armis
Luxuria incūbit/ victūqꝫ vlciscitur orbem.

Et hec libidinis perturbatio primū iuuenilia pectora tētat/ et mollia corda pretitillat insanus amor.
que res vt inquit Horatius.

Nec modum habet/ neqꝫ consiliũ. ratione modoqꝫ.
Tractari non vult.in amore hec sunt mala:bellum/
Pax rursum.hec si quis tempestatis prope ritu
Mobilia et ceca fluitantia sorte:laboret
Reddere certa sibi / nihilo plus explicet/ac si
Insanire paret certa ratione/modoqꝫ.

Et qui se illo sceno obuoluũt: Homerus facit immundos Circes/ hoc est intemperantie porcos.Sed
Homerus quia proci/ qui aliorũ lectos solicitãt sola littere transpositione a porcis distant:licet hic memorabile
Circe exemplũ adducere.Memorie ꝓditum est apud Galathas Synorigem/castũ Synati eius loci cõciuis
Galathe solicitasse thorũ qui Cãme Synati castissime cõiugis ardoris impatiens:misere deperibat.et cũ nul=
Synorix lis pollicitationibus posset Cãmam ad facinus adducere: virũ eius Synatũ dolomalo sustulit. quo
Synatus extincto per suam potentiã Cãmam a suis necessarijs vt secũ nuberet cõpellere satagit.simulat autem
Camma assensum/et ante aram Diane quã cõnubij autorem inuocabat: phialã tenẽs quasi sacrificiũ factura/
partẽ poculi hausit/ partẽqꝫ Synorigi porrexit. erat autem mulsum veneno permixtũ: quã simulatqꝫ
ipse ebibit:Dianã hoc pacto deprecata est matrona.Testor te dearum preclarissima me huius vltiõis
gratia Synato viro meo superuixisse/nũc aũt libens/ volensqꝫ ad eum descendo.tibi aũt Synorix pro
thalamo sepulchrũ relinquo/et tibi pro nuptijs tui funus parabũt amici.Synorix autẽ dolore simul/
ac furore percitus lectica se offerri iubet.nihil venenate pesti remediũ afferre valet/et magno cũ dolo=
re emigrat et vita.Cãma vero defunctũ Synorigem accipiens: prompto/hilariqꝫ vultu descendit ad
maritũ.et hi iusti putantur/temerarie veneris euentus.Et hec de intẽperantia pro ãmonitione nostra
vt eam tanq̃ pestiferam tabem fugiamus:amplectamur autẽ deo gratam temperãtie puritatem.
¶Decimum cap.quinqꝫ conclusionibus et vno correlario partitum est.

Decimi Capitis cõmentarius ad litterã. ¶Prima cõclusio.Postq̃ de fortitudine exactũ est:sup= 55
est de temperantia determinãdi locus. Nam he virtutes partiũ irrationaliũ/ rationisqꝫ expertiũ esse
videntur.et prius dictum est tẽperantiã circa voluptates mediocritatẽ esse atqꝫ tristicias : licet minus
et non eque circa tristicias versetur/circa que similiter versabitur intẽperantia. expedit igitur hoc in 56
loco de temperantia/et circa quas voluptatum statuatur:determinare.¶Secũda cõclusio.Non oim
voluptatum/pariter et dolorũ temperantia est.Nam voluptatũ quedã sunt anime/et quedã corporis:
vt honoris cupiditas pariter et discipline sunt anime:et vterqꝫ eorũ/honoris videlicet cupidus/et cu=
pidus discipline eo ipso gaudet cuius auidus est :et eo gaudio nihil corpus sed mens potius patitur
afficiturqꝫ voluptate.at qui huiusmodi voluptatibus tenentur: neqꝫ temperantes/ neqꝫ intẽperantes
dicuntur.et simili quoqꝫ pacto neqꝫ qui in ceteris voluptatibus que corporis non sunt : detinentur. vt
eos qui fabellis/et narrationibus delectantur/et qui in talibus totos dies deterũt. verbosos quidem
at intẽperatos dicere haudquaq̃ cõsueuimus.neqꝫ eos etiã qui pecuniarũ/aut amicorũ causa dolent/
ac tristantur.non igitur oim voluptatũ pariter et dolorũ: tẽperantia est. ¶Tertia cõclusio.Tempe= 57
rantia/ voluptatũ corporis existit:at non omniũ. Nam circa voluptates anime nõ esse iam monstrata
est.relinquitur ergo circa voluptates corporis existere.et ꝙ non circa omẽs tales versetur:statim co=
gnitum esse potest.nã qui ijs rebus oblectantur/quas oculi hauriũt: vt coloribus/ figuris/ picturisqꝫ
et similibus:eos nec tẽperatos nec intẽperatos nemo dixerit/etsi fieri potest vt huiusce rebus homies
quantũ oportet/et magis/et minus q̃ oportet delectentur.similiter in voluptatibus earũ rerũ que au=
ditũ ciunt:non cõsistit aut tẽperantia/aut intẽperantia.nemo enĩ dixerit eos qui modulatiõe/aut effi=
cta histrionis voce gaudẽt vt oportet/aut amplius q̃ oportet:tẽperatos/ aut intẽperatos esse. idẽtidẽ
neqꝫ in voluptatibus rerũ que odoratu capiũtur:cõsistit aut tẽperantia/aut intemperãtia nisi secundũ
accidens. vt qui suaue fragrantiũ malorũ/rosarũ/aut suffituũ odoribus gaudent:nõ intẽperati sunt/
sed illi potius qui vnguentorũ/ epularũqꝫ gaudent nidoribus. per accidens tamen dici queunt/ꝙ per
illos sensus earũ rerũ quas intẽperantes cõcupiscũt:renouet memoria.et non modo intẽperantes/sed
et ceteri cũ esuriũt:epularũ gaudent odore.sed his epulis delectari intẽperantis est: cũ illis quidẽ il=
larũ sue voluptatis explẽde copia facta est. ¶Secundo. Cetera aĩalia per hos sensus visum scilicet
auditum/et odoratum: voluptatẽ non nisi per accidens capiunt.non enim odore leporũ/sed eorum esu
gaudet canis:etsi odor canis sensum feriat/neqꝫ mugitu bouis gaudet leo: sed ipsius bouis pastu/nisi
forte quantũ sua voce ꝓditur bos ꝓpinquus. et hoc ipso quasi parato/ et ferme ad os cibo gaudet leo.
siĩter nõ hoc ipo gaudet leo:ꝙ ceruã/siluestrẽue capreã aut viderit/aut inuenerit:sed quia sibi futura
sit esca.circa illorũ igit̃ sensuũ voluptates/non versatur temperantia/aut intemperantia nisi secundũ
accidens:sed circa eas que et ceteris animantibus sunt cõmunes. ¶Correlariũ. Quo fit vt intẽpe= 58
rantie voluptates:seruiles sint atqꝫ brute.et re vera he sunt que gustu/tactuqꝫ suscipiũtur. non igitur
omnium voluptatum corporis:temperantia/aut intemperantia est. ¶Quarta conclusio. Ad intẽpe= 59
rantiam/ipsius gustus perpaucus aut ferme nullus est vsus: tactus autẽ plurimũ. Nam gustus offi=
cium est sapores iudicare.quod faciunt qui pitissando vina probant/et qui epulas condiunt ac prepa=
rant.sed in hisce rebus non multũ delectantur intemperantes :sed ea voluptate que incibis et potibus
contactu paratur/et in rebus venereis.hinc quoqꝫ voluptatibus defluens epularum/ atqꝫ pultiuorax
quidam Philoxenus Eryxius deos traditur precatus: vt longius sibi guttur q̃ gruis fieret/ ob id=
ipsum ꝙ tactu delectabatur.perparum igitur ad intemperantiam cõducit ipsius gustus vsus:tactus
vero plurimum. ¶Quinta conclusio. Intemperantia vicium maxime vile est/ reprehensibile/ et ab 60
hominis natura alienum q̃plurimum.Nam is sensus per quem intemperantia fit:sensuum cõmunis=
simus est:omibus aĩalibus rationis expertibus cõueniens.nõ ergo iniuria vile/ reprehensibile/ et ab
hominis natura alienũ viciũ est: vt quod hominibus nõ qua homines sunt/ sed qua sunt animalia cõ=
petit.talibus ergo gaudere/atqꝫ deditum esse maxime brutum/atqꝫ bestiale est.sed liberrimas corpo=

rum voluptates que per tactum eueniūt semper excipimus: vt que in ludis et certaminibus per sudo-
rum extersionē/ et que per calefactionē fiunt. Nā nō omnis tactus circa vniuersum corpꝰ intēperantis
est: sed dumtaxat circa quasdam corporis particulas.

61 Cupiditatū aūt alie cōmunes eē videt̄: alie ꝓprie atqꝫ adiūcte. Ali- Cap. XI
c mēti nāqꝫ cupiditas: natural' est. oēs enī cū idigēt nutrimēto/ siccū aut humidū
alimētū/ et nōnūꝗ̄ vtrūqꝫ cupiūt. cubile etiā cupit (vt iq̇t Homerꝰ) iuuenis atqꝫ
vigēs. Nō aūt oēs tale vel tale/ vel eadē cupiūt. quocirca nostrū idipsū eē videt̄. habet
tñ et aliq̇d naturale. Alios enī alia delectāt: et q̄dā q̇busdā magis (ꝗ̄ alia q̄cūqꝫ) sūt vo-
62 luptati. ¶ Hec cū ita sint: in naturalibꝰ q̇dē cupiditatibꝰ pauci peccāt: et ad vnū/ ad ipsū
inꝗ̄ plꝰ. Cū enī q̇spiā queuis comedit/ aut bibit donec ipleat̄ sup̱fluo: fit tū rei natural'
exuperatio multitudine. ipsa nāqꝫ natural' cupiditas: indigētie est repletio. quapropter
hi furētes circa vētrē dicūt̄: qꝛ vltra ꝗ̄ oportet ipsū iplēt atqꝫ refartiūt. Tales aūt ij fiūt
qui mācipijs sūt p̱similes. At circa ꝓprias cupiditates/ cōplures hoim/ multisqꝫ modis
deliquūt. Nā cū taliū amatores ex eo dicāt̄: qꝛ vel gaudēt q̇bꝰ nō oportet/ vel magis ꝗ̄
vt ipi multi/ vel nō vt oportet: i vniuersis intēperātes excedūt. gaudent enī q̇busdā q̇bꝰ
nō oportet gaudere: q̇ppe cū sint odio digna. ⁊ si taliū q̇busdā oportet gaudere: magis
63 ill' gaudēt ꝗ̄ oportet: et ꝗ̄ vt ipa gaudet multitudo ¶ Eā igit̄ exupationē q̄ est circa vo-
luptates intēperātiā eē/ et vituperabilē: ꝯstat. Circa vero dolores: nō vt i fortitudie/ sic i
ipa tēperātia fit: vt tēperās q̇dē dicat̄ q̇spiā ferēdo dolores: intēperās aūt nō ferēdo/ sꝫ
intēperās q̇dē ex eo dicit̄/ qꝛ dolet magis ꝗ̄ oportet: cū voluptate nō potit̄. atqꝫ ipsum
dolorē affert ei ipa voluptas. tēperās aūt ex eo qꝛ absētia rerū earū q̄ efficiūt voluptatē
nō dolet illisqꝫ abstinet. Intēperatꝰ igit̄ ea oīa q̄ afferūt voluptatē: vel ea q̄ maxime/ cō-
cupiscit. et a cupiditate adeo ducit̄: vt illa ceteris oībꝰ āteponat. q̄ꝓpt̄ et nō adipiscēs
et cupiēs dolet. cupiditas enī est cū dolore. Absurdo aūt est p̱sil'e ob voluptatē dolere.
64 ¶ Atq̇ deficiētes i voluptatibꝰ et minꝰ gaudētes hoies ꝗ̄ oportet nō nimiū fiūt. Nō est
enī isēsibilitas tal' humana. etenī aialia cetera cibos discernūt: et q̇busdā q̇dē gaudēt: a
q̇busdā vero abhorrēt. ꝙ si q̇s sit cui nullꝰ ꝓrsus est voluptati/ nec vllꝰ ab alio differt: is
65 lōge ab hoie distat. nomē aūt nō habuit tal': qꝛ nō facile fit ¶ Vir aūt tēperās i his me-
diocriter sese habet. Nec enī ijs gaudet: q̇bꝰ intēperās maxime delectat̄: sed potiꝰ mo-
leste fert/ nec ijs oīno q̇bꝰ delectari nō decet/ nec vehemēter vllis rebꝰ huiuscemodi dele-
ctat̄/ neqꝫ si absint dolet/ neqꝫ cupit: nisi mediocrit̄ sēper. nec magis ꝗ̄ oportet/ nec quā-
do nō oportet: vlla res oīno tal' ipsū delectat. mediocrit̄ aūt et vt oportet eas res appe-
tit: q̄ voluptate q̇dē afficiunt: ad sanitatē aūt et bonā corporis habitudinem cōferunt. et
res ceteras voluptatis effectrices idētidē: si nec ipedimēto sint dictis habitibꝰ corporis
nec honestatis cancellos/ nec facultatū metas egrediāt̄. Nā qui ita sese habet magis ꝗ̄
dignū est: eiusmodi voluptates amare videt̄. at tēperans nō est talis. sed ita sese habet:
vt ipsa ratio recta prescribit.

¶ Undecimi capitis note. ¶ Cupiditates/ presertim gule. ¶ Ad plꝰ/ pluri/ ampliꝰ accipiendo ꝗ̄ par
est. ¶ Quedā cōmunis cupiditas est: fit a cōmuni cupiditate. ¶ Voluptas affert dolorē intēperato:
perinde ac amicus affert dolorē amico cū ipse desideratus aliquo in loco procul absistat. ¶ Sic ridi-
culū est ob voluptatē dolere: vt ob consequendū calorē frigere. ¶ Aristippus qui de intemperantia: et Aristippus
ꝓdigalitate auro in via effuso notat̄: iussit perdicē quinquaginta dragmis emi. et cū diceret assistenti
tu hanc obulo nō emeres: annuente illo. michi enī (inquit) tantū sunt quinquaginta dragme.
¶ Undecimū cap. vna diuisione/ tribus conclusionibus/ et vna diffinitione partitum est.
61 Undecimi capitis Cōmētarius ad litterā. ¶ Diuisio. Cupiditatū quedā sunt cōmunes: alie vero
ꝓprie/ atqꝫ adiūcte. cōmunes vt naturalis cibi cupiditas: oēs enī nutrimento aut sicco qui cibus: aut
humido qui potus est interdū indigent/ et interdū vtrūqꝫ cupiunt: et cubile etiā cupit (vt ait Homerꝰ)
iunior atqꝫ vigēs. proprie quod nō oēs desiderāt: sed quod vnicuiqꝫ tale esse videt̄/ tametsi aliquid na-
turale habeat. nō enī oēs tale/ vel tale/ vel eadē cupiūt: sed alios alia delectāt/ et quedā quibusdā ma-
62 gis placēt/ suntqꝫ voluptati. ¶ Prima cōclusio. Circa cōmunes cupiditates pauci peccāt et vno mo-
do vt pluri: circa vero ꝓprias multi delinquūt/ ꝯpluribusqꝫ modis. Nā cū quisqꝫ bibit et comedit que-
cunqꝫ/ donec superfluo repleat̄: fit tū excessus cupiditatis cōmunis plusꝗ̄ decet accipiēdo. nā reple-
tio naturalis indigentie quedā cōmunis cupiditas est. iccirco qui se hoc pacto vltra ꝗ̄ debitū est im-
plent ac refartiunt: dediti ventri/ circaqꝫ ventrē furentes dicūt̄. et qui tales fiūt: sūt mācipijs / pecori-
busqꝫ persimiles: quos cōstat esse paucos/ et circa maiores alimentorū copias peccare. sed qui ꝓprias
cupiditates sequūtur/ earūqꝫ sūt amatores peccāt gaudēdo quibꝰ nō oportet/ aut magis ꝗ̄ oportet: vt
magis ꝗ̄ plerīqꝫ vt tēperati/ vel vt nō oportet/ et in singulis his intēperantes euadūt. nā plerūqꝫ gau-
dent ijs/ que potius odio digna sunt: et quibus potius tristādum est. et si gaudent ijs quibus gaudere
oportet: ijs magis gaudēt ꝗ̄ liceat/ et ꝗ̄ plerīqꝫ gaudeāt. at qui his modis peccāt multi sūt. circa igit̄

ꝓprias cupiditates multi peccant/atq; pluribꝰ modis. ¶ Secũda cõclusio. Nõ simili modo tẽperãtia 63
aut intẽperãtia dicit̃ circa dolores/vt ipsa fortitudo. Nã fortis est ferẽdo dolores:timidꝰ aũt nõ ferẽ=
do. at tẽperãs non est quis ferẽdo dolores:intẽperans autẽ nõ ferẽdo. verũ intẽperãs potiꝰ ex eo dicit̃
quia magis doleat/q̃ oportet:quotiẽs voluptate nõ potit̃. dolorẽ enĩ illi affert ipsa voluptas. et ꝯtra:
tẽperãs eo ip̃o ꝙ absentia voluptatũ nõ torquet̃/ꝙq; illis presentibus abstinet. itẽ intẽperãs oĩa volu=
ptatẽ afferẽtia vel eã maxime afferẽtia concupiscit/et adeo voluptate ducit̃ captiuꝰ: vt maxime volu=
ptatẽ afferẽtia ceteris anteponat. Quo fit vt cõtinuo duplici pena afficiat̃:et ꝙ ea nõ adipiscit̃ ⁊ ꝙ ea
concupiscit. cõcupiscẽtia enĩ dolori cõiũcta est. sed ridiculo ꝑsimile videt̃:ob voluptatẽ dolere ¶ Ter= 64
tia cõclusio. In voluptatibꝰ deficiẽtes hoĩes/et in ijs minꝰ q̃ oportet gaudẽtes: vix reperiunt̃ vlli. Nã
huiusmodi insensibilitas humana nõ est:cũ cetera aĩalia cibos discernãt/et quibusdã gaudeãt/et ali=
quibus abstineãt:tanto magis igit̃ hõ. ꝙ si quis reperit̃/cui nullꝰ cibꝰ voluptati sit:nec vllũ alijs vllo
pacto preponat:hic lõge ab humano more est. et iccirco nichil mirũ videri debet/si talis nondũ nomen
sortitus sit:cũ et qui ita viuat non facile cõperiat̃. ¶ Diffinitio. ex his quid sit tẽperãs nõ difficile est 65
deprehẽdere. Tẽperãs enĩ est qui in hisce voluptatibꝰ/ac doloribꝰ mediocriter sese habet. nã oĩno non
gaudet quibꝰ gaudere nõ oportet: vt quibꝰ intẽperãs maxime delectat̃/vex potiꝰ moleste fert. ⁊ si gau=
dendũ est/nõ vehementer illis delectat̃/nec ampliꝰ q̃ par est/atq; honestũ. que si absint:neq; dolet neq;
ea capit:nisi sẽper moderate/atq; mediocrit̃/nõ magis q̃ oportet nec qñ non oportet:nec oĩno vlla res
talis ip̃m delectat secꝰ q̃ oportet. et delectabilia que ad bonam valitudinẽ/et bonã corporis habitudi=
nem conducunt:appetit quidẽ/sed moderate/atq; vt oportet. ⁊ res ceteras delectabiles que bonis cor=
poris habitibꝰ non aduersant̃/impedimentoq; nõ veniũt/nec honestatẽ offendũt/nec facultatũ nostra=
rum terminos excedũt. nã qui in ijs se habet magis q̃ dignũ est:nimiũ voluptatẽ amplecti videt̃. neq;
talis tẽperans est: sed vt dictum est/et vt ipsa ratio dictat.

Ostra autẽ spõte:magis intẽperãtia q̃ timiditas cõparat̃. Hec Cap. XII. 66
n enĩ ob voluptatẽ:timiditas fit ob dolorẽ. quoꝝ alterũ expetimꝰ: alterũ fugimꝰ.
et dolor q̃dẽ distrahit/atq; corrũpit naturã eiꝰ: q̃ habet ipsũ. voluptas autẽ nil
tale facit. magis igit̃ intẽperãtia/nostra spõte:q̃ timiditas cõparat̃. ¶ Quapropt̃ ⁊ re= 67
prehẽsiõe magis est digna. Nã ad res afficiẽtes voluptate:faciliꝰ est assuescere. sũt enĩ
cõplures tales in vita. et assuefactio fit sine periculo. in rebus aũt formidolosis: contra.
¶ Videbit̃ etiã timiditas nõ perinde atq; singula: sponte agẽdi principio subijci. Hec
enĩ nõ affert dolorẽ. sed illa adeo dolore distrahũt: vt et arma ꝓijcere/et cetera ꝯtra de=
cus agere cõpellãt: q̃propt̃ et violẽta eẽ videt̃. At intẽperãtia fit ꝯtra. singula nãq; spõ=
te agẽdi pricipio:magis subijciũt̃/q̃ppe cũ intẽperãs ea ꝯcupiat atq; affectet. totũ autẽ
minꝰ. nemo enĩ cupit intẽperãs eẽ. ¶ Nomẽ autẽ intẽperãtie:et ad puerilia delicta fer= 68
re solemꝰ. Habẽt enĩ siĺitudinẽ quãdã. Vtrũ aũt ab vtro dicat̃: nichil ad presentẽ refert
sermonẽ. cõstat tñ a priore: posteriꝰ dici. atq; nõ absurde videt̃ esse translatũ. Est enĩ ca=
stigandũ et tẽperãdũ id oẽ: qꝺ turpia cõcupiscit/et icremẽtũ suscipit magnũ: atq; luxu=
riat. taĺ aũt est ipsa cupiditas maxime/atq; puer. nã et pueri cupiditate viuũt. et ĩ hisip=
sis maxĩe viget appetitio rerũ earũ: q̃ voluptate afficiũt. si igit̃ nõ obtẽperet: neq; subij=
ci patiat̃/nimiũ efferet̃. est enĩ voluptatũ appetitio insatiabiĺ/et oꝑatio cupiditatis oĩ ex
ꝑte ip̃i amẽti id qꝺ ẽ sibi affine exauget. ꝙ si magne sint/vehemẽtesq; cupiditates: ratio=
nẽ quoq; extrudũt/atq; eijciũt. ¶ Quãobrẽ mediocres sint ipse et perpauce/et ratiõi nõ 69
aduerset̃ oportet. Atq; id qꝺ est tale: obediẽs/et tẽperatũ/ castigatũq; vocamꝰ. Vt vi=
uere aũt puerũ sub pedagogi p̃ceptis oportet: sic ⁊ cupiẽdi vis cupere debet: ꝑinde atq;
ratio iubet. iccirco tẽperati vim cupiẽdi: cõcordẽ eẽ cũ ratiõe oportet. nã vtriusq; ꝓpo=
situ est honestas. Atq; vir tẽperãs ea cupit q̃ cupere oportet/⁊ vt oportet/et qñ oportet.
hoc autẽ pacto: et ipsa ratio dictat. hec igitur sunt de tẽperantia dicta.

¶ Duodecimi capitis note. ¶ Pedagogus/puerorũ institutor. grecũ est ꝙ pueros agat/ ducatq; ita
dictus. ¶ Et intemperantiam a puerilibus delictis traxisse nomen: plane volũt qui cupidinẽ semper
Marullus puerũ esse fingũt. quod quidẽ (cũ in ceteris de dijs ꝓphane scripserit marullus) quodã epigrãmate cũ
elegãti tum vero hunc in modum non inscite reliquit.

Quis puer hic? veneris. Plene que causa pharetre?
Non bene prouisis certa ꝙ arma mouet.
Cur sine veste deus? mollis puer odit opertum.
Vnde puer? pueros ꝙ facit ipse senes.
Quis pennas humeris dedit? inconstantia. quare
Nulla deo frons est? signa inimica fugit.
Que sors eripuit lucem? immoderata libido.
Cur macies? vigilis cura/dolorq; facit.
Quis cecum preit? ebrietas/sopor/ocia/luxus.
Qui comites? rixe/bella/odia/obprobrium.
Qui celo dignati? homines. que causa coegit?

Ambitior autore credita culpa deo.
Heu curuum genus et veri corda inscia: quo ius
Fasqꝫ: scelus miseri si scelere abluimus.
66 ¶ Duodecimũ cap. tribus conclusionibus/et vno correlario partitum est
Duodecimi capitis Cōmētariꝰ ad litterā. ¶ Prima ꝯclusio. Intēperātia magis ꝗ timiditas vo-
luntariũ viciũ est. Primo. qr intēperātia est ob voluptatē quā expetimꝰ: et timiditas ob dolorē quē re
67 fugimꝰ. Secundo. dolor retrahit/et naturā corrũpit habentis: et voluptas nichil tale facit/ verũ ꝯtra
allicit/neqꝫ corrũpit. magis igit̃ volũtaria intēperantia est ꝗ ipa timiditas. ¶ Secũda cōclusio. In-
tēperantia viciũ reprehensione digniꝰ est: ipsa timiditate. Primo. nā viciũ quo magis voluntariũ: eo
magis vituperatiōe dignũ est. intēperātia aũt magis timiditate volũtaria est. ¶ Secũdo. facilius est
intēperantiā ꝗ timiditatē vitare. nā faciliꝰ est se assuefacere ad opposita eorũ que intēperātiā faciũt:
occurrũt enī hec in vita frequentia/et sine periculo: terrores aũt qui timiditatē aggignũt raro occur-
runt/et non sine periculo. ¶ Tertio. etsi timiditas volũtaria sit: nō tamē perinde/ac intēperātia. nā in
intēperantia singula dolorē nō afferũt que agendi principiũ disturbēt: timiditatis aũt singula dolorē
afferũt/agentisqꝫ volũtatē disturbāt/adeoqꝫ dolore distrahũt: vt arma ꝓijcere/et cetera cōtra decꝰ pa-
trare cōpellāt. vnde euenit vt timiditas potius violēta esse videat̃/⁊ intēperātia volũtaria: vtpote cu-
ius intēperatorũ volũtati singula intēperantiā efficiētia magis obsequant̃/et qui ea ꝯcupiat et affe-
68 ctet: etsi totũ minꝰ affectet. nā nemo intēperās esse cupit. est itaqꝫ manifestũ intēperātiā ipa timiditate
esse reprehēsibiliorē. ¶ Tertia cōclusio. Intēperātia viciũ puerile/puerorũqꝫ vicijs simile est. Nā in-
tēperantie nomē ad puerilia delicta trāsferimꝰ. ꝓpter intēperatorũ/puerorũqꝫ similitudinem. at vero
vtrũ ab vtro: an intēperās a puero/an ab intēperāte puer: intēperati nomē primũ ꝯtraxerit nichil hic
refert. verũtamē hoc in loco ab intēperāte puerilia delicta intēperātie dicunt̃. nec absurde quidē hoc
pacto nomē translatũ esse videt̃. nā castigandũ/tēperandũqꝫ oē id est quod turpia cōcupiscit/et incre-
mentũ mali suscipit/atqꝫ luxuriat. talis aũt maxime intēperātia/atqꝫ puer. nā pueri secũdũ ꝯcupiscē
tiā viuũt/plurimaqꝫ ill' innata adest voluptatũ cupido. si itaqꝫ puer moderāti nō obtēperet/ si sibi do-
minari nō patiat̃: lōgiꝰ serpet/abibitqꝫ voluptatũ licētia. nā voluptatũ insatiabilis est appetitꝰ. et vn-
diqꝫ voluptatibꝰ furenti: voluptatũ surgũt appetitꝰ/et sue ꝯcupiscētie executio innatā auget cupidi-
tatē. ꝙ si he ꝑturbatiōes magne sint et vehemētes: mentē extrudũt/et prorsus a recta ratiōe dimouent
69 ¶ Correlariũ. Quapropter vt ꝯcupiscētie mediocres sint oportet/ꝑpauce/atqꝫ ratiōi nō obuersātes.
Nā talē/moderatāqꝫ ꝯcupiscētiā/quid bene obsequēs/tēperatũ/castigatũqꝫ vocamꝰ. vt enī puerũ se-
cundũ pedagogi p̄cepta viuere oportet: ita quoqꝫ cupiditas parere debet/obedireqꝫ ratiōi/idqꝫ solum
cupiēdũ est: quod recta ratio iubet. Quo fit iterũ: vt viri tēperati ꝯcupiscētia ratiōi discordare nō de-
beat: sed ꝯformē/cōcordēqꝫ se p̄stare. Nā vtriusqꝫ ꝓpositũ debet esse honestas. tēperatꝰ enī ea cupit que
oportet/vt oportet/quādo oportet et oīno quēadmodũ recta ratio dictat/atqꝫ iubet. Sed de tēperantia
abunde dictũ sit. ¶ Tertij Ethicorum Aristotelis finis.
1 Einceps autē de liberalitate dicamꝰ. videt̃ aũt mediocri- Cap. I.
tas circa pecunias esse. Nō enī bellicis in rebꝰ ipse vir liberalis: nec in qbꝰ
laudat̃ vir tēperās/nec etiā in iudicijs/sed in dandis capiēdisue. et magis
2 in dandis pecunijs laudat̃. Atqꝫ pecunias ea dicimꝰ vniuersa: quorũ esti-
matio mensurat̃ numo. ¶ Est autē et circa pecunias exuperatio quidē ꝓ-
3 digalitas: defectio autē illiberalitas. et illiberalitatē quidē ac auaritiā ijs semper accō-
modamus: qui magis ꝗ oportet pecunijs student. ¶ Prodigalitatē autē nectētes nō-
nunqꝫ afferimꝰ. Nā eos hoīes qui sunt incontinētes: et ob intēperantiā pecunias pro-
4 fligant: prodigos vocitamꝰ. quapropter et flagiciosissimi tales hoīes esse vident̃. mul-
ta nāqꝫ vicia simul habēt. ¶ At nō ꝓprie tali noīe nũcupāt̃. est enī ꝓdigꝰ q̇ malũ vnum
aliqđ habet: corrũpere inqꝫ patrimoniũ. ꝓdigꝰ enī est q̇ ob seipsũ perdit̃. videt̃ autē et
patrimonij dissipatio interitꝰ qdā ipsiꝰ esse: ꝓpterea ꝙ patrimonio ac facultatibꝰ viuit̃.
5 Hoc igit̃ modo ꝓdigalitatē accipimꝰ. ¶ Rebꝰ autē ijs quarũ est aliqs vsus/et bene vti
et male etiā possumꝰ. At diuitie res sũt tales. is autē optime re quauis vtit̃: q̇ eā virtutē
habet/que ad rē illā accōmodat̃. et diuitijs igit̃ optime is vtetur qui virtutē eā habet:
6 q̄ ad pecunias attinet. hic aũt est ip̄e vir liberalis. ¶ Atq̇ sũptus q̇dē: datioqꝫ pecunia-
rũ/vsus earũ: acceptio vero/ꝯseruatioqꝫ possessio potiꝰ esse videt̃. quocirca viri liberal'
est potiꝰ dare qbꝰ oportet: ꝗ capere vnde oportet/et nō capere vnde nō oportet. ¶ Est
enī ipsiꝰ virtutis: beneficia potiꝰ cōferre/ꝗ suscipere. et honesta potiꝰ agere: ꝗ nō agere
turpia. nō est aũt obscurũ/cũ das q̇dē: seq̇ vt beneficia conferas/honestaqꝫ agas. cũ ca-
pis vero: vt suscipias: aut nō turpia agas. ¶ Gratia preterea sequit̃ eũ q̇ dat: nō eũ qui
capit. ¶ Et laus etiā magis. ¶ Faciliꝰ est etiā nō accipere: ꝗ dare. hoīes enī multo mi-
nus erogant sua: ꝗ nō accipiũt aliena. ¶ Ii quoqꝫ q̇ dant: liberales dicunt̃. sed qui non
accipiunt: nō ob liberalitatē sed ob iustitiā potiꝰ laudant̃. qui vero capiũt: nō laudant̃
7 valde ¶ Liberales insup hoīes: maxime oīm fere studiosorũ amāt̃/ꝓsunt enī. at id cō-
sistit in dādo. ¶ Oēs autē actus virtutũ: honesti sunt/et honestatis causa fiunt. Et libe-

ralis igit̄ honestatis causa dabit. ¶ Et recte. dabit enī q̄b⁹ oportet/ ⁊ quot oportet/ ⁊ cū 8
oportet: ceteraq; oīa obseruabit/ que dandi actū rectū sequunt̄. ¶ Et etiā cū voluptate: 9
vel sine vllo dolore. Id enī qd̄ p̄ virtutē efficit̄: afficit voluptate/ aut fit cū indolētia sa=
ne: minime vero affert dolorē. At is q̄ dat q̄b⁹ nō oportet/ aut nō honestatis gratia: sed
ob aliquā aliā causā/ nō liberalis: sed ali⁹ quidā dicet̄. Et itidem is qui dādo dolet. ho=
nestis enī actibus talis pecunias anteponet. quod quidem non est liberalis. ¶ At uero 10
neq; capiet vnde non oportet. Talis enim acceptio non est eius qui pecunias non ma=
gnifacit. nec etiā ad postulandū propensus erit. facile namq; suscipere beneficia: nō est
hominis beneficia conferentis. ¶ Uerum vnde oportet accipiet: ex proprijs inquā re= 11
bus. non quia idipsum honestum sit: sed q; necessarium vt donare possit. ¶ At neq; su= 12
as negliget. quippe cum per illas quibusdam affectet opem afferre. neq; quibusuis da=
bit: vt quibus oportet/ et quando/ et vbi est honestum largiri possit. ¶ Attinet etiam ni= 13
mirum ad hominē liberalem: vt in dando adeo exuperet/ vt sibiipsi pauciora relinquat.
Est enim liberalis non ad seipsum respicere. ¶ Etenim pro facultatibus ipa liberalitas 14
dicitur. liberalis enim actio non in multitudine rerum que dantur/ sed in habitu dantis
consistit. hic autem pro facultatibus erogat. nichil igitur prohibet: cum magis eē libe=
ralem qui pauciora largitur: si modo minores ei sint facultates ¶ Magis autem ij libe= 15
rales esse videntur/ qui non compararunt sibi facultates: sed ab alijs acceperunt. Nec
enim experti sunt indigentiam/ et opera omnes sua amāt: vt parentes/ atq; poete. ¶ At 16
vero facile non est liberalem diuitem esse. Quippe cum non sit ad capiendum et cōser=
uandum: sed ad erogandum procliuis: neq; magni per se faciat ipsas pecunias: sed
causa dandi. Quapropter ⁊ accusatur fortuna: q; homines ij qui maxime sunt digni:
minime sunt locupletes. Accidit autem idipsum non sine ratione. fieri enim non potest
vt is pecunias habeat: qui non adhibet diligentiā vt habeat ipsas. quemadmodū et ce=
teris in rebus fieri solet. attamen non dabit quibus non oportet/ neq; quādo non opor=
tet. et de ceteris talibus simili modo. non enim ageret liberalitatis ipsius lege. et consū=
ptis ad hec ipsa fortunis: ad ea que oportet/ et cum oportet sumptus facere/ dareq; non
posset. Etenim is est (vt paulo antea diximus) liberalis qui pro facultatibus erogat: et
in quibus oportet. ¶ Qui vero exuperat: prodigus est. Quocirca tyrannos prodigos 17
non dicimus. non enim facile videtur esse: dando/ ac erogando tantam rerum quas ha=
bent copiam exuperare. ¶ Cum igitur liberalitas mediocritas sit circa dandas/ capien= 18
dasq; pecunias: liberalis dabit in quibus oportet/ et quod oportet: tam in paruis q̄ eti=
am in magnis: atq; cum voluptate. et accipiet vnde oportet/ et quod oportet. nam cum
virtus circa vtrumq; sit mediocritas: vtrumq; faciet vt oportet. sequitur enim dationem
bonam: talis acceptio. ea vero que non est talis: contraria est. Ee igitur que sequuntur:
fiunt in eodem simul. contrarie vero non fiunt. ¶ Q; si p̄ter id quod oportet et bene sese
habet contigerit ipsum pecunias erogare: dolebit sane. Moderate tamen/ ⁊ vt oportet. 19
ad virtutem enim pertinet: vt pro quibus oportet/ et vt oportet voluptas fiat/ ac dolor.
¶ Est etiam in rebus pecuniarijs lenis socius ipse vir liberalis. Potest enim iniuriā pa= 20
ti: quandoquidem pecunias non multifacit. magisq; moleste fert: si quid cum oporteret
non erogauerit: q̄ dolet si quid cum non oporteret/ erogauerit. Simonidisq; sentētiam
non probat. Prodigus autem et in hisipsis delinquit. nec enim letatur nec dolet pro q̄
bus oportet: et vt oportet. atq; hoc magis patebit per ea que deinceps dicemus. ¶ Di= 21
ximus autem exuperationem quidem esse prodigalitatem. Defectum autem illiberali=
tatem/ et in his duobus: in datione atq; acceptione. et sumptum enim in datione poni=
mus. prodigalitas igitur in dando quidē: et non in capiendo exuperat/ in capiendo au=
tem deficit. at illiberalitas/ ac auaricia: deficit quidem in dando: exuperat autem in ca=
piendo/ in paruis tamen. ¶ Prodigalitatis igitur illa duo non nimium simul persistūt. 22
Non est enim facile/ nulla ex parte capientem: cunctis largiri. cito namq; deficiunt pa=
trimonia priuatorum hominum erogantium: qui quidem et p̄digi esse vident̄. ¶ Atq; 23
talis non paulo melior videbitur esse illiberali. Et ab etate enim et ab egestate facile cu=
rari: et ad mediocritatem accedere potest ¶ Nam habet ea que sunt hominis liberalis.
dat enim et nō accipit: quāq; neutrum facit vt oportet/ ac recte. q; si ad hoc assuescat/ vel

aliquo alio modo mutetur: euadit vtiqꝫ liberalis. Etenim dabit quibus oportet: et capiet vnde oportet. Quapropter et videtur non esse moribus prauus. non est enim improbi/ nec ingenerosi tam in dādo ꝙ in non capiendo exuperare: stolidi tamē. qui vero hoc modo est prodigus/ multo melior videt̄ esse illiberali atqꝫ auaro. ¶Cum ob ea que dicta sunt: tum etiā quia prodigus quidē ꝯpluribus ꝓdest. illiberalis autem nemini: ne sibi quidem ipsi. ¶Sed pleriqꝫ prodigorum (vt dictum est) et accipiunt vnde nō oportet: et sunt hoc ipso illiberales. ad capiendū autem proni fiunt: quia cupiunt quidē erogare. hoc autem facile nequeūt facere: cū cito facultates ipsis deficiunt. itaqꝫ ex alienis dare coguntur. et simul quia nulla est eis honestatis cura sine vllo discrimine/ et vndiqꝫ capiunt. dare namqꝫ percupiunt. quonam autem modo/ aut vnde/ nullum est apud ipsos discrimen. ¶Quapropter nec dationes ipsorum sunt liberales. non enim sunt honeste: nec honestatis gratia: nec vt oportet efficiuntur. Sed interdum quos oportet esse pauperes/ eos diuites faciunt. et ijs quidem qui moderati sunt moribus: nichil dant. adulatoribus autem multa: aut quampiam aliam afferentibus voluptatem. ¶Quamobrem et pleriqꝫ ipsorum intemperantes sunt. nam cum facile erogent: proni sunt et ad sumptus in flagitijs faciendos. atque quia non ad honestatē viuunt: ad voluptates de-

24 clinant. ¶Prodigus igitur si nullam prorsus habeat emendationē ad hec transgreditur. cura vero/ diligentiaqꝫ adhibita: ad medium et id quod oportet tandem deuenerit.

25 ¶At illiberalitas ac auaritia: īcurabilis est. Etenim et senectus/ et imbecillitas omnis/ auaros videtur efficere. ¶Estqꝫ hominibus insita magis ꝙ prodigalitas: pleriqꝫ nāqꝫ cupidi sunt magis pecuniarum: ꝙ ad dandum procliues. ¶Extenditur preterea lōge: et plures species subit. complures enim esse vident̄ illiberalitatis ac auaritie modi. Nā cum in duobus hisce consistat: in defectione inquā dandi: et exuperatione accipiendi/ non omnibus inest tota: sed interdum seiungitur. et quidam in capiendo exuperāt quidam in dando deficiunt. Qui namqꝫ talibus appellationibus nuncupantur parci/ tenaces/ aridi: omnes in dando deficiunt/ aliena vero non appetunt. neqꝫ accipere volunt. Quidam enim in dando deficiunt: propter modestiam quandam: turpiumqꝫ rerū cautionem. videntur enim nonnulli: vel saltem aiunt/ ob eam rem sua conseruare: ne cōpellerentur aliquando turpe aliquid agere. Ex his est et ipse cumini sector: et quiuis talis: qui quidem ab exuperatione non dandi cuiqꝫ/ nomen habuit tale. Quidā vero ob metum abstinent alienis. quippe cum non facile sit ipsos aliena: et non alios res ipsorū accipere. itaqꝫ nec accipere ipsis/ nec dare placet. Quidam autem in capiendo exuperant: vndiqꝫ/ et quiduis capientes. Quales sunt ij qui operationes illiberales exercēt: vt lenones/ et omnes tales: et feneratores: et qui dant parua pro magnis. hi namqꝫ omnes: vnde non oportet/ et quantum non oportet accipiunt. commune autem ipsis omnibus esse videtur turpis comparatio lucri. vniuersi nāqꝫ gratia lucri/ et huiusce quidē praui probra sustinent. Eos enim qui grandia vnde nō oportet/ et que non oportet accipiūt: vt tyrannos ciuitates expugnātes et tēpla spoliantes: non illiberales/ sed perniciosos/

26 sed impios/ sed iniustos potius appellamus. ¶Aleatores tamē/ et fures atqꝫ latrones: illiberales sunt. Turpi enī versant̄ in lucro: omnia namqꝫ causa questus agunt/ et sustinent probra. atqꝫ fures quidē capiendi gratia: maxima pericula subeūt. aleatores autē ab amicis quibus dare oportet lucrātur. vtriqꝫ igit̄ vnde non oportet lucrari volentes:

27 turpi in lucro versantur. et omnes tales accipiēdi actus: illiberales sunt. ¶Merito autem illiberalitas liberalitati cōtraria dicit̄. Nā et maiꝰ est malū ꝙ ꝓdigalitas: et hoīes magis hac ipsa peccāt/ ꝙ ea quā diximus prodigalitate. ¶De liberalitate igitur et vicijs ipsi contrarijs hec dicta sufficiant.

¶Primi capitis note. ¶Illiberalitas/ auaritia. ¶Res q̄bꝰ vtimur/ res solū vtiles. solū aūt dicimꝰ que simul nō sunt honeste. ¶Beneficia cōferre/ bene agere. ¶Molestia/ tristitia. ¶Qui dat vt honestis periculis se exponere nō cogat̄: timidus nominat̄. qui explendarū cōcupiscētiarū gratia: intēperans. et hoc pacto in reliquis. ¶Pro facultatibꝰ/ pro potētia/ viribusqꝫ dātis. vidit enī dominꝰ Ihesus cuiꝰ nomē est super omne nomē: quādam viduā pauperculā mittentē era minuta duo in gazophilaciū/ et dixit: vere dico vobis quia vidua hec pauper plusqꝫ omnes misit. nā omnes hi ex abundanti sibi miserūt in munera dei: hec aūt ex eo qnod deest illi: oēm victū suū quē habuit misit. Lucas. ¶Ea que sequunt̄ dationē et acceptionē. bonū et malū. Et cū ipsius habitus sit attendere non solū dationē sed et simul acceptionem. nam attendit quod/ et cui dat hoc est qui recipit. ideo si datio: liberal'/ ac bo-

Dominus

Lucas

na est:et acceptio pariter bona erit.et contra si acceptio mala/et datio quoq mala.nā si datio bona esset et acceptio mala:contraria simul essent/assererenturq simul de eodem.nā cū datio bona esset:⁊ acceptio bona esset.atqui posita esset simul mala.et rursū cū acceptio mala:igit et datio mala.simul aūt posita esset bona.contraria igitur simul fieret/assererenturq de eodē.hoc aūt ipossibile. Q; si liberal aliorū acceptionem curat esse bonam:tanto magis suā talem esse curabit/ accipietq vnde oportebit. ¶Liberalem interdū contingit quicq erogare quibus non oportet/aut amplius/aut min⁹ q̄ oportet per excusabilem ignorantiā:q circūstātia particularis aliqua eū latebat:quā scire neq poterat/ neq tenebat.quod si postea rescisсat/dolet:sed moderate tamen et vt oportet ¶Symonidis poete sententia fuit:magis esse dolendū si quid erogetur indignis:q̄ si non erogetur dignis. ¶In paruis illiberaliter capiundis:potius notatur auarus.nā q illis non existimet se obligatū ad parem gratiā referendam:capit.magna aūt nō capit q reddere et gratiā recognoscere cogeret. Item qui magna capiūt vt tyranni:non illiberales sed potius perniciosi/impij/iniustiq dicunt. vt Dionysius Syracusanus.qui vbi auro et magnificis oblationibus templa deorū spoliauerat:in diuos iocułabat/ cachinnosq mouebat. ¶Dicunt Therentiū desiderio comediarū que in flumen ceciderant:se iā tedio vite affectū/ in flumen precipitasse.tantū sua deperibat poemata. ¶Tales qui cōnumeratas alias malicias habent: neq pprie prodigi/neq proprie illiberales:sed vtriusq nonnichil habent.nam dant vt prodigi/et accipiunt vt auari.nā si pdigalitas et illiberalitas proprie capiant:vt in vicesima prima cōclusione/ cōtraria/atq opposita sūt. ¶Insanabile/incurabile/difficulter admodū sanabile/difficulterq curabile. ¶Cyminon greci dicūt:latini cuminū legumen est quod stomacho/torminib⁹/morbis oculorum/⁊ comitiali morbo(autore Plinio)medetur. ¶Lenones/ qui spe questus turpiter meritoria exercent. ¶Nebulones/id genus leuiū hominū/aliorū fex/et nostri generis dedec⁹. ¶Feneratores qui dāt ad fenus hoc est ad vsurā/et quorū numi numos pariūt. ¶Qui dāt parua pro magnis/quidam qui paruas merces exponunt venales:et ab incautis duplū/triplū/quadruplūue recipiūt. ¶Aleator q quest⁹ causa illiberalib⁹ludis vt iactib⁹alee operā prestat. ¶Fur qui res aufert alienas. ¶Latro qui tenebrarū oportunitate nacta aliorū bona diripit. ¶De liberalitate hic prosequitur Aristoteles:que circa pecunie dationem acceptionemq virtus est fidissima dispensatrix cuius officia sunt visitare infirmos/potare sitiētes/cibare famelicos/redimere captiuos/operire nudos/colligere peregrinos/ ⁊ sepelire mortuos:virtus ad misericordiā nata/et nata misericordiā consequi. quam pauculis manifestemus exemplis. Camillus de liberalitate cōmendatur cui cum a Gallis oblatū esset aurū generose refutauit inquiens ferro non auro patriam esse seruandā.itaq liberalitas patriā seruauit:quā illiberalitas auro corrupta perdere potuisset.est eni liberalitati fides/illiberalitati vero comes perfidia. Darius xercis pater in periculis/dubijsq rebus cum pecunia opus esset:prouinciarum presides/principesq accersiri iubebat/rogabatq grauia ne tributa irrogarent:respondentibus vero ea mediocriter se habere/dimidiū vt ex questoribus soluerent precepit.pluris eni populorū gratiā:q̄ pecunie magnitudinem faciebat.nam liberalitas nullum nisi gratū pectus inhabitat. Phocion qui quinquies et quadragesies imperatoriā dignitatem legitur magna cum laude iniisse/perpetuo pauper fuit:cū facile propter summas dignitates sibi a populo traditas diues eē potuisset.cui cū multe pecunie a Philippo rege dono mitterentur nequaq accipere voluit:et hortantibus oratoribus vt si ijs facile carere posset:filijs tamen acciperet/quibus difficile esset in tanta paupertate:paternā dignitatē tueri.respōdit si similes michi erunt liberi:hic idem agellus qui me ad hanc dignitatē euexit: illos educabit. sin dissimiles:nolo his opibus eor luxuriam alere.Et hic exemplo est:liberales facile ditescere nō posse/ et plus gaudere alijs sua dispensare q̄ aliena recipere.Et ad liberalitatem paruas admodum rerum copias credidit satis esse Satyricus:ita quoq inquiens.

Camillus
Galli
Darius
Phocion
Philippus
Iuuenalis

Mensura tamen que
Sufficiat census/si quis me consulat:edam
Inquantum sitis atq fames/et frigora poscunt.
Quantum Socratici:ceperunt ante penates.
Nunq̄ aliud natura/aliud sapiens tibi dicet.
Sed nunc
Nemo petit modicis que mittebantur amicis
A Seneca.que Piso bonus/que Cotta solebat
Largiri.namq et titulis et fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria.solum
Poscimus vt cenes ciuiliter.hoc face et esto
Esto(vt nunc multi)diues tibi/pauper amicis.

Horatius

Sed audite qui preceptis liberalitatis indigetis q̄ sana vobis Stoici preparant documenta:vt cū liberalitate liberi viuatis/vos prius apologo equi et cerui premonentes/subiungentesq.

Si qui pauperiem veritus:potiore metallis
Libertate caret:dominum vehet improbus/atq
Seruiet eternum qui paruo nesciet vti.
Imperat aut seruit collecta pecunia cuiq
Tolle querelas
Pauper enim non est cui rerum sufficit vsus.
Si capiti bene/si lateri est pedibusue tuis:nil
Diuitie poterunt regales addere maius.
Cena breuis iuuat/et prope riuum somnus in herba
Non istic oculo obliquo mea commoda quisq̄
Limat/non odio obscuro/morsuq venenat.

Archesilaus philosophus sue liberalitatis/litterarie posteritati pulchrū reliq̃t exēplū: qui cū Ctesibi- Archesilaus
us egrotaret/rerūq; inopia preangustiaret: ipm̄ visitās plenū numis sacculū clam eius puluino sub- Ctesibius
iecit: quo inuento Archesilai (inquit) hic ludus est. liberalis enī admodū erat Archesilaus / volebatq;
gratiā latere. et dicere solebat se malle liberalitatem q̃ aureā/argenteāq; supellectilem. et vtinā nunc
oēs Archesilai voto viuerēt. Xeno Cittieus adeo liberalis in recognoscendis suoꝝ preceptorū labori Xeno
bus extitit: vt cū centū peterent: ducenta tribueret. Simonides poeta ceterꝫ argumēto eē potest: huiꝰ Simonides
preclare virtutis officia/nunq̃ digno frustrari posse p̄mio. Nā cū iter ageret forte vidit mortuū quē-
dam/ignotū humi iacentē: alitibꝰ/ferisq; expositū. eū vero q̃primū inhumari diligēter curauit. verū
cū nauē conscensurꝰ esset: vidit per quietē quē sepelierat ipm̄ ammonentē ne id oīno faceret / alioquin
naufragio periturū. quod somnium: cum socijs recitasset Simonides irrisus est/solusq; in littore ipe
mansit relictus. at eius socij cum paululum a terra secessissent tempestate suborta/amissis armamen
tis/fractaq; naue/omnes periere. sic itaq; Simonides pro beneficio sepulture: vite beneficiū recepit.
Sed hec virtus aduersus duo seuissima viciorum monstra pugnat: prodigalitatem scilicet/et auari-
tiam. Prodigalitas. Apud poetas per Belides que terebratis vrnis aquas hauriunt: designari volūt Belides
ꝓdigos. qui querunt quidem/sed ꝑ luxū oīa ꝓdige fundūt. et sanabilē morbū esse ꝓdigalitatem: sacra
de filio prodigo fidem facit historia. fidem facit et Themistocles et Fabius maximꝰ. Themistocles Themisto-
enī in iuuenta adeo perdite adolescentie fuit: vt eiꝰ mater laqueo sibi mortem ꝯsciuerit. Pater aūt eiꝰ cles.
Neocles eum exheredem fecit. at hac patris ignominia ita ad bene viuendū emendatꝰ est Themisto- Fabius
cles: ratus non sine sūma industria/et laude huius infamie notā extingui posse: vt se totū hinc virtuti Neocles
dedicarit/et omni studio reipublice operū suā nauauerit: omnibus obsequiosus/officiosus omnibus/
et officio suo statim adeo errata prioris etatis emendauit: vt ei nullus anteferret: et clarissimus vixit
officijs. Identidem Fabius maximus in adolescentia corruptissimus vixit: cum autem ad etatē per-
uenit/nichil ei defuit quod ad perfectū virū pertineret. ergo O Iuuenes si quis vestrū in ꝓdigalitatē
ceciderit: exemplū resurgendi discat. Virtus enī/humana est: que ad sese venientes blāde in suos si-
nus receptat: alioquin poetam audite.

Prodigus et stultus donat que spernit/et odit. Horatius
Hec seges ingratos tulit/et feret omnibus annis.
Vir bonus et sapiens dignis se ait esse paratum
Nec tamen ignorat: quid distent era lupinis.

¶ Auaritia. Hec longe tristior pestis aduersus liberalitatem pugnat q̃ p̄mū Arismaspos in pōto vno Arismaspi.
oculo in media fronte deformes cū gryphibꝰ aurū custodiētibus armat / et cōtinue bella gerere cogit. Gryphes
Horū aūt monstroꝝ pulchrū certamen auari/et eadē quoq; pro causa se sentiāt imitari ⁊ Arismaspoꝝ Serpēs he-
gryphiūq; se glorient socios. vel querant a poetis quos ipsi efficiant auaros: respōdebūt protinꝰ per- speridum
uigilem serpentē hesperidū/ vel si malint in stygia palude Tantalum. si de eorū statu interrogent saty Tantalus
ricum: statim suam audiant insaniam. Iuuenalis

Sed quo diuitias hec per tormenta coactas
Cum furor haud dubius sit: sed manifesta phrenesis
Vt locuples moriaris: egenti viuere fato.
Interea pleno cum turget sacculus ore
Crescit amor nummi/quantum ipsa pecunia crescit.
Et minus hanc optat qui non habet.
Inde fere scelerum cause: nec plura venena
Miscuit/aut ferro grassatur sepius vllum
Humane mentis vicium/q̃ seua libido:
Indomiti census. nam diues qui fieri vult
Et cito vult fieri: sed que reuerentia legum
Quis metus/aut pudor est nunq̃ properantis auari?
Et maiore domus gemitu/maiore tumultu
Planguntur nummi q̃ funera. nemo dolores
Fingit in occasu

Ploratur lachrimis amissa pecunia veris. Et non modo plorat sed plerūq; currit ad necē. O auari Ausonius
animaduertite: elegātem poetā habetis Ausoniū gallū: vestrū fatū describentem

Qui laqueum collo nectebat repperit aurum:
Thesauriq; loco deposuit laqueum.
At qui condiderat: postq̃ non repperit aurum
Aptauit collo: quem reperit laqueum.

Ita certe digna mulcta pereūt: quos auri sacra fames ꝯtinue strāgulat. et nichil ad tantā miseriā fi-
niendā facete deesse putauit Ausoniꝰ: preter laqueū. et nimirū forte dicet aliquis: habent enī quem in
sacris litteris imitentur Iudam auarum: cuius fauces laquei constrixerunt: et cuius media crepan-
tis viscera lapsa fluxerunt: dignū profecto auaris speculum. quibus enim adempti sunt virtutis ocu-
li illis relicti sunt ad omnia turpia sensus. Et hoc monstrum principum venat capita/et nunc in esca/
nunc in poculis toxica miscet: per deum immortalem O principes hanc seuissimā beluam/hanc Pā- Pandora
doram omnium viciorum parentem ab omnibus regnis pellite. hec enim victoria vobis securam vitā
reliquet. vitam restituetis pupillis. vitam orphanis/ pauperibusq; viduis. sed cauete summopere ne
suū virus in penetralia pectorū vestrorū instillet/insanabile malum. et occurrat vobis frequenter co-
gitandus Crassus. magnus ille Crassus: qui auaritie virus afflatus Parthie sitiebat aurum: qui Crassus
cum hosti succubuisset/recisum eius caput cerebro vacuato plumbo oppletum est. tātūq; auri qui ca-

Plinius put Crassi obtulerat: a rege Parthorum recepit. Et cum Mithridates cognouisset Aquilium ducem
Aquilius contra se ob auariciam bellum suscepisse: capto Aquilio aurum in os eius liquauit. Autor Plinius.
Argumenta auarorum ¶ Sed auari quibusdam argumentis/fucatisqꝫ sententijs nituntur suum morbum defendere. Dicūt enim primo.

Lucri bonus est odor/ex re
Horatius Qualibet. illa suo sententia semper in ore.

Sed discant cui satis est quod habet: satis illum constat habere.

Si tibi nulla sitim finiret copia lymphe
Narrares medicis: quod quanto plura parasti
Tanto plura cupis. nulli ne faterier audes — Secundo dicunt
Exemplo est nobis magni formica laboris
Ore trahit quodcunqꝫ potest/atqꝫ addit aceruo.

Sed formice naturam que torpentes instruere debet: non autem auaros/non satis exploratam habent auari.

Que simul immersum contristat aquarius annum
Non vsqꝫ prorepit: et illis vtitur ante
Quesitis potiens. cum te neqꝫ feruidus estus
Dimoueat lucro/neqꝫ hiems/ignis/mare ferrum. — Tertio dicunt.
At suaue est ex magno tollere aceruo

Ouidius Sed audi auriculate Myda
Copia nulla famem releuat/sitis arida guttur
Urit/et immisso merito torqueris ab auro
Pingue sed ingenium mansit nocituraqꝫ vt ante
Rursus erunt domino stulte precordia mentis.

Horatius Nam qui tantuli eget quantum est opus: his neqꝫ limo
Turbatam haurit aquam/neqꝫ vitam amittit in vndis. — Quarto dicunt.
Nil satis est aiunt: quia (quantum habeas) sis

Sed audi medicum te incurabili morbo tentatum: destituentem
Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter
Quatenus id facit vt quidam memoratur athenis
Sordidus/ac diues: populi contemnere voces
Sic solitus: populus me sibilat: at michi plaudo
Ipse domi/simul ac nummos contemplor in arca. — Audi insuper
Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Quinto sacrū vatē afferūt Hesiodū ita eos (vt volunt) ammonentem.

Hesiodus Adde parum paruo/paruo superadde pusillum
Fiet et hoc magnum: infelix pelletur egestas.

Sed O homines emedullati cerebri vos Hesiodus vetat esse desides: nō aūt iubet eē auaros. qđ? Hesiodum non videtis/vos adhortantem propter vsum diuitias esse querendas? sed nunc oculos virtutis resumite/atqꝫ percipite Hesiodum.

Hymnos cane/tura ministra
Ut tibi dij faueant/immensaqꝫ copia rerum
Hinc tibi nascatur: multis vt egentibus ipse
Horatius Subuenias. hec Hesiodus. Et Horatius
Cur eget indignus quisqꝫ te diuite/quare
Templa ruunt antiqua deum/cur improbe: care
Non aliquid patrie tanto emetiris aceruo.

Sed satis infirma deprehēsa iam sunt auarorum argumenta. et nunc grata deo largitas: victrix exulta/mentibusqꝫ humanis te vberiꝰ insere. Sed hec satis pro ijs quos verba possunt ad virtutis amorem emollire/et qui melioribus sunt animis.

¶ Primū cap. sex et viginti conclusionibus/et vna diffinitione partitū est.

Primi capitis cōmētariꝰ ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Liberalitas est in dādis/accipiēdisqꝫ pecunijs mediocritas. Nā nō laudat liberalis in rebus bellicis/neqꝫ in ijs in qbus laudat tēperās/nec in iudicijs: sed in solis dandis/capiendisqꝫ pecunijs/quāuis magis in dādis. igit in illis tū dādis tum accipiendis liberalitas: mediocritas est. et pecunias hic vocamꝰ omnia: quoꝝ extimatio mēsurat nummo. ¶ Diffinitio. Prodigalitas et illiberalitas sunt circa pecunias exuperatio atqꝫ defectus. ipsam eni illiberalitatē atqꝫ auaritiā semꝑ ijs tribuimus: q magis q̄ᵐ oportet pecunijs inhiant atqꝫ student. ¶ Secunda cōclusio. Plerūqꝫ prodigalitatē alijs vicijs cōnumeramꝰ. Nā eos qui incōtinentes viuūt/et qui per luxuriā, pecunias/patrimoniaqꝫ profligant ac liguriunt: ꝓdigos nūcupamus. et hac causa fit vt ꝓdigi/hoim flagiciosissimi esse videantur. nam multa vicia simul habent. ¶ Tertia cōclusio. Qui ita viuūt multa simul vicia tenētes: non ꝓprie/ꝓdigi noie censent. Nā ꝓdigus ꝓprie/is est: q viciū vnū aliquod habet/vt patrimoniū cōsumere. est eni ꝓdigus qui seipm ꝑdit. et videt ꝑfecto seipsum perdere/qui suum patrimonium dissipat: vnde propriam vitā debet ducere. et hoc pacto prodigalitatem ꝓprie accipimus. ¶ Quarta cōclusio. Uir liberalis omniū optime bene vtet diuitijs. Nā ijs rebꝰ quibꝰ vtimur: cōtingit et bene ⁊ male vti. diuitijs aūt vtimur. ijsdē igit cōtingit ⁊ bene ⁊ male vti. atq is singulis rebꝰ optime vtitur: qui virtutē ad bene illis rebꝰ vtendū accōmodatam possidet. igitur qui

vrtutem possidet ad bene vtendum diuitijs:et illis quoqꝫ optime vtetur. talis autem est vir liberalis:
6 igitur vir liberalis: omniũ optime diuitijs vtetur.¶ Quinta cõclusio.Uiri liberalis potius officiũ
est erogare quibus oportet: q̃ꝫ vnde oportet accipere/ ac non accipere vnde non oportet.¶ Primo.q2
vir liberalis erogando:pecunijs vtitur.accipiendo vero aut non accipiendo:non. est enĩ pecuniarum
vsus earum erogatio/datioqꝫ.acceptio vero potius:carũ cõseru[illegible]io/atqꝫ possessio:et nõ accipere neu=
trum est.ergo viri liberalis potius officiũ est erogare quibꝰ oportet:q̃ꝫ vnde oportet accipere/ et vnde
non oportet non accipere ¶ Secundo.potius virtutis est beneficia cõferre q̃ꝫ suscipere:et potius age=
re honesta/q̃ꝫ a turpibus abstinere.atqui cũ das beneficia confers/honestaqꝫ patras. id enĩ sequi ob=
scurum non est.et cum vnde oportet accipis : beneficia suscipis/ turpiaqꝫ non agis. igitur viri libe=
ralis potius officium est erogare/q̃ꝫ accipere.¶ Tertio.gratia dantis est:non autem non accipiẽtis.
potius igitur est dare q̃ꝫ vnde etiam non oportet non accipere.¶ Quarto.dantem magis laudamus:
q̃ꝫ non accipientem.¶ Quinto.facilius item est non accipere/ q̃ꝫ dare. insitum enĩ ferme homĩbus est
minus sua erogare:q̃ꝫ aliena non capere.igitur potius est dare/ q̃ꝫ non accipere. nã circa difficilius:
potius virtutis officiũ versatur.¶ Sexto. qui dant liberales dicũtur/ ob id ipm̃qꝫ laudanꝛ: qui autẽ
non accipiunt non ob liberalitatem laudanꝛ/sed ob iusticiã potius. ⁊ qui accipiunt non laudãtur plu=
rimum.¶ Septimo.liberales maxime omniũ ferme studiosorũ amantur. id enĩ ideo est quoniã ꝓsunt
in dando.igitur liberalis potius/digniusqꝫ officiũ est quibus oportet erogare:q̃ꝫ vnde oportet accipe=
re/aut non accipere vnde non oportet.¶ Sexta cõclnsio.Liberalis:honestatis gratia dat. Nã cuius=
7 libet virtutis actus honesti sunt/et honestatis gratia fiunt. liberalitas autẽ virtus est. cuius quidem
actus est dare.liberalis igitur:honestatis gratia dat.¶ Septima cõclusio.Liberalis recte dat.Nam
8 dat quibus oportet/et quot/et quando oportet/ceteraqꝫ omnia obseruat:que rectam dationẽ sequũtur.
dat igitur recte.¶ Octaua cõclusio.Liberalis delectabiliter/aut saltem sine molestia dat.Nam quod
9 per virtutem fit.delectabile est/ vel sine molestia/minime dolorem afferẽs.liberalis aũt datio ꝑ virtu=
tem fit.is enim qui dat quibus non oportet/aut non honestatis gratia/sed alia quapiam de causa:non
liberalis sed alius quidam noiatur.similiter et qui dando dolet.nã is honeste opationi pecunias ãte=
10 ponit.quodquidẽ minime ipsius est liberalis.¶ Nona cõclusio.Liberalis vir nõ capiet vnde nõ opor=
tet.Nam huiusmodi acceptio eius non est:qui pecunias non magnipendit.non autẽ magnipendit pe=
cunias liberalis.¶ Secundo.huiusmodi acceptio nõ est huius qui ad petendũ mĩme ꝓpensus est atqꝫ
procliuis.talis autem liberalis.non est enĩ beneficia cõferẽtis vt facile sibi aliorũ beneficia procuret.
11 ¶ Decima cõclusio.Liberalis est accipere vnde oportet.Nam capit ex proprijs rebus quas possidet.
12 non quidem quia id honestũ sit:sed ꝙ necessariũ est: vt dare possit¶ Undecima cõclusio.Liberalis sua
non negligit.Nam liberalis ea non negliget ex quibus opem cõpluribus afferre cupit. non autẽ qui=
busuis dabit:sed sic dabit: vt et quibus oportebit/quando/ et vbi/ honestũ esse cognouerit: dare possit.
13 ¶ Duodecima cõclusio.Liberalis est vt sic in dando excedat: vt sibi pauciora relinquat.Nã liberalis
14 non ad seipsum respicit : sed ad eos quibus erogare honestum est. ¶ Decimatertia conclusio. Nihil
vetat eum liberaliorem esse : qui pauciora largitur. Nam ipsa liberalitas pro facultatibus dicitur.
non enim in multitudine datorum/sed in dantis habitu liberalitas consistit.nihil ergo vetabit vt libe=
15 ralior sit qui pauciora dabit : si minor adest ei dandi potentia atqꝫ facultas. ¶ Decimaquarta con=
clusio.Magis liberales esse solent/qui nõ sibi cõpararũt opes:sed ab alijs accepercũt.Nã qui ab alijs
acceperunt:numq̃ꝫ indigentiã sunt experti .quapropter ad erogandũ existunt procliuiores.qui autem
sibi cõquisierunt:minus liberales euadere solent.nam magis amant omnes sua opera: vt satis argu=
16 mento sunt genitores/atqꝫ poete.¶ Decimaquinta cõclusio.Facile item non est: vt liberalis quisq̃ꝫ di=
tetur.Primo nam quo modo facile ditetur/qui neqꝫ capit/neqꝫ conseruat:quin contra ad erogandum
procliuis est.neqꝫ magnifacit per se ipsas pecunias:sed vt alijs erogare possit.non igitur facile quisq̃ꝫ
liberalis ditatur.Unde euenit vt accusetur fortuna:ꝙ ij hominũ qui maxime digni sunt/minime diui=
tias habeant.¶ Secundo.nec id iterũ sine ratione euenit.nam fieri non potest vt is diuitias cõgerat:
qui vt eas habeat curã nullam adhibet/quẽadmodũ et de ceteris rebus est.liberalis aũt diuitijs abũ=
dare parum admodum curat.et q̃ꝫuis ita sit:non sua dispensat quibus non oportet/⁊ quando nõ opor=
tet/et de ceteris cõsimilibus hoc modo.nam sic agendo/nequaq̃ꝫ liberalitatis legem seruaret:sed con=
sumptis ad ea ipsa fortune bonis/tunc cũ maxime erogare honestũ esset/atqꝫ oporteret:non posset. ve=
rum vt paulo ante dictum est:liberalis est qui pro viribus/facultatibusqꝫ erogat/et in quibus oportet.
17 ¶ Decimasexta cõclusio.Tyranni haud facile prodigi dicendi sunt. Nam qui exuperat suaqꝫ exter=
minat ꝓdigus est. atqui tyrãni nõ facile dando ac erogãdo tantã rerũ copiã quã possidẽt exhauriũt/
18 atqꝫ exuperãt. ¶ Decimaseptima cõclusio.Liberalis nonmodo dabit/erogabitqꝫ in quibus oportet/
et quod oportet:cũ in paruis/tum etiam im magnis/et cũ voluptate: verũ et accipiet vnde oportet/ et
quod oportet.Nam liberalitas mediocritas est circa dãdas/ accipiẽdasqꝫ pecunias.cũ itaqꝫ hec vir=
tus circa vtrũqꝫ sit mediocritas:faciet vtrũqꝫ vt oportet.liberalẽ enĩ dationẽ sequitur talis acceptio.
et acceptio q̃ talis nõ est cõtraria est.at ea q̃ sequũtur:sĩl in eodem sũt.simul aũt in eodem nõ fiũt ꝯtra=
ria.igiꝛ liberalis in oibus et dabit q̇bus oportet/quot oportet et delectabiliꝛ/accipietqꝫ cõsĩlr̃iter vnde
19 oportet¶ Deciaoctaua ꝯclo̾. Si preter id quod dignũ est/liberalẽ cõtigerit pecunias erogasse:dolebit
moderate tñ/atqꝫ vt oportet. Nã virtutis officiũ est:letari/atqꝫ dolere in quibus oportet/et vt oportet.
20 ¶ Decimanona conclusio. Liberalis in rebus pecuniarijs se facilẽ prestat/ et admodũ tractabilem.
Nam pecunias nõ multifacit.iccirco iacturã in illis facile tollerabit: imo magis moleste fert si quid
cum oportuit nõ erogauerit/q̃ꝫ doleat si quid erogauerit cũ minus oportuerit.neqꝫ Symonidis sentẽ=
tiã approbat.et ꝓdigus eisdẽ delinquit:qui neqꝫ letaꝛ/neqꝫ dolet in q̇bus oportet/neqꝫ vt oportet.⁊ hoc
21 amplius in sequentibus dilucebit.¶ Uigesima cõclusio.Quãuis prodigalitas et auaricia vtrũqꝫ su=

perabundantia et defectus sit/in duobus his dando scilicet et accipiendo: ille tamen superabũdantie
et defectus opposito modo sumũtur. & sub datione: sumptus/expẽsasq; facere/cõprehẽdimus. Q̃ aũt
opposito modo sumãtur: patet. nam prodigalitas in dando et non in capiendo superat: et capiendo/
atq; retinendo deficit. auaritia vero cõtra in dando deficit: et capiendo atq; retinẽdo supat/at in par-
uis capiendis tamen. ¶ Vicesimaprima conclusio. Hec duo dando excedere et capiẽdo deficere haud 22
multum in prodigo perseuerant. Nam non facile est nulla ex parte capiẽtem: diu sua cunctis profun-
dere/verum per q̃cito deficiunt sic erogantium priuatorum patrimonia. qui aũt id ipsum agunt sunt
prodigi. ¶ Vicesimasecũda conclusio. Prodigus longe/minus deterior est: auaro. Primo. nam pro- 23
digus et ad etate/et egestate cito curari potest: et se ad mediocritatem reuocare. non autem auarus.
¶ Secundo. prodigus habet ea que sunt viri liberalis. vt dat/et non accipit: q̃q̃ neutrum facit
vt oportet/atq; recte: veruntamen si ad illa recte facienda se assuefacit/vel a suo mutetur modo:
fiet vtiq; liberalis et dabit quibus oportet/et non capiet vnde non oportet. sic autem de auaro non est.
quapropter non prauis moribus videtur esse prodigus: non enim improbi/atq; ingenerosi est in dãdo
excedere et non capere: ĩprudentis tamen est/atq; stolidi. non igitur mirũ si videatur prodigus longe
minus deterior esse auaro. ¶ Tertio. cum ob predicta minus malus sit prodigus/tum ob id rursus
minus malus apparet auaro: q͛ prodigus cõpluribus prodest: auarus autem nemini/nec sibi ipsi qui-
dem. Sed hec de ijs prodigis intelligantur: qui simul illiberales nõ sunt. nam sunt pleriq; prodigorũ:
vt qui alias coniunctas habent malicias (vt iam dictum est) qui accipiunt vnde nõ oportet/et hoc ipõ
sunt illiberales. sunt autẽ tales ad capiendũ procliues ob erogandi cupiditatẽ: quodquidem prompte
facere nequeũt proprijs prorsus exhaustis rebus/et proinde aliena capere et ex alienis dare cogũtur/
simul vndecũq; possunt sine vllo discrimine capientes: q͛ ipsis nulla honestatis ratio/nullus delectus
est. dare enĩ cupiunt: sed quo modo/vel vnde nullum apud eos discrimen/nullaq; differentia est. Quo
fit vt datiões eorũ minime sint liberales. non enim sunt honeste/neq; honestatis gratia/nec vt oportet
effecte. verum nonnũq; quos esse pauperes expedit: efficiunt diuites. et illis qui moderatis sunt mori-
bus elargiunt͛ nihil: assentatoribus autẽ/& qui aliam quãpiam afferunt voluptatẽ largiuntur abũde.
Quapropter fit etiam vt talium q̃plurimi/dissoluti/intẽperantesq; euadant. nam cum facile erogẽt:
proni sunt in flagicijs sumptus facere. et quia ita viuẽdo honestatem negligunt: ad voluptates decli-
nant/precipitesq; ruunt. sicq; perditi intemperantes euadunt. ¶ Vincesimatertia conclusio. Prodigi 24
emendatio: magna diligentia prouocari debet. Nam si emendationis cura/diligentiaq; negligatur:
in superiora mala recidit. at cura/diligentiaq; adhibita: ad mediũ et ad id quod oportet tandem per- 25
ducitur. non igitur eius emendationis: diligens negligenda est cura. ¶ Vicesimaquarta conclusio.
Auaritia morbus/maliciaq; insanabilis est ¶ Primo. nã senectus/omisq; imbecillitas/auaros facit
que vitari nequeunt. ¶ Secundo. q͛ vt plurimũ magis sit hominibus insita auaritie pronitas: q̃ pro-
digalitatis. fiũt enim longe plures pecuniarum cupidi: q̃ ad dandum procliues. nihil mirum igitur
si difficilius sanatur ¶ Tertio. longe extenditur auaritie morbus/multosq; modos habet: quibus ir-
retit/ac illaqueat/et quos vitare admodum difficile est. et cum in duobus (vt summatim dicatur) con-
sistat vt in defectione dandi/et exuperatione capiendi: non tamen omnibus integra aduenit/sed inter-
dum discinditur. nam sunt qui in capiendo excedunt/et alij in dando deficiunt/et ij omnes quos voca-
mus parcos/tenaces/aridos: in dando deficiunt sed neq; aliena cupiunt/neq; accipere volunt. et eorũ
quidam dando deficiunt: quandã modestie fingentes apparentiam et cautelle/abstinẽdi a rebus tur-
pibus. nam videntur quidam vel saltem aiunt ob id se sua custodire/ne cogantur aliquãdo turpe ali-
quid penuria/indigentiaq; cõmittere. et de numero eorum est ille qui cumini sector appellatur/et qui-
uis huiusmodi: qui ab exuperatione nihil dandi cuiq;: nomẽ sibi retinet. alij ob metum abstinent alie-
nis: q͛ facile non putant se aliena capere/et alios non capere sua: ideoq; nec accipere ab ipis/neq; illis
quicq; dare placet. alij rursus sunt q̃ in capiẽdo exuperãt: vndiq; et quodcũq; accipiẽtes. quales sunt
ij qui illiberalia exercent opera: vt lenones/et id genus nebulonum omnes/et feneratores/et qui dant
parua pro magnis. hi enim omnes accipiunt vnde non oportet/et quantũ non oportet. atq; hi omnes
in hoc conueniunt: q͛ omnia turpi lucro comparant/q͛q; omnes gratia lucri et huiusce quidem paruĩ
probra sustinent/et infamiam. Nam illi qui grandia vnde non oportet capiunt: ceu tyranni hostiliter
vrbes inuadentes/easq; diripientes/et spoliantes templa: non illiberales/sed improbi/sed impij/sed
iniusti potius dicuntur. ¶ Vicesimaquinta conclusio. Aleatores/fures/et latrones illiberales sunt. 26
nam hi omnes turpi in lucro versantur. omnia enim gratia questus agunt: eiusq; gratia vtriq; alea-
tores quidẽ/ac fures/latronesq; sustinent probra. nam aleatores ab amicis: quibus potius dare opor-
teret/lucrantur. et fures ipsi/ac latrones extrema pericula: questus gratia subeunt. vtriq; igitur vnde
non oportet lucrari volentes: sordido/turpiq; in lucro occupãtur. et omnis talis actus illiberalis est.
igitur huiusmodi aleatores/furesq;/ac latrones sunt illiberales. ¶ Vincesimasexta cõclusio. Non ab 27
re illiberalitas magis liberalitati contraria est: q̃ ipsa prodigalitas. Nam maius malum est illibe-
ralitas/q̃ prodigalitas. & magis illiberalitate peccant homines: q̃ prodigalitate. merito igitnr illi-
beralitas liberalitati magis contraria ponenda est: q̃ ipsa prodigalitas. Sed de liberalitate & vicijs
ipsi contrarijs: hactenus dicum sit abunde.

Cap. II.

Onsequens autem esse videtur et de magnificentia pertractare. Videtur enim 28
c et ipsa virtus quedam circa pecunias esse. non tamen sese extendit vt liberalitas
ad omẽs pecuniarios actus: sed ad sumptus tantũ ¶ Atq; in his ipis liberalita- 29
tẽ exuperat magnitudine. Nã vt ipm nomẽ subsignificat: decens fit per ipam in magni-

30 tudine sumptus. ¶ Magnitudo autē est ad aliquid. Nō enī idē sumptus triremis/ et
spectaculorū prefectū decet. decens igit᷑ est et ad ip̄m/ et in quo/ et circa que fit. Qui ve=
ro paruis in rebus/ aut mediocribus pro dignitate sumptus facit (qualis est ille q̄ dicit
Atq; ego sepe dedi peregere venientibus vltro)
non dicitur magnificus: sed is qui ī magnis. Nam magnificus quidē liberalis est. at li=
31 beralis non cōtinuo magnificus est ¶ Talis aūt habitus defectio quidem: circa decorū/
pusillitas nuncupat᷑. exuperatio vero sorditas: et circa decorū ruditas appellat᷑: et q̄t
sunt tales/ non circa que oportet exuperantes magnitudine: sed in quibus non oportet
et quēadmodum non oportet: querentes sibi splendorē/ de quibus posterius dicemus.
32 ¶ Magnificus aūt scienti similis est. Nam decorū ip̄m contemplari potest: et magnos
33 concinne facere sumptus. ¶ Ut enī in principio diximus: habitus operationibus/ et ijs
quorū est definitur. Sumptus igitur magnifici magni sunt et decētes: talia aūt & opera
sunt. sic enī magnus erit sumptus et decēs ad opus. Ut sumptu quidē opus/ opere ve=
34 ro dignus sit sumptus/ vel etiam exuperet. ¶ Atqui magnificus honestatis causa tales
35 faciet sumptus. hoc enī omibus est cōmune virtutibus ¶ Et etiam cū voluptate/ et sine
parcimonia erogando. exacta nāq; ratio ad pusillitatē nimirū attinet. Atq; potius quo=
nam pacto pulcherrimū/ maximeq; decens fuerit ip̄m opus considerabit/ q̄ quanti cō=
36 stiterit: quonā modo confectū/ q̄ per minimos fuerit sumptus ¶ Necesse est igitur ip̄m
magnificū liberalē etiā esse. Etenī liberalis sumptus faciet quos oportet/ et vt oportet.
37 in his aūt est magnū ip̄m magnifici/ vt magnitudo circa hec liberalitatis. ¶ Et ab eq̄li
sumptu magnificentius faciet opus. Non enī eadē est virtus rei que possidet᷑ et operis.
etenim illa quidem est ea que q̄plurimo precio digna est/ & preciosissima: vt aurū. opus
autem quod magnū est atq; pulchrū. talis enī operis aspectus est admirabilis. at quod
38 est magnificū est admirabile. atq; virtus operis est magnificētia in magnitudīe. ¶ Sūt
autem īpense quas dicim⁹ ipsa honorabilia: vt ea que deorū/ heroūq; causa fiunt. dedi=
cationes inq̄/ et extructiōes/ ac sacrificia/ et circa omne diuinū. Et ea que ad republicā
liberaliter fiunt: vt si aliquo in loco ludos splēdide facere oportere putāt: aut prefectu=
ras subire nauiū: aut etiā epulū plublicū exibere. atq; in vniūsis (vt diximus) et ad agē=
tem habetur respectus quisnā sit: et quas habeat facultates. digna enī his esse oportet.
39 et non solū opus: verū et ip̄m facientē decere. ¶ Quocirca pauper nō erit magnificus:
quippe cum ei non sint ea e quibus multos decore faciat sumptus. Qui vero aggredit᷑/
fatuus est. nam preter dignitatē facit et id quod oportet. id vero quod recte sese habet
40 a virtute emergit. ¶ Decent autē et eos quibus talia antecedūt aut per seipsos/ aut per
maiores/ aut per eos ad quos ipsi se referūt/ ꝓpinquitatis aliqua ratiōe. et nobiles etiā/
et gloriosos: et quotq̄t sunt huiuscemodi. Hec enī vniuersa amplitudinē habēt & digni=
tatem: maxime igitur talis est ipse magnificus: et ī talibus īpensis versatur ipsa magni=
41 ficentia/ quēadmodū diximus. et maxīe enī/ et honorabilissime sunt. ¶ Priuatarū autē
ee pertinent ad magnificū que semel fiūt: vt nuptie/ et si quid aliud tale. Et si circa aliq̄d
tota ciuitas: aut qui sunt in dignitatibus studeant: et circa hospitū susceptiones/ et mis=
siones/ et munera. nō enī ad seip̄m: sed ad publica sumptus facere magnificus solet. ip̄a
42 autem munera simile quid habent ijs que dijs dedicantur. ¶ Ad magnificū etiā ꝑtinet
et domū a se extructā (vt diuitias) decenter habere. Est enī quoddā et hec ornamentū.
et item in ijs magis operibus sumptus facere: que diuturno tēpore persistere possunt.
43 hec enim sunt maxime pulchra. ¶ Atq; in singulis decorū ip̄m seruare. Non enī eadem
dijs/ et hominibus/ et ad templum/ atq; sepulchrū accōmodantur. est autem vnusquisq;
sumptus magnifici suo in genere magnus. et magnificētissimus quidē is est/ qui est ma=
gnus in magno. hic autem is qui est in his magnus. Et differt magnū quod est in ope=
a magno quod est in sumptu. pila nāq; pulcherrima: aut pulcherrimus vrceus/ puerilis
quidem muneris magnificentiā habet: preciū aūt eius pusillū est/ atq; illiberale. Qua=
propter magnifici est quocūq; in genere faciat: magnifice facere. tale namq; neq; facile
superari potest: et sese habet vt sumpt⁹ dignitas postulat. talis est igit᷑ ip̄e magnificus.
44 ¶ Is autem qui exuperat atq; sordidus/ sumpt⁹ faciēdo vltra id quod oportet/ exupe=
rat: vt dictū est. Nam paruis in rebus multa consumit/ et splendorem incōcinne captat:

nunc iis qui pecunias cõferunt ad conuiuia sibi paranda nuptiali apparatu epulũ prebens: nunc subministrans comedis/ exibens in eorũ transitu purpurã. vt facere Megarenses consueuerunt: et omnia talia non honestatis/ sed ostentationis diuitiarum causa facit/ et vt admiratione propter hec (vt putat) afficiatur. Atq; vbi quidem multos facere sumptus oportet: paruos facit/ vbi vero opus est paruis: magnos. Pusillus autem in decoro circa vniuersa deficit. et maximis factis sumptibus in paruo perdit decorum. et quicquid facit/ tarde/ differendoq; facit. Consideratq; quonam pacto q̃ minimos faciat sumptus. et etiam queritur: cunctaq; maiora q̃ oportet se facere putat. Sunt igitur hi duo habitus vicia quidem. non tamen afferunt probra: propterea ꝙ neq; detrimento sunt alijs: neq; nimium sunt deformes.

¶ Secundi capitis note. ¶ Triremis: nauis tris ordines remorũ habens ¶ Prefectus: cui totũ moderationis publicũ onus cõmissum est/ totaq; autoritas ¶ Q; sumptus ipse opere dignus esse debeat vel etiã opus sumptũ superare in magnifica regie solis descriptione: notauit Ouidius. *[Ouidius]*

Regia solis erat sublimibus alta colũnis
Clara micante auro/ flammasq; imitante pyropo.
Cuius ebur nitidum fastidia summa tegebat.
Argenti bifores radiabant lumine value.
Materiam superabat opus.

¶ Semel/ admodũ raro: vt cũ nuptie celebrantur/ aut aliquid simile: vt quis nouã dignitatem init/ aut in aliqua litteraria professione comes asciscitur/ et talia huiusmodi. ¶ Magnificus is in magno magnus est: qui in opere magno magnos sumptus facit/ singulis ijs quibus accommodantur in magnitudine respondentibus ¶ Pila/ spherula lusoria. ¶ Urceus/ vas quo aqua in vrnam funditur ¶ Histrio/ mimus qui aliorum dicta/ factaue sine reuerẽtia imitatur/ ac fingit. ¶ Comedus qui comedias in scena representat. ¶ Megara vrbs media inter Peloponesum/ atticam/ et Boetiam sita: a qua dicti sunt Megarenses. ¶ Hic de magnificentia proseqtur Aristoteles que circa sũptuũ magnitudies mediocritatẽ seruat ad duo potissimũ se extendẽs: ad dei cultũ/ et ad rẽpublicam. ad dei quidem cultũ magnifica sacrificia/ magnificas sanctorũ edes (que toto visuntur in orbe) hec preparat virtus. ad rem vero publicam magnifica offerũtur munera/ magnifica celebrãtur conuiuia/ magnifici ludi/ magnifice vrbes/ magnifica ad rei publice moderamẽ erigũtur palatia et magnifice ad locorũ tuitionem extructe reperiũtur arces. hinc illud magnificũ Sydonie Didonis ad Eneam conuiuium inducit Uirgilius. *[Uirgilius]*

[Dido] Quinquaginta intus famule quibus ordine longo
[Eneas] Cura penũ struere/ et flammis adolere penates.
Centum alie/ totidẽq; pares etate ministri
Qui dapibus mensas onerant/ et pocula ponũt
Necnon et Tyrij per limina leta frequentes
Cõuenere: thoris iussi discũbere pictis.
Mirantur dona Enee/ mirantur Julum
Flagrãtisq; dei vultus/ simulataq; verba
Palamq; et picto croceum velamen achanto.

[Salomon] Sed si verum magnificum desideratis sacre littere vobis dabunt/ Salomonem scilicet magnificum dei templum extruentem: vbi in dies oneribus portandis septuaginta milia virorũ occupata desudabant/ et octoginta milia latomorũ operi insistebant. in quo peracto non solũ solennem hecatomben: sed et onium et boum innumeram/ multitudinem deo victimas obtulit. vbi clamat ad deum si enim celi celorum te capere nõ possunt: quanto magis domus hec quam edificaui tibi. bene enim maximis virtutibus vtitur: qui ad maxima et natura dignissima totam intentionem suam conuertit. nihil enim in hoc sensibili mundo preter animũ et virtutes magnum esse putetis: hec enĩ virtus summopere claros/ principesq; decet: sed qui sapientũ sint similes. quod exemplo Alexander Macedo prodidit. *[Alexander]* Cũ enĩ dimocrates Architectus peritissimus illi polliceretur in magnificẽtie sue argumentũ mõtem Athon in virilem statuam se formaturũ: cuius leua/ vrbis amplissima menia sustentaret/ dextera vero pateram teneret/ que montis flumina receptaret/ profundaretq; in mare: magnificum profecto et immortali memoria Alexandri opus dignum: quesiuit tum Alexander essent ne agri. qui re frumentaria ciuitatem alerent. *[Dimocrates]* cum respondisset Dimocrates subuectionibus marinis opus esse: subiunxit Alexander iudicium suum de ciuitate faciunda non esse probandum. Itaq; exemplo est Alexãder/ magnificũ opus: non esse nisi a sapiente viro tentandũ. ¶ Huic preclarissime virtuti duo vicia sorditas/ et pusillitas opponũtur. Sorditas. *[Plinius]* Cui non auditum est sordidum Cleopatre Egypti regine obsonium *[Cleopatra]* que Antonio magnificentiam suam astruere volens: dixit se vna cena centies sestertiũ absumpturã/ *[Antonius]* quod cupiebat cognoscere Antonius. nam id fieri posse non arbitrabatur/ et proinde id negabat: illa *[Plancus]* vero confirmabat. et sponsiones facte sunt/ delectusq; L. Plancus sponsionis iudex. postero autem die iudicium expectabatur/ magnificaq; cena. Sed Cleopatra quotidianam Antonio apposuit irridenti/ computationemq; postulanti. at illa taxationem confirmans se solam et in cena centies sestertium cenaturam dixit. duo fuere maximi vniones per omne euum. vtrumq; possedit Cleopatra per manus orientis regum sibi traditos. itaq; inferri secũdam mensam iussit. et ex precepto/ ministri vnũ tantum vas ante eam posuere aceti: cuius asperitas/ visq;: in tabem margaritas resoluit. gerebatq; tum auribus maxime singulare illud et vere vnicum nature opus: itaq; spectante Antonio quidnam esset actura: detractũ alterũ mersit in aceto/ ac liquefactũ obsorbuit. iiecitq; alteri manũ L. Plancus

iudex sponsionis eius (eum quoq; paranti simili modo absumere) victū Antonium pronunciauit ho-
mine quidem irato. Plinius. id sordidū est Cleopatre cōuiuiū: quo vno morsu vnius regni absumpsit
opes. Itaq; euenit vt multi sint sordidi/ multiq; pusilli: pauci vero euadant magnifici.
¶ Secundū cap. quindecim cōclusionibus/ vna diffinitione/ et vno correlario partitū est.
28 Secundi Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima cōclusio. De magnificentia cōsequēter discu-
tere consentaneū esse videtur. Hoc enī ideo est: q̄ magnificentia quedā virtus est circa pecunias vt et
liberalitas. attamen nō ita ad omēs res pecuniarias vt liberalitas se diffundit: sed ad sumptus solū.
29 ¶ Secunda cōclusio. In sumptibus ipsis magnificentia: cōmunē magnitudine superat liberalitatē.
30 Nam vt ipm nomē designat: in ea decēs fit in magnitudie sumptus ¶ Tertia ɔclo. Decens sumptus:
et ad ipm qui facit/ et in quo/ et circa que fit attendi debet. Nam sumptuū magnitudo ad aliquid est.
non enim idem sumptus decet prefectū triremis/ ⁊ spectaculorum prefectū. est igitur decens sumptus
et ad ipm/ et circa que fit: attēdēdus. et qui in paruis rebus aut mediocribus/ sumptus pro dignitate
facit: qualis ille fingitur qui ita dicit.
Atq; ego sepe dedi peregre venientibus vltro.
Non dicitur magnificus: sed solū ille qui in magnis. nā etsi magnificus omnis/ liberalis est: nō tamē
31 continuo contra efficitur: vt omis liberalis sit ⁊ magnificus ¶ Diffinitio. Pusillitas/ paruificētiaq;
atq; modicitas dicitur: circa hmōi magnificos sumptus/ defectus. et exuperatio noiatur sorditas/
circaq; decorū ruditas. sed quot modis sunt tales exuperantes magnitudine: non circa que oportet/
sed in quibus non oportet/ et quēadmodum nō oportet/ splendorem sibi conquirentes: adhuc posterior
32 futurus est sermo. ¶ Quarta cōclusio. Magnificus scienti ꝓsimilis est. Nam quid decens/ quidq; de-
33 corum sit intelligit: et magnos sumptus pro dignitate/ atq; vt cōuenit facit. ¶ Quinta cōclusio. Ma-
gnifici opera magna sunt/ et decentia. Nā vt prius notū factū est: habitus opatiōibus determinat̄/ et
ijs quorū est habitus. at magnifici habitus magnus est atq; decens/ ⁊ sumptus magni atq; decentes.
talia igit̄ sunt et eius opa. sic enī sumptū magnū esse oportet: vt cōueniat operi/ vt et opus ipm sumptu
34 dignū sit/ et sumptus ipse opere dignus/ vel etiā opus: sumptus exuperet ¶ Sexta cōclusio. Magni-
ficus magnos sumptus/ honestatis facit gratia. Nam honestatis gratia agere: cōmune oibus virtuti-
35 bus est. ¶ Septima cōclō. Eosdē item faciet et cū voluptate/ et sine parcimonia. Cū voluptate agere
cōmune est omnibus virtutib⁹. q̄ aūt sine parcimonia/ ideo est: q̄ exacta sumptuū ratio/ supputatiōisq;
36 diligētia/ ad pusillitatē potius pertinet. verū ipe magnificus magis cogitabit/ queadmodū pulcher-
rimū/ decētissimūq; fiat opus/ q̄ quāti cōstet/ et q̄ in eo cōficiēdo sumptus faciat q̄minimos ¶ Octaua
cōclusio. Ut magnificus in suis agendis liberalis sit: oportet. Nā liberalis et in magnis ⁊ in paruis:
sumptus facit quos oportet/ et vt oportet. et quod in sumptibus magnū est: ipius magnifici est. at hu-
iusmodi circa sumptus decens magnitudo: sine liberalitate non est. in suis igit̄ agendis magnificus:
37 liberalis est ¶ Nona cōclusio. A sumptuū equalitate: magnificus/ magnificētius parat opus. Nā nō
eadem est virtus possessionis et operis: sed possessionis virtus est: que curat vt ea cōparet̄ possessio/ que
plurimi digna/ multoq; precio est: vt aurū. et virtus operis est: que curat vt ipm magnū sit/ atq; deco-
rum. sic enī admiratiōe sui trahit aspectus. et quod magnificū est. admirabile est. et hmōi opis in ma-
gnitudine admirabilis: magnificētia virtus est. nihil mirū igit̄ si magnificus/ habēs magnifici ope-
38 ris virtutē: ab equalitate sumptus magnificētius ceteris parat opus ¶ Decima cōclusio. In omnibus
ad magnificentiā pertinentibus: respectus ad ipm agentē habēdus est/ quis nā ipe sit/ et quibus pre-
ditus facultatibus. Nā quosdā sumptus honorificos esse dicimus: vt in rebus que diuinorū numinū
causa fiunt: qualia sunt dedicationes/ delubrorū extructiones/ et sacrificia. et omnino circa rem oēm
diuinā/ et publicā: magnificētia est. vt si quo in loco ludi publici sunt magnifice instaurandi/ aut pre-
fecture nauiū suscipiende/ ant publicū epulū exibendū et in his omnibus/ et reliquis vt et iam etiā di-
ctum est: ipius agentis ratio habenda est/ quis sit/ et quas habeat erogādi facultates. nā opera digna
facultatibus/ illisq; respondētia esse oportet: et nō solum opus dignū esse sat est: sed et oportet ipm fa-
39 cientē esse decentē. ¶ Correlariū. Quapropter pauperi non incūbit esse magnificū. Nam nō ei ee sup-
petunt facultates ex quibus magnos pro dignitate/ atq; decentia: faciat sumptus. q̄ si quis paup̄/ talē
aggreditur ꝓuinciā: merito fatuus/ despiēsq; reputetur. nā preter dignitatē/ atq; decentiā id aggre-
40 ditur. at vero quod recte tentandū est: a virtute ꝓficiscitur. ¶ Undecima cōclusio. Magnifica aggre-
di opera eos decet: qui ex antecessorib⁹ tales facultates acceperūt/ aut per seipos/ aut per suos maio-
res/ aut eos ad quos se aliqua sanguinis ꝓpinquitate referunt/ id possunt: et summati nobiles / et glo-
riosos et eiusmodi quotquot sunt omēs. Nam hi omnes amplitudinē habent/ et dignitatē sufficientē.
igitur maxīe decet talē quēcūq;/ esse magnificū. in talib; enī ipensis quas ipi facere possūt: maxīe (vt
41 dicū est) magnificētia versat̄. sunt enī maxīe/ atq; honorificētissime. ¶ Duodecima ɔclo. In priuatis
rebus semel instar magnifici: magnos sumptus facere expedit. vt cū fiūt nuptie/ aut aliqd tale: itē cū
totaaliqua ciuitas circa aliqd studeat/ aut qui honores sunt adepti/ et eū quid simile fit: circa hospitū
susceptiones/ retributiones/ et munerationes. nā magnificus nō ad seipm magnificus est: sed ad pu-
42 blica/ sumptus facere solet. et magnifici munera simile aliquid habēt ijs que deo sacrant̄. ¶ Decima-
tertia ɔclusio. Magnifici est etiā domū sibi cōstructā habere/ suis diuitijs congruentē. et in ijs magis
sumptus facere que diutius facta ꝑmanere possunt. nā domus ꝑclare cōstructa ornamēto est. et omnia
43 que diuturniore tēpore ꝑsistere possunt: optima sunt. ¶ Decimaquarta ɔclo. Magnificus in singulis
dignitatē/ decorūq; ipm seruat. Nā non eadē dijs/ hoibus/ tēploq; et sepulchro: accōmodari debet. sed
vnusquisq; magnifici actus: in suo genere magnus est. et longe oim magnificentissimus is est: qui in
magno magnus est. reliquus aūt magnificus est: q̄ in alijs vtcūq; magnus est. et differt magnū illud
quod est in opere: et magnum quod est in sumptu. nam pulcherrima pila/ aut pulcherrimus vrceolus:
magnū habet in opere/ et ad puerile donū magnificentiā. sumptus aūt ⁊ preciū exiguolū est/ et illibe-
rales. magnificus igitur quocūq; in genere magnifice agit/ et dignitatē seruat. qui enī talis est non

facile superari potest: et in singulis sese habet vt sumptus dignitatis postulat. ex ijs itaqꝫ satis licet
qualis magnificus sit/agnoscere. ¶ Decimaquinta cõclusio. Circa decorũ ruditas/et pusillitas duo 44
hi habitus vicia sunt: sed suis autoribus haud multũ ꝓbra afferũt. Nã is qui circa magnos sumptus
excedit: sordidus est/sumptus faciendo: vltra id quod dignũ est/atqꝫ oportet: exuperans/quẽadmodũ
pretactũ est. nã paruis in rebus/sumptũ grandẽ copiã cõsumit/et splẽdorẽ cõtra decentiã captat: nũc
ijs (qui ipm in ꝯuiuiis recipiẽtes aliquid pecuniarũ expenderũt) nuptiali quodã apparatu epulũ pre-
bens/nũc histrionibus/atqꝫ comedis sordide tribuẽs: et in eorũ trãsitu purpurã substernẽs vt et Me-
garenses facere cõsueuerũt. et omia hec nõ honestatis/sed ostentatiõis diuitiarũ gratia facit: et vt ea
ipsa faciendo: hoies (quẽadmodũ sua fert opinio) ad admirationẽ sui trahat/alliciatqꝫ. atqꝫ vbi mul-
tos sũptus facere deceret: paucos quidẽ facit. vbi vero paruis opus est: tũ facit ipe magnos. Et pu-
sillus in oibus deficit. ⁊ in maximis sũptibus ꝓpter (nescio quid paruũ) ꝑdit decorũ. et quicquid agit:
tardus est/atqꝫ differens/morasqꝫ prorogans: semper in aimo versans quonam modo in eo quod pa-
rat/q̃ minimũ expendat. et hoc ipm cũ querelis agit/cũctaqꝫ maiorẽ q̃ oporteat sumptũ se facere pu-
tat. sunt igitur hi duo habitus vicia: et cũ alijs detrimẽto nõ sint/ neqꝫ nimiũ sint deformes: aut multũ
suis autoribus probra afferre equũ est. Et de magnificẽtia/eiusqꝫ oppositis vicijs hactenus.

Cap. III.

Agnanimitas autem circa magna quidem: vel ex ipso nomine versari videtur. 45
m circa que vero versatur/primũ accipiamus oportet. Atqꝫ nihil refert: siue habi-
tum ipsum/siue eũ cõsideremus qui habitũ habet. videtur itaqꝫ magnanimus
is esse: qui magnis est dignus/et dignũ sese magnis esse censet. qui nãqꝫ nõ pro dignita-
te hoc facit: stolidus est. at eorũ qui prediti sunt virtute/ nemo demens/ nemo stolidus
est. is igitur quẽ diximus: magnanimus est. ¶ Qui namqꝫ parua meret: et hisce dignũ 46
seipsum censet: modestus quidẽ/at non magnanimus est. magnanimitas eni in magni-
tudine: sicut et pulchritudo corpore in magno cõsistit: parui vero vrbani quidem sunt/
et membris appositi: sed nõ pulchri. ¶ Js aũt qui est indignus: et magnis dignũ seipm 47
censet/est lentus. Non est autem omnis lentus: qui maioribus q̃ meretur dignũ seipm
censet. At is qui se dignũ minoribus q̃ dignũ sit cẽset: pusillanimus est. siue magna/si-
ue mediocria mereatur: siue parua quidẽ/ minoribus vero seipm dignũ esse existimet.
at maxime videbitur is qui magnis est dign⁹. quid eni faceret: si tãtis nõ esset dignus?
¶ Est igitur ipse magnanimus: magnitudine quidem extremus/ratione aũt eius quod 48
oportet medius. dignũ eni eo seipm censet/quod ad dignitatẽ suã accõmodat. Jlli ve-
ro exuperãt: et deficiunt/ꝙ si magnis se dignũ censeat: et sit dignus/ et maxie maximis.
¶ Circa vnũ: maxime versabit ipse. Dignitas aũt ad externa dicit bona. maximũ vero 49
id asseuerant omnes esse: quod dijs ipsis tribuimus/⁊ quod maxime homines qui sunt
in dignitate: affectant/ quodqꝫ dari premiũ ob res pulcherrimas solet. tale autẽ est ipse
honor. hoc est eni bonorũ maximũ: sed externorũ. circa igit honores ⁊ inhonoratiões:
magnanimus vt oportet versat. ¶ Et sine etiã ratione: magnanimi circa honores esse
videntur. viri namqꝫ magni: maxime seipsos dignos esse honore pro dignitate censent.
Sed pusillanimus/deficit tam ad seipm: q̃ ad ipsius magnanimi dignitatẽ. Lentus aũt
respectu quidẽ sui exuperat. nõ tamen ipm magnanimũ. ¶ Atqui magnanim⁹ ipse/ cũ 50
sit maximis dignus: fuerit optimus sane. Melior eni: maiora semp meret/et optimus:
maxima. ¶ Eũ ergo qui vere magni est animi: bonũ esse oportet. Atqꝫ magnanimi vi- 51
debitur id esse: quod est i vnaquaqꝫ virtute magnũ. nulloqꝫ pacto magnanimo cõpetit:
aggresso ꝑicula fugã ob timorẽ arripere: aut iniuriã facere. gratia nãqꝫ cui⁹ is aget tur-
pia: cui nihil est magnũ? singula vero cõsiderãti magnanim⁹/ si nõ sit bonus: ridiculus
omnino videbitur. nec etiã dign⁹ erit honore: si prauus sit. quippe cũ honor premium
sit virtutis/ac bonis hominibus tribuatur. ¶ Videt igitur ipsa magnitudo animi: tãq̃ 52
ornamentũ quoddã esse virtutũ. Nã maiores efficit ipsas: et sine illis ipsa non fit. quã-
obrem difficile est vere magnanimũ esse. nõ eni esse potest/si nõ ois ꝓbitas assit ¶ Ma- 53
gnitudo igit animi: maxie circa honores et inhonorationes versat. Atqꝫ magnanimus
pro iis quidẽ honoribus q̇ et magni sunt: et a studiosis hoibus offerũtur/ moderate le-
tabitur/tãq̃ accõmodatos sibi: vel minores etiã adipiscẽs. virtute eni accumulata: nul-
lus dign⁹ honor fieri potest. acceptabit tamẽ: q2 maiora nequeũt exhiberi. Sed eos ho-
nores quos q̇uis hoies ⁊ paruis tribuũt: paruipẽdet omino. nõ est eni his dignus. Si-
militer et id qđ est honori cõtrariũ: non eni iure fuerit circa ipm. vt igit dictũ est/vir ma-
gnanimus: maxime circa honores versat. ¶ Et circa tamen diuitias/ et potestatem/et 54

omnem prosperitatem: aduersitatemq; fortune/ quocūq; euenerit modo: moderate sese
habebit. Et neq; vehementer in prosperitate letabitur : neq; nimiū in aduersitate dole=
bit. neq; enim circa honorem ita sese habet: qui quidē maximū bonū est. ¶ Potestates
enim diuitieq; ꝓpter honorem expetūtur. itaq; qui hec habent: per ipsa honoribus affi=
ci volūt. cui igitur et honor est paruū: huic et cetera parua sunt. quapropter ipi magna=
55 nimi: contēptores esse videntur. ¶ Uidentur autē et prosperitates fortune: ad magna=
nimitatē cōducere. Nobiles enī ⁊ ij qui sunt in potestatibus cōstituti/ vel diuites: digni
censentur honore. ¶ In excellentia namq; cōsistunt. atq; omne bonū quod excellit: di=
gnum est magis honore. quapropter et talia: magis magnanimos faciūt. ¶ A quibus=
dam enim honorātur: re autem vera/ solus bonus est honorabilis. atq; ij quidē quibus
56 insunt ambo: digni magis honore censentur. ¶ Qui vero sine virtute talia bona habēt:
ij non iure seipsos dignos magnis honoribus censent: neq; magnanimi recte dicuntur.
Non enim sunt hec: sine accumulata virtute. contēptores autē/ petulantesq; fiunt. non
est enim facile: sine virtute moderate res ferre secundas. Atq; cū equabiliter ferre non
possint/ putentq; se ceteris antecellere: illos quidem despiciunt. ¶ Ipsi vero quicquid
contigerit/ agunt. imitantur enim magnanimum: etsi similes ei non sunt. idq; faciunt in
quibus possunt. ¶ Ea igitur que a virtute proficiscūtur: non agunt. Despiciunt autem
57 ceteros. sed magnanim⁹ iure despicit. opinat enī vere. vulgus aūt vt cōtingit ¶ Nō aūt
parua pericula subit: nec periculorū est cupidus/ ꝓpterea ꝙ res paucas multifacit. sed
subit magna. atq; cū in periculo versatur: vite sue nō parcit/ quasi non sit dignū omino
58 viuere. ¶ Est etiam talis: vt beneficia cōferat. Et pudeat ipsum : si suscipiat beneficia.
Illud enī superioris est: hoc inferioris. et in retribuendo: maiora beneficia cōferat. hoc
59 enim pacto debitor insuper fiet is: qui primus cōtulit/ atq; suscipiet beneficiū. ¶ Uide=
tur etiam et eorū quidē meminisse: in quos beneficia cōtulit. eorū autem non meminisse
a quibus ipse suscepit. Est enim is qui suscepit: inferior eo qui cōtulit beneficiū. ipse ve=
ro vult superior esse. et cū voluptate quidē audit ea que contulit : sine autem voluptate
ea que ipse accepit. Quapropter et Thetis non enarrat bńficia Joui/ nec Atheniēsibus
60 Lacedemonij que contulerūt in illos: sed que susceperunt ab illis. ¶ Est etiam magna=
nimi: neminis/ aut vix indigere. subministrare autem: prompte. Et ad eos quidem ho=
mines qui in dignitate sunt constituti: ꝓsperitatibusq; vtuntur fortune/ magnū esse/ ad
medios autem mediocrem. Illos enim superare : difficile est et gloriosum/ hos autem
facile. et inter illos quidem gloriari: nō est ingenerosum. inter humiles autē est impor=
61 tunum: quemadmodum viribus contra imbecillos contendere. ¶ Est etiam magnani=
mi: non adire ea que afficiuntur honore/ et vbi alij primas occupant partes. et ociosum
esse ac tardum: nisi vbi magnus est honos/ vel opus et paucas quidem agēdas res ag=
62 gredi: magnas autem et preclaras ¶ Necesse est etiam palam ipsum: tam odisse/ ꝙ etiā
63 amare. quippe cū metuētis sit occultare ¶ Et magis ipsi cure veritatē/ ꝙ opinionē esse:
et aperta loqui ac agere/ est enī hoc cōtēptoris. quaprop vtit libertate. est enī et liber=
tate vtentis. Quapropter contēptor est/ et etiā verax: nisi dissimulatiōe vtatur: qua qui=
dem ad multitudinem vtitur. et non posse ad alium viuere nisi ad solum amicū: est enim
seruile. Quapropter et omnes adulatores seruiles sunt: et omnes humiles adulatores.
64 ¶ Nec est procliuis ad admirandum. Nihil enim apud ipsum est magnum nec est sibi
mali memor illati. non est enī magnanimi meminisse presertim mala: sed potius despi=
65 cere. ¶ Nec de homibus loquit. Etenī neq; de seipso: neq; de alio dicet. nec enī vt lau=
66 detur ipse: nec vt alij repħendātur: est ipi cure. ¶ Nec rursus est laudator. Iccirco nec
67 maledicus/ ne in inimicos quidē: nisi ob contumeliā. ¶ De necessarijs pterea rebus vel
paruis: minime est q̄rulus/ et ad precādum ꝓcliuis. est enī studētis: circa hec ita sese ha=
68 bere. ¶ Est etiā talis: vt res magis pulchras/ sineq; fructu: ꝙ fructuosas/ vtilesq; possi=
69 deat. Est enī magis sufficiētis. ¶ Insup ipius magnanimi: motus tardus esse videt/ et
vox grauis/ ⁊ locutio tarda. Non enī ꝓperat is: qui circa pauca studet. nec est vehemēs
qui nihil existimat magnū. Acumē aūt vocis et celeritas: ꝓpter hec ipa fieri solēt. talis
70 est igitur ipe magnanim⁹ ¶ Is aūt qui deficit: pusillanimus est/ q̄ vero exuperat: elatus.
Nec igitur hi mali esse videntur: quippe cum mala nō faciant: sed aberrare. Pusillani=
mus enim meretur quidem bona: ijs tamē seipsum priuat quibus est dignus. atq; malū

quoddam habere videntur: quia bonis seipsum dignũ non censet/ et seipsum ignorare.
Appeteret enĩ ea q̃bus est dignus/ cũ sint bona. nõ tamẽ stolidi tales homĩes: sed pigri
potius esse videnť. Talis autẽ opinatio videť et deteriores ipsos efficere. singuli nãq;
appetunt ea/ quibus sunt digni. Demouent sese et a preclaris actibus et officijs quasi
sint indigni: et a bonis externis simili modo. At lenti: stolidi sunt/ et seipsos ignorant: et
etiam clare. Nam quasi sint digni: res eas aggrediũtur que honorantur. deinde redar-
guuntur. Vestituq; se/ et gestu/ et similibus ornant. et ꝓsperitates suas manifestas esse
volunt. de ipsisq; etiam dicunt: vt ob ipsa afficiantur honore. ¶ Magnitudini autem 71
animi: pusillanimitas opponitur magis q̃ lentudo. Fit enim magis: et peior est. Ma-
gnitudo igitur animi/ circa honorem (vt diximus) magnum versatur.

¶ Tertij capitis note. ¶ Officia que hic ponũtur de magnanimo: ponũtur quatenus magnanimus
est. Itidem et in alijs. ¶ Pulchritudo est in magno corpore: appositis/ decentibusq; membris elegã-
tia forme. ¶ Appositis/ decentibus/ aptis ¶ Lentus/ tumens/ inflatus opinione sui/ superbus. ¶ Ni-
hil prohibet eum qui se paruo dignũ existimat: maiori q̃ ipse meretur se dignũ existimare. et is non
proprie lentus dicitur. ¶ Lentus superat quo ad se: quia cũ indignus est dignum se putans honorẽ
querit. sed non superat magnanimũ etiam dignitatis opinione: ꝙ magnanimus se vero et magno ho-
nore dignum censet/ et longe quidẽ maiore: q̃ lenti ferat opinio/ assurgatq; eius cogitatus. ¶ Animi
magnitudo/ magnanimitas ¶ Non putetur magnanimus ingratus si a quibus beneficia fortune su-
sceperit non cogitet. nam a nullis mortaliũ accipit/ quos eis maiora impendendo non relinquat debi-
tores. non itaq; ingratus est: qui plusq̃ gratiam reddidit. et magna bona cogitat magnanimus/ in
Ouidius illorumq; cogitatibus gaudet. ¶ Hercules quando fatalibus flammis exuritur sua memoranda fa-
cta reuocat in mentem: quem eo in loco poete fingunt magnanimũ. vt apud Ouidium.

Ergo ego fedantem peregrino templa cruore
Busyrim domui: seuoq; alimenta parentis
Antheo eripui. nec me pastoris Hiberi
Forma triplex/ non forma triplex tua Cerbere mouit.
Vos ne manus validi pressistis cornua tauri:
Vestrum opus Helis habet/ vestrum Stymphalides vnde.
Partheniũq; nemus. vestra virtute relatus
Termodoontiaco celatus baltheus auro.
Pomaq; ab insomni non custodita dracone
Nec mihi centauri potuere resistere. nec mi
Arcadie vastator aper. nec profuit hydre
Crescere per damnũ/ geminasq; resumere vires
Quid: cum thracis equos humano sanguine pingues
Plenaq; corporibus laceris presepia vidi/
Visaq; deieci: dominũq;/ ipsosq; peremi.
His elisa iacet moles Nemea lacertis.
His Cacus horrendum Tiberino gurgite monstrum.
Hac celum ceruice tuli. defessa iubendo est
Seua Iouis coniunx: ego sum indefessus agendo.
Arboribus cesis quas ardua gesserat Ethe
Inq; pyram structis: arcum/ pharetramq; capacem
Ferre iubes Peante satum/ quo flamma ministro
Subdita: dumq; auidis comprenditur ignibus agger
Congeriem silue Nemeo vellere summam
Sternis/ et imposita claue ceruice recumbis
Haud alio vultu/ q̃ si conuiua Iaceres
Inter plena meri redimitus pocula sertis.
Iamq; valens et in omne latus diffusa sonabat
Securosq; artus/ contemptoremq; petebat.
Flamma suum. Sic poete magnanimum inducunt sua facta memorantem/ contemptoremq; mortis

¶ Humilis/ abiectus. et in malam partem accipitur. In sacris autem litteris plerumq; contra in bo-
nam partem: vt magnanimitatis speciem exprimit ¶ Mali/ noxij. ¶ Prosequitur Aristoteles de ma-
gnanimitate que virtus est qua honorem aut inhonorationem: fortunam cum prosperam tum aduer-
sam moderate ferre possumus. hec virtus in prosperis rebus humilitatem habet: qua terrenos hono-
res/ et omnia caduca propter celestia calcat/ ad eterna suspirat/ et ad illa sese humiliat et solo eorum
desiderio languet/ vritur/ inflammatur. cupitq; animus resolutis corporeis clausuris ad illa transuo
lare. In aduersis patientia comitatur qua tribulationes huius mundi nihilipendit. sit enim aduersi-
tatum mundanarum procellas condignas non esse ad futuram vitam que patienter expectatur. scit
etiam qui flent in hoc mundo: in altero expectare gaudiũ/ et qui propter iusticiam persecutionem pa-
tiuntur: illis beatitudinem/ promissum esse premiũ. et revera hi vere sunt magnanimi de quibus sacre
Socrates littere dicunt: hi sunt quos habuimus inderisum ⁊ quibus dignus non erat mũdus. Et Socrates in-
ter philosophos in similitudinẽ magnanimorũ venit. paup enĩ semp fuit/ pedibus nudis incedẽs/ sor-
Diogenes dido palliolo contẽtus/ honores et omĩa terrena cõtemnẽs. Et Diogenes Synopeus: qui palatijs re-

gum spretis dolium sibi domum delegit de quo Juuenalis. Juuenalis
Sensit Alexander testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem: quantum felicior hic qui
Nil cuperet: q̃ qui totum sibi posceret orbem.
¶ Anaxagoras Classomeniꝰ posteris philosophie studio desudātibꝰ: sue magnanimitatis reliq̇t exē= Anaxagoras.
plū/ qui cū magnanimo spiritu amplū patrimoniū suis spōte cōcessisset/ et interrogaret̄ ne sibi patrie
cura esset: imo inquit maxima digito celū intendēs. Chilo et Periander ad magnanimitatē hortant̄: Chilo
et quecunq; contingunt equo animo ferenda/ neq; nos secunda fortuna efferri/ neq; in aduersa fortu= Periander.
na prudentiā deserere. Et cū magnanimitas ab animo sit dicta: maxime deceret eos eē magnanimos:
qui animū colunt/ sunt autē ij maxime qui studia sequuntur litterarū. quod fieret profecto maxime ex
studio philosophie: si vbiq; recta contingeret eruditio. hec virtus tumiditatē et pusillanimitatē habet
contrarias. Tumiditas. Hanibal a Scipione victus cōfugit ad Antiochū apud Ephesū: et Scipio Hanibal
ad Antiochū a romanis mittit̄ legatꝰ. itaq; euentu simul cōueniūt Hanibal et Scipio. et cū ambulan= Scipio
do Hanibal digniorē locū sibi arrogasset: equo animo tulit Scipio/ et habito inter deambulandum de Antiochus
prestantia ducum sermone: interroganti Scipioni quis sibi maximꝰ ducū videret̄/ respondit Penus: Alexander
Alexandrum regem. sciscitanti quē secundū poneret: respondit Pyrrhū Epyrotarū regē. et cur ita: Pyrrhus
causas adduxit. sciscitanti rursus quē tertiū: ꝓculdubio seipsū inquit/ obortoq; risu Africanus adie=
cit: q̃ maximi te faceres/ et quo te loco dignū duceres Hanibal: si vti ego superior euasisses. tū ille nō
solum etatis huius/ sed oīm superiorū tempoꝝ/ gentiūq;/ ac nationū imperatoribꝰ: anteferendū iudi=
carē. tū maiore cachinno: eius ꝓsecuta est tumiditas: que rebꝰ desperatis stolida corda humiliari non
sinit. nec īmerito. facile enī irrident̄: qui seipos/ fortunāq; suā ignorāt. Et Sesoostris rex Egypti tā= Sesoostris.
ta lentitudine tumuit/ tāq; elato fuit animo: vt quotannis sorte reges e suis subditis delectos: currui
suo ad triūphandū: non equos/ aut elephātos adiūgeret/ et se regē regū/ et dominū dominātiū appel=
lari faceret. sed Scipio et Augustus/ longe alio et laudabiliori fuerūt animo: q̇ se dominos a populo Scipio
appellari noluerūt/ ꝙ dominꝰ cognomētū dei esset. Hinc Augustꝰ patrē patrie cognomē meruit. et hec Augustus
tumiditatis ꝓcella plerūq; tentare solet illos: qui a proauorum ingenua nobilitate degenerarunt. aut
quos ex humili loco in altū fortuna suflat: quos stomachatus Satyricus reprehendit. Juuenalis
Malo pater tibi sit Tersites dum modo tu sis
Eacide similis/ vulcaniaq; arma capescas:
Q̃ te Tersite similem producat Achilles.
Et tamen vt longe repetas/ longeq; reuoluas
Nomen: ab infami gentem deducis asyllo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit/ aut aliud quod dicere nolo. **Et Horatius hunc in eos effinxit apologon** **Horatius**
Absentis rane pulli. vituli pede pressus
Unus vbi effugit. matri denarrat: vt ingens
Belua cognatos illiserit. illa rogare
Tanta ne nunc tandem suflans/ si magna fuisset.
Maior dimidio. non tanto: cum magis atq;
Se magis inflaret: non te si rumperis inquit:
Par eris.
Ita quoq; tumidi rumpi possunt: equare autē magnanimū nunq̃ possunt. quos iterū Juuenalis acri= Juuenalis
ter mordet/ pariter atq; docet.
Blande tumes alto Drusorum sanguine: tanq̃
Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses.
Uos humiles (inquis) vulgi pars vltima nostri.
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.
Ast ego Cecropidas. verum id tibi dicitur: at tu
Nil nisi Cicropides/ truncoq; simillimus herne
Nullo quippe alio vincis discrimine: q̃ ꝙ
Illi marmoreum caput est: tua viuit imago
Dic michi Teucrorum proles: animalia muta
Quis generosa putet nisi fortia: nempe volucrem/
Sic laudamus equum/ facili quo plurima palma
Feruet/ et exultat rauco victoria circo
Ergo vt meremur te non tua. primū aliquid da.
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna. sed te censeri laude tuorum
Ipse ego noluerim: sic vt nichil ipse future
Laudis agas. miserum est aliene incumbere fame.
Pusillanimitas. Argumento sedularū apum que ignauū fucos pecus a presepibꝰ arcent: natura nos Apes
edocet desides/ torpentesq; ex vrbe esse pellendos. Hinc Solon hanc olim legem tulit. qui ociū/ igna= Fuci
uiamq; sectaretur: omnibus accusare volentibus obnoxius esto. Et Catho dicebat. hoīes nichil agē= Solon
do/ etiam male agere discunt. Et Gymnosophiste strictius rationē ocij/ q̃ negocij exegerūt/ neq; cuiq̃ Catho
victū in die tribuebant: qui aliquo officio cibum non meruisset. ita enim censebāt segniciem/ ignauiāq; Gymnosophiste
torporem: inedia esse domandum.
Et qualis sit ipse deses describit Hesiodus.

Hesiodus Segnem crudelis egestas
Opprimit:hunc homines odio/superiqꝫ sequuntur
Torpenti similem fuco/cui spicula surgunt
Horrida/distensumqꝫ fauis consumit edendo
Semen apum.piger ipse sedet/vitatqꝫ laborem.
Et rursum.Segnes animos et inertia corda
Oderunt superi Mox te ad opus reuocat
Tempora labuntur/operi quoqꝫ deficit vsus
Ad cras rem differre nocet:nunq̄ horrea nunq̄
Implet iners.verum merito mala mille molestant
Affliguntqꝫ hominem:cui segne/et inutile corpus.
Rursum.Segnis/inops/et spe suspensus inani
Inclinat mentem sceleri:et meditatur iniquos
Horatius Unde paret victus. Et Stoici desidibus hoc pacto mederi nituntur
Teipsum
Excute:nū qua tibi viciorum inseuerit olim
Natura/aut etiam consuetudo mala.namqꝫ
Neglectis vrenda philix innascitur agris.

¶Tertium cap.sex et viginti conclusionibus/et duabus diffinitionibus partitum est.

Tertij capitis Cōmētariꝰ ad litterā.¶Prima cōclusio.Magnanimitas circa magna versatꝛ.Sed
circa q̄:id primū expedit hoc i loco differere.ꝙ eni magnanimitas circa magna versetꝛ: vel ex ip̄o solo 45
noie deprehēdere licet/sed circa que:nunc expedit cognoscere/neqȝ quicq̄ refert:an de magnanimita
te/an de magnanimo/an de habitu/an de habente habitū dicamus.Et certe is magnanimus esse vi=
detur qui magnis est dignus/et qui sese magnis dignū esse cognoscit/ac iudicat.et q̄ nō pro dignitate
hoc facit:stolidus est.qui autem pro dignitate:studiosus.at eorū qui virtute prediti sūt:nemo demēs/
nemo stolidus est.magnanimus igitur circa hec magna versatur:quibus se magnis dignū facit/estqꝫ
is magnanimus/qui dictus est.¶Secunda conclusio.Qui se paruis dignū facit/et se paruis dignū 46
censet:modestus est/at non magnanimus.Nam magnanimitas in magnitudine(vt dictum est)consi=
stit/quemadmodū in magno corpore pulchritudo.parui eni ⁊ si forma sint vrbana/appositisqꝫ mēbris
non tamen pulchri dicunꝛ.¶Diffinitiones.Lentus est qui cum indignus sit:magnis dignū se censet.
Quo fit vt non omnis lentus sit:qui se maioribus q̄ ipse meretur dignum existimat. Pusillanimꝰ est 47
qui se censet minoribus dignū cū ip̄e dignus sit:siue hec magna sint/siue mediocria/siue parua:quibꝰ
ipse se indignū existimat.⁊ maxime pusillanimus est:cum magnis est dignus.quid enim tū faceret:si
tantis dignus non esset?¶Tertia conclusio.Magnanimus magnitudine extremus est/ratione autē
medius.Nam dignum seipsum censet quēadmodū oportet/et per oīa rationi paret. Lenti autē et pu= 48
sillanimi superant/ac deficiunt.ꝙ si magnanimus magnis se dignū censeat(censet enim)et dignꝰ est:
maxime magnanimus se dignū censebit maximis.magnanimus igitur magnitudine summꝰ/extre=
musqꝫ est:at ratione medius.¶Quarta cōclusio.Magnanimus presertim circa honores/inhonora=
tionesqꝫ versatur.¶Primo.nam magnanimus circa id vnum maxime versatur:quo dignum se facit. 49
dignitas autem ad externa se fundit: et assentiunt omnes id externorū bonorū esse maximū/quod deo
tribuimus/et quod maxime affectant:qui in dignitate sunt constituti/quodqꝫ dari ob res preclarissi=
mas premiū solet.id autē est honor.est eni honor bonorū externoꝝ maximū.magnanimꝰ igitꝛ iure cir=
ca honores/inhonorationesqꝫ versabitur. Secundo sine rationis persuasione:magnanimi se/circa ho
nores versari declarant.nā magnanimi viri se maxime dignos honore censent: at pro dignitate tamē
atqꝫ vt oportet/itaqꝫ magnanimus neqꝫ ad se/neqꝫ ad suā dignitatē excedit aut deficit.at pusillanimꝰ
tam ad se q̄ ad dignitatē magnanimi deficit.et lentus quo ad se superat:nō tamen quo ad magnani=
mum.¶Quinta conclusio.Magnanimū(quiquidē maximis dignus fuerit) optimū esse oportet.Nā
semper qui melior est/maiora meretur:et qui optimus maxima.magnanimꝰ igitur qui maxima me= 50
retur/maximisqȝ dignus est:optimus erit.¶Sexta conclusio.Quicūqȝ vere magnanimus est: et bo=
nus est/et id assecutus:quod in vnaquaqȝ virtute magnum est.Nam nullo pacto magnanimo cōuenit 51
cum pericula sit adorsus/ob timorem fugam arripere/nullo pacto iniuriam facere/⁊ ita de ceteris.nā
quomodo magnanimus alicuius gratia admitteret turpia?cui magnū nichil est.et qui singula consi=
derat:si magnanimus bonus non est:ridiculū omnino esse videbitur si magnanimus dicatur. nō enim
erit honore dignus si prauus sit:cum honor premium sit virtutis/ac solis bonis debeatur.attamē ma=
gnanimus honore dignus est.qui igitur vere magnanimꝰ est:et bonus est/et id assecutꝰ quod in quaqꝫ
virtute magnum est.¶Septima conclusio.Animi magnitudo: est virtutum quoddam ornamentum.
Nam maiores efficit virtutes/et nunq̄ sine ipsis virtutibus fit.Unde fit vt difficile sit magnanimum 52
esse.nam vere magnanimus esse non potest:cui non omnis probitas / omnisqꝫ virtus assit. ¶Octaua
conclusio.Magnanimus in honoribus non effertur:et quosdam acceptat / quosdā vero paruipendit. 53
Nam maxime:magnanimus circa honorationes/et inhonorationes versatur.et magnanimus pro ijs
ipsis honoribus qui magni sunt/et qui a dignis offeruntur hominibus/moderate letabitur: tanq̄ ho=
nores sibi debitos vel etiam suis meritis inferiores assecutus.nec iniuria.accumulata enim omnino=
qꝫ perfecta virtute:nullus satis dignus sit honor.attamen illos acceptabit: quandoquidem maiores
exhiberi nequeunt.at honores illos quos quiuis homines tribuunt/et in paruis accidunt: paruipen=
det prorsus magnanimus.non enim sunt ij quibus magnanimus dignus est.similiter et inhonoratio=
nes paruipendit.nam non circa ipsum iure fiunt.magnanimꝰ igitꝛ non in honoribus effertur imode=
rate.Et maxime circa quosdā honores(vt dictū est)versatur/illosqꝫ acceptat:atqꝫ alios paruipendit.

54 ¶ Nona ꝯclusio. Nō modo circa honores atqꝫ inhonoratiōes sed et circa diuitias/potestatē/et omnē
ꝓsperā/aduersāqꝫ fortunā:magnanimꝰ moderate sese geret. ¶ Primo qdē q2 neqꝫ in ꝓsperitate vehe=
menter efferet/ac gestiet:neqꝫ nimiū in aduersitate deijciet animo.nā circa honorē q̄ maximū bonorū
est nō īmoderate gestit/ac effert:tāto minꝰ igit circa diuitias/ac potestates efferet. ¶ Secūdo.potesta
tes/⁊ diuitie ꝓpter honorē expetunt.ideo q̄ potestates/⁊ diuitias habēt:ꝑ illa volūt honorari.igit cui
honor paruū est:et cetera talia parua sūt.magnanimo autē paruū est honor.igit tāto magis diuitie/
potestates/secūdeqꝫ fortune parua sunt magnanimo.quapropter magnanimi cōtēptores esse vident.
55 non igit in aliquo taliū īmoderate se habebit. ¶ Decima ꝯclusio. Prospere fortune nonnichil ad ma=
gnanimitatē cōducūt. Primo.nā nobiles/potētes/et diuites qbus secūde applaudunt fortune: digni
honore censent.maxime aūt honore dignꝰ:magnanimꝰ est. ¶ Secūdo.ꝓspere fortune claritudinē/ex=
cellentiāqꝫ addūt.at oē bonū quod excellit:magis honore dignū est.nichil mirū igit si talia magnani=
mos adiuuāt/magisqꝫ magnanimos facere vident. ¶ Tertio.secūde fortune a nōnullis honorant: sꝫ
reuera solꝰ bonꝰ honorabilis est.attamē qbꝰ hec ambo:et bonitas et ꝓsperitates assūt:magis digni ho
56 nore censent. ¶ Undecima ꝯclusio. Quibꝰ ꝓspere fortune sine virtute assunt:nō bono iure magno ho
nore digni cēsendi sunt/neqꝫ recte magnanimi dicūt. ¶ Primo.nā sine accumulata/ꝑfectaqꝫ virtute:
neqꝫ magnis honoribꝰ digni/neqꝫ magnanimi cēsēdi sūt.tales aūt virtute carēt.igit neqꝫ magnis ho
noribꝰ digni/neqꝫ magnanimi sūt.verū q̄ talia sine virtute possidēt:suꝑbi/alioꝝ cōtēptores/īportuni=
qꝫ fiūt.nā sine virtute nō facile est moderate res ferre secūdas.quas cū equabiliter ferre nequeāt/ pu=
tentqꝫ se ceteris antecellere/ceteros despiciūt. ¶ Secūdo. Quibꝰ ꝓsperitates sine virtute eueniūt:q̄c=
quid illis in mentē venerit agūt/et imitant magnanimū:etsi re vera illi similes nō sint. imitant tamen
in quibꝰ possūt.nō aūt ita agūt magnanimi ¶ Tertio.tales q̄ a virtute ꝓficiscunt non agunt/⁊ vtcūqꝫ
paruipēdunt ceteros.magnanimi aūt sola agūt q̄ virtꝰ ipsa affert:neqꝫ vtcūqꝫ/sed iure paruipendunt
57 alios.opinant enī vere q̄ paruipēdēdi sūt: vulgꝰ aūt vt cōtingit. ¶ Duodecima ꝯclusio. Magnanimus
nō parua pericula subit/neqꝫ periculorū est cupidꝰ:sed magna vt oportet strēnue aggreditur. Parua
quidē nō aggredit:ꝙ pauca admodū sint q̄ multifaciat/satisqꝫ digna putet vt aggrediat.magna qui=
dē subit:ꝙ digna reputat.q̄ cū subire cōtingit/in ipsoqꝫ periculo versat: vite sue nō parcit/ quasi oīno
58 dignū non sit viuere. ¶ Decimatertia conclusio. Magnanimꝰ benefacere prōptus est:at ipsū suscipe=
re pudet. Q; si susceperit:retribuēdo maiora beneficia cōfert. Nā beneficia cōferre superioris est : et
suscipere inferioris/nichil in se magnū habēs.et retribuēdo maiora beneficia cōfert:ꝙ hoc pacto de=
59 bitor manet is/q̄ primꝰ beneficia cōtulit/quiqꝫ maius beneficiū suscipiet. ¶ Decimaquarta cōclusio.
Magnanimi est meminisse eoꝝ quibꝰ beneficia ꝯtulerit:non aūt ab alijs se beneficia suscepisse. Nā is
q̄ recipit beneficiū inferior est eo:qui beneficiū confert.atqui magnanimꝰ vult benefaciēdo esse supe=
rior.et cū voluptate magnanimꝰ audit se beneficia ꝯtulisse/ sine aūt voluptate beneficia se accepisse.
Quapropt Tethis nō narrat beneficia Joui/neqꝫ Atheniēsibꝰ Lacedemonij:q̄ ꝯtulerūt ī illos/sꝫ que
60 Atheniēses acceperūt ab illis. ¶ Decimaquinta ꝯclusio. Magnanimi etiā est nulliꝰ vnq̄ aut vix īdi=
gere velle:indigentibꝰ aūt prōpte suppetias ferre. Nā ita se gerere ad eos hoīes qui in dignitate sunt
ꝯstituti/⁊ q̄ ꝓsperitatibꝰ vtunt fortune:magnū est/atqꝫ preclarū.ad mediocres aūt se p̄bet mediocrē.
nā p̄mos superare difficile est et gloriosū/et secūdos facile.iter p̄mos gloriari generosū est:inter autē
61 secūdos/atqꝫ humiles graue:quasi ꝯtra ībecilles robustꝰ viribꝰ ꝯtēdat. ¶ Decimasexta ꝯclusio. Non
est magnanimi ad honores ꝓperare et ea in quibꝰ alij p̄mas occupāt partes/verū tardꝰ ad hec atqꝫ pi=
ger est:nisi vbi magnꝰ est honor/et grāde opꝰ incūbit.nā ad pauca agēda aggredit:sꝫ solū ad magna/
62 atqꝫ p̄clara. ¶ Decimaseptima ꝯclusio. Magnanimꝰ palā/atqꝫ apte odit:atqꝫ amat. Nā metuētis est
63 occultare. ¶ Decimaoctaua ꝯclusio. Magnanimo magis cure veritas ē/q̄ opinio:⁊ apte loq̄/ac age=
re. Nā magnanimꝰ ꝯtēptor est eoꝝ q̄ vere bona nō sūt:et ideo sua libertate vtit.et q2 sua libertate vtit:
etiā ea ꝯtēnit/et verax est nisi dissimulatiōe interdū vtat vt ad ppl'm:quo cū ipsi cōuiuendū est.nō pos=
se eni nisi ad solū amicū viuere seruile ē. Quapropt et adulatores oēs:seruiles sūt/⁊ oēs humiles atqꝫ
64 abiecti adulatores:ꝙ nō habeāt vnde possint/nisi ad amicū viuere ¶ Decimanona ꝯclusio. Magnani=
mus nō est ꝓpēsus ad admirādū:nec mali sibi illati memor est. Nā nichil caducū illi magnū est.neqꝫ
65 magnanimi est meminisse p̄serti maloꝝ:sꝫ ꝯtēnere potiꝰ/nichiliqꝫ pēdere ¶ Uicesima ꝯclusio. Magna
nimꝰ de hoībꝰ/hoīmqꝫ factis:nō loq̄t. Nā neqꝫ de seip̄o/neqꝫ de alijs dicit.nō eni illi cure est vt ip̄e lau=
66 det:neqꝫ vt alij rep̄hendant. ¶ Uicesimaprima ꝯclusio. Magnanimꝰ neqꝫ laudator/neqꝫ maledicꝰ est.
67 Nā de nullis dicit:ne de iīmicis qdē/nisi cū ob q̄dā vicia in ip̄os iuehit/ipsosqꝫ arguit. ¶ Uicesima=
secūda ꝯclusio.de necessarijs aut minutis rebꝰ/nō est q̄rulꝰ magnanimꝰ:neqꝫ ad p̄candū ꝓcliuis. Nam
68 hec facere eiꝰ est q̄ circa talia studet/curāqꝫ illarū rerū gerit. ¶ Uicesimatertia ꝯclusio. Magnanimꝰ
res p̄claras et sine fructu potiꝰ eligit possidēdas:q̄ fructuosas/vtilesqꝫ. Nā res p̄claras possidere si=
69 ne fructu:magis sufficiētꝫ est ¶ Uicesimaquarta ꝯclusio. Magnanimi motꝰ tardꝰ reperit/vox grauis
et locutio tarda. Nā ꝓperare nō solet is:qui circa pauca studet:nec subitꝰ est ⁊ vehemēs/qui nihil exi=
stimat magnū.at acumē vocis/et locutiōis celeritas:ob subitū/vehemētēqꝫ motū fit.est igit talis ma=
70 gnanimus qui dictꝰ est. ¶ Uicesimaquīta ꝯclusio. Pusillanimꝰ et lētꝰ/potiꝰ aberrare videt:q̄ mali eē
Nā nemini mala inferūt.sed pusillanimꝰ cū bona mereat:seipsū tamē illis priuat/quibꝰ ip̄e dignꝰ est.
atqꝫ id malū vnū habere videt:ꝙ bonis seipsū dignū nō cēset/ꝙqꝫ seipsū ignorare videt.si enim seip̄m
cognosceret:appeteret ꝑfecto ea bona quibꝰ ipse dignꝰ est.non tn̄ stolidi tales hoīes:sed potiꝰ morosi/
atqꝫ desides.et huiusmodi(ꝙ digni sint)opinio:illos deteriores efficere videt.nā singuli ea appetere de=
bēt:quibꝰ ip̄i digni sūt.verū pusillanimi substrahūt sese a p̄claris actibꝰ et officijs/quasi indigni sint.
et se ꝯsi'li modo bonis priuāt externis.et lēti stolidi sūt/⁊ seipsos ignorāt:et id qdē ꝑmanifeste.nā tāq̄
digni:res honorificas aggrediūt/deide redarguūt.et vestitu se comūt ac ornāt/pariter et gestu/⁊ hu=
iusmodi:⁊ ꝓsperitates suas iactāt/volūtqꝫ manifestas hr̄i:et seip̄os etiā p̄dicāt/vt ꝓpt sua v̄ba hono=
rent.potiꝰ igit pusillanimꝰ/⁊ lētꝰ errāt:q̄ mali sint ¶ Uicesimasexta ꝯclusio. Magnanimitati pusilla

nimitas mag꜄ q̄ lẽtitudo opposita est. Nã pusillanimitas magis fit ⁊ deterior est: ⁊ lẽtitudo magnani-
mitati silior ẽ. fit eni animi magnitudo circa magnũ honorẽ queadmodũ iã dictũ ẽ. sz de his hacten⁹.
Idet aũt circa honores (vt antea dixim⁹) et alia q̃dã esse virt⁹
v que q̃dẽ perĩde sese hr̃e videt ad animi magnitudinẽ: atq꜄ sese habet ad magni- Cap. IIII. 72
ficentiã liberalitas. he nãq꜄ virtutes ambe a magnitudine quidẽ discedũt. circa
vero mediocria/ paruaq꜄: nos vt oportet disponũt. ¶ Atq꜄ vt in capiẽdis/ dãdisq꜄ pecu- 73
nijs mediocritas est/ et exuperatio/ et defectio: sic et in honoꝝ appetitiõe fit: vt magis q̄
oportet ⁊ min⁹: et vnde oportet/ ⁊ vt oportet: appetãt honores. rep̄hẽdim⁹ eni ambitio-
sũ hoiem: atq꜄ honoris appetitiõe vacantẽ. illum: q꜄ plusq̄ oportet/ et vnde nõ oportet
honorẽ appetit. hunc: q꜄ ne ob res q̃dẽ honestas honorib⁹ affici vult. interdũ aũt illum
tãq̄ virilẽ et rei cupidũ pulchre. interdũ hũc tãq̄ moderatũ/ modestũq꜄ laudam⁹: quẽ-
admodũ et antea dixim⁹. ¶ Cõstat aũt cũ plurib⁹ modis quispiã alicui⁹ cupid⁹ rei dicat 74
nõ ad idẽ nos semꝑ ambitiosũ ipsũ referre. sed cũ laudam⁹: ad plerosq꜄/ quia magis q̄
plerisq꜄ honores cupit. cũ rep̄hẽdim⁹: ad id qd̃ oportet: quia magis q̄ oportet honores
affectat. ¶ Cũ aũt noie mediocritas careat/ cõtendere de ipsa tãq̄ regiõe vacua: vident 75
extrema. In quib⁹ vero exuperatio est/ et defectio: in ijs est et mediũ. at honores et ma-
gis q̄ oportet affectant/ et min⁹. ergo fit vt affectent/ et vt oportet. Laudat igit hic ha-
bit⁹ quo vt oportet affectãt honores: cũ sit mediocritas circa honorẽ noie carẽs. Atq꜄
ad ambitionẽ quidẽ vacuitas appetitiõis honoris: ad vacuitatẽ aũt appetitiõis hono-
ris ambitio: ad vtrũq꜄ autẽ vtrũq꜄ quodãmodo eẽ videt/ qd̃ quidẽ et in ceteris videtur
esse virtutibus. Extremi aũt hic opponi vidẽtur: quia medio nullũ est positũ nomen.

¶ Quarti capitis note. ¶ Remissũ/ honoris appetitiõe vacãs. ¶ Virt⁹ quã hic exsequit Aristoteles
sextus est officioꝝ fons: que et modestia nũcupatur/ nos defẽdẽs ne vltra q̄ dignũ sit honores ambia-
mus/ et ne dignos et nostris humeris cõuenientes refutem⁹. hi siquidem nobis conueniunt: in quibus
idonei sumus ad virtutis officia peragenda/ et vbi multos ad beatã vitã nos dirigere posse confidi-
mus. neq꜄ modesti vnq̄ tument/ efferunturq꜄ immoderate pro honoribus: neq꜄ deijciuntur/ consternã-
Agathocles turq꜄ animo si illis destituuntur/ suntq꜄ iugiter semper sue fortune memores. quod in modestia Aga-
Ausonius thoclis regis/ quondã filij Sicilie figuli: qui in memoriã sue conditiõis voluit semꝑ in fictilibus va-
sis sibi ministrari: eleganter annotauit Ausonius.

Fama est fictilibus cenasse Agathoclea regem
Atq꜄ abacum Samio/ sepe onerasse luto:
Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis
Et misceret opes/ pauperiemq꜄ simul
Querenti causam: respondit. rex ego qui sum:
Sycanie figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe: quicunq꜄ repente
Diues ab exili progrediere loco.

Plutarch⁹. Et Plutarchus traiani modestiã laudat: quem habuerat discipulũ et cuius ad ipsũ de modestia: epi-
Traianus stola ita sese habet. Plutarchus Traiano S. D. Modestiã tuã nouerã nõ appetere principatũ: quem
tamen semper morum elegãtia mereri studuisti. quo quidem tanto dignior iudicaris: quãto a crimine
Seneca ambitionis videris remotior. tue itaq꜄ virtuti congratulor et fortune mee: si tamen digne gesseris quẽ
probe meruisti. alioquin te periculis et me detrahentiũ linguis subiectũ iri nõ dubito. Sic eni Sene-
ca: Neronis sui culpa carpit: tu vero quoduis rectissime geres: si a te ipso non recesseris/ si primum te
composueris si primũ omnia disposueris ad virtutem. Ita se debent ad virtutes preparare: qui hono-
Iuuenalis res gliscunt. non eni aliter ad verum honorem q̄ per virtutem itur. Huius virtutis extrema: sũt am-
Seiani bitio/ et honoris vacuitas. Ambitio. Ambitionis morbum nititur a nobis extrudere sapiens Satyri-
Hanibal cus exemplo Seiani et Hanibalis hoc pacto.

Errasse fateris
Seianum. nam qui nimios optabat honores
Et nimias poscebat opes/ numerosa parabat
Excelse turris tabulata: vnde altior esset
Casus/ et impulse preceps immane ruine.
Expende Hanibalem: quot libras in duce summo
Inuenies: hic est quem non capit Africa/ magno
Perfusa oceano/ Niloq꜄ admota tepenti.
Rursus ad Ethiopum populos/ aliosq꜄ elephantos:
Additur imperijs hispania. Pyreneum
Transilit/ opposuit natura alpemq꜄/ niuemq꜄.
Diduxit scopulos/ et montem rupit aceto.
Iam tenet italiam: tamen vltra pergere tendit
Et paucis concludendũ est. mors sola fatetur
Quantula sunt hominum corpuscula

Scite Et Scitarũ legati (autore Cursio) Alexandri cupiditatẽ, ambitionisq꜄ affectũ hac oratiõe moderare

potuissent: si non altius inhesisset hoc imedicabile malũ. Si dĳ (dixerũt) habitũ corporis tui auiditati
parẽ esse voluissẽt: altera manu orientẽ / altera occidẽtẽ cõtingeres. et hoc assecutꝰ scire velles: vbi tã-
ti numinis fulgor cõderetur. sic quoq; ꝯcupiscis q̃ non capis. ab Europa petis Asiam / ex Asia trãsis ĩ
Europã. deinde si humanũ genus oẽ superaueris: cũ siluis / niuibus / et fluminibus / ferisq; / ac bestĳs
gesturus es bellũ: quid? tu ignoras arbores magnas diu crescere: vna tamen hora extirpari. stultꝰ qui
fructus earũ spectat: altitudinẽ nõ metit̃. vide ne dũ ad cacumẽ ꝑuenire cõtẽdis: cũ ipsis ramis (quos
cõprehẽderis) decidas. leo quoq; aliquãdo minimarũ auiũ pabulũ fuit / et ferrũ rubigo consumit. ni-
chil tã firmũ est: cui periculũ non sit / etiã ab inualido. Et Cynias Thessalus Pyrrhũ regẽ in bellum Cynias
italicũ ambitione dominãdi concitatũ: ita modeste / eũ interrogãdo castigabat: victis rhomanis quid Pyrrhus
agemꝰ? vincemꝰ italiã. Pyrrhus respõdit. victa Italia quid agemꝰ? vincemꝰ Siciliã. quid ea victa?
a Lybia et Carthagine quis abstineat. his victis eritne finis militie nostre? nequaq̃. nã Macedoniã /
Greciã / et reliquas mũdi partes cũ hac potentia facile superabimꝰ. subactis oĩbus quid acturi sumꝰ
inquit Cynias. Pyrrhus ridẽs respõdit ociũ agemus / et suauissimis sermonibꝰ atq; letitia fruemur.
cui Cynias: adest nobis Pyrrhe facultas eorũ omniũ: ad que per cedẽ et sanguinem nos ducis / frua-
mur ergo presentibus. succensuit rex salubri consilio. Deuictis finitimis: Tarentinis / Lucanis / Sã-
nitibus / Rhomanis / Siculis / Carthaginẽsibus / Epyris / Macedonibus / Spartanos alĳs bellis in-
tentos aggredit̃: vbi mulierũ virtute repulsus / Ptolomeũ filiũ / et multã partẽ exercitꝰ ꝑdidit. Inde
argos ꝓcedit: vbi dũ expugnare cõtẽdit Antigonũ in vrbe obsessum: saxo e muro a muliercula misso
percussus interĳt / caputq; eiꝰ Antigono oblatũ est. vide qui ambitioni seruiũt q̃ miserũ sue seruitutis Antigonus.
experiunt̃ exitũ. itaq; vos iã sapite docti modestiã sequi: et ambitionẽ fugere. Theophrastus enĩ mo- Theophra-
riens ita suos discipulos ambitionẽ vitare ammonebat. Multa dulcia glorie obtentu: vita metit̃. nos stus.
cũ viuere incipimꝰ: morimur. nichil inanꝰ amore glorie. et vite vanitas lõge amplior est: q̃ vtilitas.
ergo viuite felices. et stati post similia verba rebus valefecit humanis. Honoris vacuitas paucos in-
uadit: hinc ad instruendũ: exempla non requirit.

¶ Quartum cap. quatuor conclusionibus partitum est

72 Quarti capitis Cõmẽtariꝰ ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Circa honores (vt et ante dictũ est) est ⁊
alia q̃dã virtus / q̃ ad magnanimitatẽ perinde sese habere videt̃: vt liberalitas ad magnificẽtiã. Nam
73 he virtutes ambe a magnitudine discedũt: et nos circa mediocria / paruaq;: vt oportet disponũt ¶ Se-
cunda cõclusio. Ut in capiẽdis / erogãdisq; pecunĳs mediocritas est / et supatio / ⁊ defectio: ita ĩ huius-
modi honorũ appetitiõe mediocritas / exupatio / et defectio reperitur. Nã in huiusmodi honorũ appe-
titione fit vt honores appetant̃ vt oportet / et vnde oportet. fit etiã vt magis q̃ oportet / ⁊ minꝰ q̃ opor-
tet. rephẽdimꝰ enĩ ambitiosũ hoĩem / pariter et honoris appetitiõe vacuũ: illũ q̃dẽ q2 ampliꝰ q̃ oportet /
et vnde nõ oportet honorẽ appetit: hũc vero q2 ne honeste quidẽ honorari cupit. et interdũ ambitiosum
tanq̃ virilẽ / cordatũq; virũ / et rei pulchre cupidũ: laudamus. interdũ vero contra laudamus remissũ:
74 quasi moderatũ quẽdã / atq; modestũ. et id quidẽ superiꝰ iã dictũ est. ¶ Tertia cõclusio. Ambitiosum
quandoq; laudamus / et quãdoq; vituperamꝰ: q2 nõ semꝑ ad idẽ ipm referimus. Nã cũ cõstet pluribus
modis quẽpiã dici honoris cupidũ: cũ ad quosdã vt deficiẽtes ambitiosũ cõparamus: ipm q2 ampliꝰ
q̃ ipsi honores cupit: laudamus. cũ aũt cõparamus ipsũ ad id quod oportet: vituperamus q2 magis
75 q̃ oportet honores ambit. ¶ Quarta cõclusio. Cũ media virtꝰ noĩe careat: ambitio / ⁊ honoris vacui-
tas extrema vicia de ipsa media virtute (quasi media regiõe vacua) contẽdere videt̃. Proculdubio in
q̃bus est exupatio ⁊ defectio: in ĳs est et mediũ. in honoꝝ aũt appetitiõe est exupatio atq; defectio. ap-
petunt̃ enĩ honores amplius q̃ oportet / ⁊ minus q̃ oportet. in illis igit̃ est mediũ. laudat̃ igit̃ medius
habitus: quo vt oportet affectant̃ honores. qui quidẽ mediocritatꝫ habitus circa honorẽ / ⁊ noĩe carẽs:
cũ ad ambitionẽ cõparatur / videtur honestatis vacuitas: et cũ ad honoris vacuitatẽ / rursus apparet
ambitio. et ad vtrũq; cõparatus / quodãmodo vtrũq; videt̃. quod et idẽ in ceteris virtutibus intueri li-
cet. et semꝑ opposita hic videtur esse extrema / extremorũq; noĩa subeũt: quia medio nullũ nomẽ inditũ
sit. cõtendũt igitur hic (q2 medie virtuti nullũ nomen sit) de media virtute extrema vicia / et illi vicissim
sua nomina tribuunt.

76 Ansuetudo autẽ est q̃dẽ mediocritas circa irã. At cũ mediũ et Cap. V.
m extrema fere nomine careant. ad mediũ quidẽ mansuetudinẽ ipsam adducimꝰ /
declinantẽ ad defectionẽ: vacantẽ nomine. Exuperatio vero / quedã iracundia
dici potest. etenim affectus quidẽ est ira. ea vero que ipsam efficiũt: multa sunt / et diuer-
sa. Is igitur qui pro quibus / et quibus oportet / et vt oportet / et cum oportet / et quanto
in tempore oportet irascitur: laudatur. estq; hic mansuetus: siquidẽ laudat̃ ipsa mãsue-
77 tudo. ¶ Mansuetus enim ac mitis: perturbatione vacare / et non ab affectu duci: sed ꝓ
his / et tanto in tẽpore irasci solet: ꝓinde atq; ratio iubet. Peccare autem circa defectionẽ
magis videtur. non est enim vindex ipse mansuetus / sed potius clemens: et ad veniam
78 dandam propensior. ¶ Defectio autem / siue sit quedã ire vacuitas / siue aliquid aliud:
vituperatur. Qui nanq; non irascuntur pro quibus oportet / et vt oportet / et cum opor-
tet / et quibus oportet: fatui esse videntur. nam neq; sentire: neq; dolere videtur. ¶ Atq;
qui non irascitur: non videtur esse aptus ad vlciscendum. perferre autem contumelias /
79 et suos negligere: seruile est sane. ¶ Exuperatio vero per omnia quidem fit. Nam fit et
in quibus non oportet / et pro quibus non oportet: et magis et velocius: et maiore in tẽ-
pore q̃ oportet. non tamen vniuersa eidem insunt: quippe cum esse non possit. malum

enĩ et seipsum perdit.et si integrum sit/intolerabile fit. ¶Iracundi igitur cito quidem 80
irascuntur/et quibus non oportet/et pro quibus non oportet:et magis q̄ꝫ oportet.at ci-
to desistunt.quod quidẽ ⁊ optimũ habent.hoc autẽ ideo fit/quia non detinẽt iram: sed
reddunt.quo pacto et manifesti sunt/ob celeritatẽ.deinde cessant. Exuperatiõe aũt sũt
celeres:et ad quiduis/et ꝓ quouis iracũdi:ꝗ sũme sũt bilis.vnde et sũme bilis hoĩes ap
pellanŧ. Amari aũt cũ difficultate placanŧ:et lõgo tẽpore sunt sub ira.detinẽt enĩ ipsã.
sed vbi reddiderint:cessant.vltio nãqꝫ ponit ire modũ pro dolore voluptatẽ efficiẽs.ꝙ
si hoc non fiat:habẽt ipsũ põdus. Etenĩ quia nõ est manifestũ:nemo persuadet ipsis.vt
in se autẽ concoctio fiat ire:tẽpore opus est. Sũt autẽ tales hoĩes et sibiipsis/ et amicis-
simis permolesti.infẽsos aũt eos dicimꝰ:ꝗ pro quibꝰ non oportet/et magis q̄ꝫ oportet/
et lõgiore tẽpore irascunŧ:sineqꝫ vltiõe vel pena:non recõcilianŧ. ¶Mãsuetudini autẽ 81
magis exuperationẽ opponimꝰ. Fit enĩ magis:quippe cũ humanĩꝰ sit punire.et ipsi in-
fensi:difficiliores sũt ad vitã simul agendã. ¶Atenĩ (quod et antea dictũ est / et ex ijs ꝗ 82
dicunŧ emergit)nõ est facile determinare:quonã modo/et quibus/et pro quibꝰ/ et quã-
to tẽpore irascendũ sit/⁊ quousqꝫ iratꝰ/ recte faciat quis:aut peccet. Qui nãqꝫ parũ trãs
greditur:nõ rep̄hendiŧ/siue ad exuperationẽ:siue ad defectionẽ se flectat. Nõnũq̄ꝫ enĩ
deficiẽtes:laudamꝰ/mansuetosqꝫ vocamꝰ.et ipsos infensos/tãq̄ꝫ aptos ad dominãdũ:
viriles dicimꝰ esse. Facile igitur nõ est assignare ratiõe:quantũ/et quomodo quispiam
egressus vituperandus est.in singularibꝰ enĩ et sensu:iudiciũ est. Illð tamẽ est manife-
stum:mediũ quidẽ habitũ/quo quibꝰ oportet/et pro quibꝰ oportet/ et vt oportet irasci-
mur:et simili modo de ceteris:laudabilẽ esse. Exuperatiões aũt/ defectionesqꝫ: vitupe-
randas.atqꝫ si parũ distent a medio:leuiter/si plus:magis/si nimium: vehementer esse
carpendas. Constat igiŧ habitũ mediũ cõsequendũ esse/ac amplectẽdũ. sed de habiti-
bus qui sunt circa iram:satis iam diximus.

¶Quinti capitis note: ¶Per oĩa/per oĩm prudentie circũstantiarũ transgressionẽ ¶Hoĩes summe
bilis/sũme colerici.est enĩ bilis colera. ¶Hoc in loco de mãsuetudine exsequitur Aristoteles:que vir-
tus est imponẽs ire frena.et que virtus coniũctã pariter habere solet intelligentiã/iperturbatãqꝫ mẽ-
Eumenes tem.quod de Eumene mãsueto belli exercitꝰ duce argumento cognitũ est:qui cũ scisset litteras passim
Antigones in castris abiectas:quibꝰ magna premia ijs ꝓmittebanŧ qui caput eius deferrẽt ad Antigonũ.vocatis
ad contionẽ militibus/primo gratias egit ꝙ nemo inuentus sit:qui spem cruenti premij sacramentis
fidei anteponeret.tum callide subiũxit confictas has a se litteras:ad experiendos suoꝝ animos.cete-
rum suam salutẽ in omniũ salute esse.nec Antigonũ nec quẽq̄ꝫ ducũ se sic velle vincere/neqꝫ in se pessi-
Appolloniꝰ mum vincendi exemplum statuere.sic animos omniũ in se confirmauit. Itaqꝫ facile mãsuetudo mor-
Aurelianus taliũ corda ad se cõciliat/ac deuincit. Et Apollonius Thianeus philosophus:placauit sua mãsuetu-
dine Aurelianũ imperatorẽ in Thianã ciuitatẽ seuiẽtẽ/pariter ⁊ ad mãsuetudinẽ edocuit. Si vis O
imperator inquit vincere:nichil est cur seuias in ciues istos. Si vis imperare:abstineas a cruore ino-
centũ. Si vis viuere:clementer/mansueteqꝫ age. Iurauerat enĩ tum prius Aurelianus Thianã rebel
lem vrbem obsidens:se neqꝫ canem quidẽ in ea vllum(si caperet)relicturũ.⁊ ea res militibꝰ prede aui-
dis:spem dederat/animumqꝫ capiendi.at cum capta esset militibus euersionẽ petentibus:negaui inq̄t
in hac vrbe me relicturũ canẽ:ergo omnes occidite: vsus mirabili mãsuetudinis benignitate que ad
Antonius nostra tẽpora festiue memoratur/et ciuitas seruata est.mãsuetudo ergo parua non est virtus:que ciui-
Scipio tates/patriasqꝫ saluare solet. Antoniꝰ piꝰ adeo clemẽs/mansuetus/mitisqꝫ legitur imperator: vt sem-
Athenodorꝰ per hanc sententiã Scipionis haberet in ore/se malle vnum ciuem seruare:q̄ꝫ mille hostes occidere. Et
Augustus Athenodorus philosophꝰ cum ab Augusto in patriam recederet/petijssetqꝫ Augustus vt sibi aliquod
Gymnoso- monumentum relinqueret:inquit Cesar si tibi contigerit irasci/nichil prius dixeris/feceris.qꝫ:q̄ꝫ qua-
phista tuor et viginti litteras prius mente percurreris/solũ ei de mansuetudine preceptũ relinquens. Idem
Alexander fecit et Gymnosophista Alexandro sciscitanti:quonã pacto imperitãs/magnã sibi gloriã cõpararet:
Olympias ne sis terribilis inquit. Et de clemẽtia/mãsuetudineqꝫ ꝓbaŧ Alexander: quẽ cũ Olympias mater plu
rimũ vrgeret vt tolleret insontem/occideretqꝫ:idqꝫ rogaret per nouẽ mẽses quibus ipsum gestauerat
Diodorus in aluo.mansuete respondit aliam de me parens optima quãuis mercedem postula.hominis enim vi-
Sabacus ta:nullo beneficio compensatur. Et Diodorus Siculus autor est. Sabacum Egyptioꝝ regem adeo
sanguinis animaduersionem horruisse: vt capite reos/damnatosqꝫ: vinctos cathenis operas vulgo ꝓ
ciuitates prestare iuberet ne interimerentur.et cum(paucis interfectis sacerdotibus)imperare potu-
Trasybulꝰ isset:sponte se regno abdicauit et in Ethiopiam priuatus rediit/maluitqꝫ immãsuetudinis scelere va-
Lycus care/q̄ꝫ crudeliter diuturno regno potiri. Et de eadem virtute commendatur Trasybulus Lyci filiꝰ
Socrates qui a triginta tyrannis ijs qui morti Socratẽ adiudicarant patriam liberauit/et pepercit reliquis ci-
uibus/legemqꝫ tulit ne quis anteactarum rerum accusaretur/neue mulctaretur.et hanc legem Athe-
nienses obliuionis appellauerunt.nec quicq̄ꝫ aliud pro munere recipere voluit: preter coronã ex duo-
bus oleaginis surculis.et facile quẽcunqꝫ ciuium sibi in honore preferri sinebat.⁊ nisi hec adesset vir-
tus vt Satyrico visũ est nichil a truculentis/immanibusqꝫ feris differre videremur.inquit enim.

Separat hec nos
A grege mutorum. atq; ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces.
Atq; exercendis/capiendisq; artibus apti.
Sensum a celesti demissum traximus arce
Cuius egent prona/et terrā spectantia: mundi
Mundi principio indulsit communis conditor/illis
Tantum animas/nobis animum quoq;. mutuus vt nos
Affectus petere auxilium/et prestare iuberet.
Quid rursum adiungat/audi. mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur
Que lachrymas dedit. hec nostri pars optima sensus. — Juuenalis

Et adeo mā̄suetus fuit Pythagoras: vt diceret nullū animal esse necandū/et nullā mitē plātā violādam. et verecundiā et pietatē predicabat esse colendas. Et Xenocrates philosophus adeo miti fuit ingenio vt cū passer futurus accipitri preda/in eiꝰ sinū se recepisset: operuit eū/atq; fouit dicēs: nō oportere supplicem prodere: tanto magis ad homines futurus mansuetus. Et hec clara virtus aduersantem habet iram/ireq; vacuitatem. ex ira: bella/inimicitie/cedes/homicidiaq; prodeunt. et inter feras nulla crudelior/horribiliorq; fera/si seuit. Seuiens enim Arpago Astyagis Medorum regis prefecto: dedit suum filium epulandū. et seuiens filij truncum caput/brachia/pedesq; iussi a patre in sua presentia necari: ad Cleopatram communem parentem Egypti reginam/ tanq̄ natalicium munus mittit. tantum enim facinus ex ira ausus est Ptolomeus: in proprium filium (victa pietate paterna) committere. Que si ad seuiciam non ascendit: homines tamen ridiculos facit. quis enim Eurylochū Pyrrhonis heliensis auditorem non rideret: qui tanta ire impatientia laborabat (vt autor est Laertius) vt sepenumero accepto veru cum carnibus cocum ad forum vsq; prosequeretur vt more carniū cōfigeret assitandum. et questionibus suorū coequaliū fatigatus: impatientia victus sepe tranabat Alpheum fluuium tanq̄ seuo concitatus oestro. Et huiusmodi indomitum ire impetum nos frenare monet Horatius hoc pacto.

Pythagoras
Xenocrates
Arpagus
Astyages
Cleopatra
Ptolomeus
Eurylochꝰ.
Pyrrho
Laertius

Ira furor breuis est/animum rege: qui nisi paret
Imperat: hunc frenis/hunc tu compesce cathenis
Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam. verum qui non moderabitur ire
Infectum volet esse: dolor quod suaserit/et mens
Dum penas odio per vim festinat inulto.

Et ire indulgētia multos ꝑdidit. irascēdū enī est ꝓ quibꝰ oportet/et vt prudētie regule p̄cipiūt. Exēplo potest esse Lucretij filiꝰ qui cū licētia parentū ad delicta: pretermitteret̄ inemēdatus. tandē tractꝰ ad vltime pene suppliciū: patrē clanculū aduocat tanq̄ sine arbitris aliqua dicturus/et patris nasū mordicitus dentibꝰ p̄uellit: ip̄m accusans ꝙ primos eius errores nō emēdauerit: et cum licuit paterna castigatione viā peccādi nō p̄cluserit. itaq; sua nūc indulgētia ad pene suppliciū trahi. quapropter cū peccat̄ et autoritas emēdādi adest: minime remissum esse decet/sed ꝓtinus diligēter emendandū: nec mansuetudinis quidē terminos vnq̄ excedere. alioquin ire vacuitas nimiū licentiosa/dānosaq; esset.

Quintū cap. quinq; diffinitionibus/quinq; mansueti proprietatibus/et quinq; conclusionibꝰ partitum est.

76 Quinti capitis Cōmentarius ad litteram. Quinq; diffinitiones. Mansuetudo est mediocritas
circa iram. Ire vacuitas est circa iram defectio: que et nomine caret. Iracundia est circa iram exupe-
ratio. et ferme hic: et medium/et extrema innominata sunt: sed mansuetudinē ad mediū ip̄m applica-
mus. Ira perturbatio/affectusq; est circa quam dicti versantur habitus: que multis/ varijsq; de cau-
sis excitari solet. Mansuetus est qui pro quibus oportet/quibus oportet/ vt oportet/ cū oportet/et quā-
to tempore oportet: irascitur. et laudatur mansuetus/nec iniuria quidem: quandoquidem ipsa māsue-
77 tudo laudatur. Mansueti proprietates. Mansueti atq; mitis est: perturbatione vacare: et non duci
affectu. pro ijs et quanto tempore irasci vt recta ratio iubet. potius ire defectu peccare videri/q̄ exces-
su. non esse vindicem: sed clementem potius/et ad dandam veniam propensum. Prima conclusio.
78 Defectio seu ire vacuitas/seu alio quouis nomine vocetur/vituperatur. Primo. nam qui non ira-
scuntur pro quibus oportet/ vt oportet/cum oportet/et quibus oportet: insipiētes/ stupidiq; videntur:
neq; quidem sentire/neq; dolere videntur. Secundo. qui nullo pacto irascitur: non videtur ad vlci-
scendum natus. atqui omnino perferre cōtumelias/et suos negligere: nimiū seruile est. Secūda cō-
79 clusio. Ire exuperationē per omnia fieri contingit: non tamen omnia eidem simul assunt. Nam conti-
git fieri et in quibus non oportet/et pro quibus non oportet/et magis/et citius/et maiore in tempore
q̄ oportet. sed idcirco non omnibus modis simul delinquit: ꝙ malum etiam seipsum perdit. et si peni-
80 tus integrum sit: intolerabile fit. Tertia conclusio. Eorum qui ire excessu delinquunt: quedā diffe-
rentia est. Nam eorū quidam dicuntur iracundi/et hi quidem cito irascuntur/et quibus non oportet/
et pro quibus nō oportet/et magis q̄ oportet. at cito ab ira desistunt: et id quidem optimū habēt. quod
ideo illis euenit: quia non comprimunt iram/sed statim effundūt/ hocq; modo se statim manifestāt/ob
celeritatē: subindeq; cessant. et maxime omniū hoīes qui sūme sunt bilis: exuperatione perturbatio-
nis ire: sunt celeres/et ad quoduis/et pro quouis iracundi: proinde et iracundi: summe bilis homines
appellantur. et quidā dicuntur amari: difficile placabiles/et in longū tēpus irā retinentes: cōprimūt
enim ipsam. at vero vbi ipsam reddiderint: cessant. illis enim vltio ponit ire modū: voluptatē pro do-
lore efficiens. at donec id factum fuerit onus retinent. et hoc illis potissimum euenit tandiu seruare:
quia eorū occulta sit ira/quā nemini manifestāt. idcirco nemo studet ꝑsuasiōibꝰ illā mitigare. at vt ira

occlusa in se decoquatur/digeraturqꝫ:tẽpore opus est. Sũt et alijet sibiipis/et amicissimis permole-
sti/atqꝫ difficiles:qui vocantur infensi.et sunt qui pro quibꝰ nõ oportet/et magis ꝙ oportet/et lõgiore
tẽpore irascunt̃:qui sine vltione/et pena:nũꝙ recõciliant̃. ¶ Quarta cõclusio. Ire exuperatio:magis 81
mansuetudini opposita est. Nã frequentiꝰ fit. sunt eni hoies ad vlciscendũ pniores.et deterior est: nam
infensi sunt ad vitã/viteqꝫ cõsuetudinẽ peragendã:difficiliores. ¶ Quinta cõclusio. Nõ est facile de- 82
terminare quonã modo/et quibus/et quãto tẽpore irascendũ sit/et quousqꝫ quis iratus aut recte agat/
aut peccet. Nã et id quoquo modo superiꝰ tactũ est/et ex ijs que adducunt̃ dilucet.nam qui parũ trãs-
greditur:nõ vituperat̃/siue id ad exuperationẽ sit/siue ad defectionẽ deuergat.imo nonnũꝙ deficien-
tes laudamus/et mansuetos/mitesqꝫ vocamus/et nonnũꝙ ipos infensos tanꝙ aptos ad dominandũ:
viriles nuncupamus. facile igit̃ nõ est ratiõe determinare/demetiriqꝫ:quantũ/et quo modo quispiam
egressus:vituperãdus est.nã huiusmodi iudiciũ in singularibus/et in sensu cõsistit:ꝙ determinare fa-
cile nõ est. sed illud ꝑ cõperto haberi satis sit:mediũ quẽdã eẽ habitũ:quo qbus oportet/pro quibꝰ opor
tet/et vt oportet/et simili quoqꝫ modo in ceteris:irascimur/et laudabilẽ esse.et eiꝰ exuperatiões/ defe-
ctionesqꝫ esse vituperandas: verũtamẽ si parũ a medio distẽt:parũ/ac leuiter vituperãde sunt:si plus-
culũ:magis.si maximũ: vehementer sunt carpẽde.at satis iã constat mediũ habitũ consequendũ/am-
plectendũqꝫ esse:et de habitibꝰ qui circa iram contingunt/dictum iã esse perabunde.

In congressionibus aũt et conuictu:et vsu cõmuni verborũ ac re- Cap.VI. 83
i rum:quidã placidi esse videntur. Qui quidẽ pro voluptate afferenda: laudant
omnia/et nichil aduersantur.putantes haudquaꝙ sese molestos cuiꝙ eẽ opor-
tere. Quidam contra:in omnibus aduersantes/neqꝫ curam vllam habentes:si dolorem
afferent/difficiles/contentiosiqꝫ vocantur. Patet igitur hos quidem duos habitus:esse
vituperandos/medium autem inter hos laudãdum.quo quidẽ quispiam ea que opor-
tet/et vt oportet:acceptabit/et similiter egre feret. verum ipsi nomen nullum est positũ.
¶ Persimilis autem est amicitie. Talis est enim is qui medium hunc habet habitum: 84
qualem probum hominem/ amicum dicere solemus:sumpta dilectione. Sed differt ab
amicitia:ꝙ est sine affectu/dilectioneqꝫ eorum quibus cum/is cõgreditur:qui hunc ha-
bitum habet. non enim amore/vel odio:sed quia talis est ipse: probat singula vt opor-
tet. nam similiter tam ad notos/ꝙ ad ignotos:tam ad familiares/ꝙ ad non familiares
idipsum aget.in singulis tamen vt conuenit. non enim eque familiarium:et externorum
curam habere/neqꝫ dolore similiter eos afficere oportet. Uniuersaliter igitur dictũ est:
ipsum congredi vt oportet ¶ Respiciens autem ad honestatem/vtilitatemqꝫ:conięcta- 85
bit dolorem non afferre/vel delectare. videtur enim hic circa voluptates/doloresqꝫ eos/
versari:qui in congressionibus fiunt. atqꝫ quibus voluptatibus non est honestum ipsi/
vel affert damnum delectare:eas moleste feret/et eliget dolorem inferre. Et si facienti
deformitatẽ non paruã afferat/aut damnũ:oppositio vero paruũ dolorẽ/nõ ꝓbabit sed
egre feret. Diuerso autẽ modo cũ ijs qui sũt in dignitatibus:⁊ cũ priuatis:et cũ magis/
minusue notis:et cũ aliarũ idẽtidẽ differentiarũ hominibꝰ cõgredit̃:singulis tribuens
id quod decet. et per se quidẽ expetens delectare:cauens autem dolorem afferre / et se-
quens ea que eueniunt si sint maiora:honestũ inꝙ/et id quod conducit. Atqꝫ volupta-
tis gratia magne:que eueniet:dolorẽ affert paruum. talis est igitur ipe medius: sed no-
men non habet. ¶ Is autem qui delectat:si id agit studens esse iucundus/non ob aliud 86
quicꝙ:placidus vocatur. sin emolumenti causa sui:vt inde sibi proueniat in pecunijs. et
in ijs que pecunijs comparant̃ vtilitas:adulator. Eum vero qui moleste fert oĩa: diffi-
cilem/cõtentiosũqꝫ quẽdam diximꝰ esse. Uident̃ autẽ extrema inter sese oppositionem
suscipere:quia medium nomine caret.

¶ Sexti capitis note. Nomine affabilitatis pro medio habitu qui nomine caret: et qui persimilis est
amicitie hoc in loco vtemur. ¶ Itaqꝫ hoc in loco Aristoteles affabilitatem/humanitatemqꝫ prosequi-
Pyrrhus — tur. de qua subdenda sunt documenta. Pyrrhus Epyrotarũ rex bellicosissimus dicere solitus erat
Cynias — plures a Cynia vrbes affabilitate ac suauiloquentia:ꝙ ab se/armis victas esse. ¶ Amasis egyptio-
Amasis — rum rex humanus et affabilis fuisse legitur:qui cum contemneretur ab Egyptijs ꝙ obscuro loco na-
tus/ad regium culmen euectus esset:ex vase aureo quod ad turpes lauandi vsus seruiuerat: simula-
chrum iouis confecit/et in eminentissimo vrbis loco collocauit. quod cum religiose coleretur: rem af-
fabiliter docuit simulachrum eo ex vase esse conflatum in quod prius Egyptij vomebant/meibãt/ pe-
desqꝫ lauabant:nunc autem religiose venerabatur. eodemqꝫ sibi modo contigisse:qui prius plebeus es
set/nunc vero eorum rex. hac itaqꝫ vrbana adinuentione sibi subditorum animos deuixit. ¶ Affabilis
Cecilius — est alterius secretum non inquirere. Cecilius Metellus huius rei exemplo est. qui in obsidione vrbis
Trebie in Hispania circuiens:interrogatꝰ quidnã sic ageret:respõdit si suã iteriorẽ tunicã sciret sue
Perse — mentis esse ꝯsciã/cõtinuo exutꝰ:igni/flãmisqꝫ cõmitteret. ¶ Ad hãc est et secreta tegere. sic eni Perse
suos iuuenes instituũt vt potiꝰ mori:ꝙ secreta detegere malint. et apud eos disciplina/vetusqꝫ lex est

qua cauetur vite periculo silentium custodiri. Gymnosophiste quidam ad Alexandrum ducti: q affabilitatis gratia prestarent: muneribus / immunitateq abiere donati. quorū cum maiorem natu interrogasset Alexander quid agendo beniuolentiam iniri posset? inquit si nemini formidandū te dederis. Cum alium. vitāne an mortem fortiorem opinaretur? vitam inquit que tot aduersa calamitosaq perferat. Cum alium quoad viuendum homini censeret? donec inquit mortem vita potiorem ducat. Ad hanc virtutem pertinet nemini detrahere Horatius Gymnosophiste Alexander Horatius

Absentem qui rodit amicum
Qui non defendit alio culpante / solutos
Qui captat risus hominum / famamq dicacis:
Fingere qui non visa potest / cōmissa tacere
Qui nequit: hic niger est. hunc tu rhomane caueto.
Archanum neq tu scrutaueris Illius vnq.
Cōmissumq teges et vino tortus / et ira.
Nec tua laudabis studia / aut aliena reprendes
Quid de quoq viro et cui dicas sepe videto.
Percontatorem fugito: nam garrulus idem est.
Nec retinent patule commissa fideliter aures
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.
Qualē cōmendes etiam atq etiam respice. ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Quem sua culpa premet: deceptus omitte tueri.
Oderunt hilarē tristes / tristemq iocosi.
Sedatum celeres: agilem / gnauūq remissi.
Potores bibuli media de nocte falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quāuis
Nocturnos iures te formidare tepores.
Dente Theonino cum circūroditur: ecquid
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

Ad hanc eādē virtutē spectare putant: pauca loqui et iactabundā / impudenteq fugere garrulitatē. quam ex Iuuenale cognoscas litteratis summopere esse indecoram: et quā hoc carmine notat. Iuuenalis

Ingeniū velox / audacia perdita / sermo
Promptus / et Iseo torrentior. ede quid illum
Esse putes? quēuis hominem attulit ad nos
Grāmaticus / Rhetor / Geometres / Pictor / Aliptes /
Augur / Scenobates / Medicus / Magus / omnia nouit.

Pythagoras discipulos prius tacere q loqui docebat: et loquaciores quinquenni vocis exilio damnabat. Documentum dedit Aristoteles Calistheni ad Alexandrum itanti: vt q rarissime / et iucūde loqueretur apud eum qui arbitrium vite / necisq in extremitate lingue haberet. Scribūt historici partis orientalis anceres pre nimio calore coam plagam linquentes / petentesq occiduam: cum taurum montē aquilis abundantē pteruolitāt / illas formidātes rostra lapillis obstruere: ne consuetudo vocē illis elidat q postea q verticem montis euasere: calculos respuūt / et securiore volatu per aperta celi spacia solito strepito / solitoq clangore feruntur. nature documentū oportere silentij / vocisq rationem habere eos: qui lingue volunt effugere detrimentum. Cilonis sententie he sunt. quid difficile: arcana reticere / ociū recte disponere / iiurias tolerare. adiecit linguā semp: sed presertī in cōuiuio cōtine. proximo noli maledicere. nemini minas intentare. Neminē irridere oportere docuit Socrates cū disruptam pallij sui partē inspectandā hoibus dedisset Antisthenes: aspicio iquit per cissuram pallij tuā vanitatem. Et Demetrius Phalereus hec affabilitatis documenta reliquit. Iuuenes domi venerentur parentes / in via: occursantes / in solitudine seipsos. Et Pythagoras de ijs que supra nos sunt / ammonebat: ne quicq temere esse loquendum / seq dicebat descendisse ad inferos et animam Hesiodi columne eree vinculis astrictam / stridentemq vidisse / et Homeri animam ex arbore pendentem: penas pro ijs dantes que de dijs temere finxere. Et affabilitatem vim magnā humanitatis habere et ad animos ciuium componendos Horatius autor est: ita inquiens. pythagoras Aristoteles Calisthenes Alexander Anceres orientales Cilo Socrates Antisthenes Demetrius. pythagoras Homerus Horatius Orpheus Amphion Ofelus Horatius Varro

Siluestres homines sacer / interpresq deorum
Cedibus et victu fedo deterruit Orpheus
Dictus ob hoc lenire tygres / rapidosq leones.
Dictus et Amphion thebane conditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis: et prece blanda
Ducere quo vellet.

Et Ofeli Stoici de affabilitate preceptum hoc est studiosis multum notandum

Discite non inter lances / mensasq nitentes
Cum stupet insanis acies fulgoribus / et cum
Accliuus falsis animus: meliora recusat.
Verum hic impransi mecum disquirite.

Neq ab hac sententia abhorret id quod ex Manippea Varronis adducitur: conuiuiū tribus cōstare debere: lectis viris / lecto loco / lecto tempore. lecti viri sunt qui nec loquaces sunt / nec omnino muti: iucundi et inuitabiles. nam eloquētia in foro et apud subsellia: et silentium in cubiculo seruandū est:

in conuiuio decent sermones ad communem vite vsum pertinentes. de qbus neqꝫ in foro/neqꝫ in nego-
cijs agendis loqui ocium est. et numerus conuiuarum a numero gratiarum protenditur / ad numerū
Hesiodus musarum. tres enim saltem sint/neqꝫ ꝙ̄ nomen plures sint. Et Hesiodus.
Si tibi corda tument: vultus non indicet iram.
Turpe sequi est sceleratū hominem. maledicere cuiqꝫ
Infandum est: qui iam vita laudetur honesta.
Nunqꝫ a te nunqꝫ misera obiurgetur honestas.
Diuinum donū est: diuinū eterna voluntas.
Qui loquitur parce/linguā nec in omnia soluit
Thesaurum pre se gerit ille: ea gratia magna est
Ut linguam moderes/meditataqꝫ verba loquaris.
Si quēqꝫ verbo ledes lederis et ipse
Grata in amicorum venias conuiuia sumptu
Communi: dato particulam. gratissima sunt hec.
Et huic virtuti cum adulatione et contentione bellum est. et operepreciū est cognoscere vnde adula-
Senensis lator tam bellum nomen sibi inuenerit. vnde inquies: a cauda canis respondet Senensis. est enim inqt
Circe vra cauda: inde adulari quasi adurari: ꝙ canes seruilit motu caude eblādiūtur cū cibū expectāt. hinc
Juuenalis Circe filia solis sicut luxuriosos mutabat in sues: verisimile est adulatores cōuertere in canes quorū
dum viuerent semper emulati fuerunt mores. Et de adulatoribus Juuenalis hec
Quid et adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti/faciem deformis amici
Et longum inualidi collum ceruicibus equat
Herculis: Antheum procul a tellure tenentis.
Miratur vocem angustam/qua deterius nec
Ille sonat quo mordetur gallina marito
Et quid agat rursum. rides: maiore cachinno
Concutitur. flet: si lachrimas conspexit amici:
Nec dolet. igniculum/brume si tempore poscas:
Accipit Andromyden. si dixeris estuo: sudat
Et quid plus. nanum cuiusdam atlāta vocamus
Ethiopem cygnū: paruam/extortāqꝫ puellam
europem.
Nomen erit pardus/tigris/leo. Et cetera id genus que aduersus huiusmodi seruile genus ho-
minum adducuntur. Contentiosi molesti sunt et tam a cetu et congregatiōibus humanis alieni: ꝙ̄ af-
fabiles idonei. Et in litteris interdum inueniūtur contentiosi. quos philosophi: sophistas vt plurimū
nuncupantur. verum et hoc contentiosum genus aliquando ascendit ad peritiores: vbi litterarū bar-
baries/aut aliorum cōuicia Apologiam desiderant/aut inuectiuam. sed id seruata mediocritate/ ser-
Pādulphus uatoqꝫ pudore fieri debet. vt illa Pandulphi Collenutij aduersus detractorē Plinij defensio. vt Apu-
Apuleius leana purgatio. Unde laurentius valla ꝙ aliquando in contētionibus litterarijs visus est mordacior:
Laurentius ita in eum post eius obitum iocatus est aliquis.
valla Posteaqꝫ manes defunctus Valla petiuit
Non audet Pluto verba latina loqui.
Jupiter hunc supero dignatus honore fuisset
Censorem lingue: sed timet esse sue.
Itaqꝫ philosophi nō multū contentiosum genus amplecti debēt: quod si interdum pro veritatis inco-
Plato lumitate suscipere oportet: id vrbane grateqꝫ fiat. quēadmodum Plato Protagore et Euthydemi fa-
Ptagoras ceta confutatione omnes refutat sophistas/docetqꝫ ciuiliter esse ridendos.
Euthydem9 ¶ Sextū cap. duabus cōclusiōibus/quibusdā officijs affabilis/et tribus diffinitiōibus partitum est. 83
Sexti Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima conclusio. In cōmunicationibus humanis / con-
uictu/cōmuniqꝫ verborum ac rerum vsu: est quidam medius laudabilis habitus/mediaqꝫ virtus. Nā
in huiusmodi congressionibus/conuictu/et vsu cōmuni verborum/ac rerum: quidam vidētur esse pla-
cidi/qui pro afferenda voluptate: laudant omnia/in nullo prorsus aduersantes: alij vero contra in oī-
bus aduersantur: nullam curam habentes si dolorem/tristiciamqꝫ afferunt/et hi difficiles/ contentio-
siqꝫ vocantur. atqui hos duos habitus constat esse vituperandos. medius igitur inter eos: continetur
laudandus. qui quidem in congressionibus humanis/conuictu et verbis/factisqꝫ: quispiam accepta-
bit que oportet/et vt oportet/et cōsimiliter egre feret. verū illi medio habitui: nullum nomen inditum
est. ¶ Secunda conclusio. Tametsi/is medius habitus persimilis sit amicitie: ab amicitia tamen dif- 84
fert. Nam si hunc medium habitum habens: dilectionis affectum ad eos quibus conuiuit assumeret
prorsus talis esset qualem probum/amicūqꝫ dicere solemus. attamē ab amicitia differt: ꝙ qui hūc ha-
bitum habet sine affectu/dilectioneqꝫ ad eos quibus congreditur sese habet. non enī vel amore vel odio
sed quia talis: ipse probat singula vt oportet. cuiusquidem rei argumentū est: ꝙ similiter erga notos/
et ignotos: familiares/et non familiares id ipm agit: in singulis tamē semꝑ agens vt cōuenit. nā non
eque familiariū/et ignotorū curā habere decet. neqꝫ vtrosqꝫ cōsimiliter dolore afficere. Et vniuersalit
atqꝫ summati dictū sit: ipm cōgredi vt oportet. ¶ Eius ꝓprietates/atqꝫ officia. Qui hanc possidet vir- 85
tutē: cōiectabit honestatis/vtilitatisqꝫ gratia aut dolorē nō afferre/aut delectare. nā hi circa volupta-
tes/doloresqꝫ versāt: que in cōgressionibus fiunt. molesteqꝫ feret voluptates que sibi honeste non sunt/
et que afferunt damnū: eligetqꝫ tum dolorem afferre. si sermo itē/ aut factū ipsi facienti magnā defor-
mitatem afferat/magnūue damnum: aduersatio vero paruū afferat dolorem: facere sibi deformitatē/

aut damnum minime probabit: sed vtrũqꝫ moleste feret. varie/alioqꝫ modo cũ viris dignitate insigni-
bus/cum priuatis/cum magis minusue notis/et cum aliarũ differentiarum hominibus conuersabit.
vnicuiqꝫ pro dignitate quod decet tribuens. cauebit esse molestus. que in congressionibus eueniũt ea
sequetur/ eaqꝫ intendet: que maiora bona sunt/ vt maius honestum/ maiusue vtile. paruum interdum
89 afferet dolorem vt inde magna sequatur voluptas/magnũqꝫ emolumentum. talis est ipse medius. sed
nomine (quo ipm appellemus) caret. ¶ Diffinitiones. Placidus est qui delectandi gratia/nec ob ali-
ud quicꝙ: studet esse iucundus. Adulator qui placere studet sed emolumẽti sui gratia: vt sibi inde ali-
qua pendeat vtilitas. vt in pecuniis/aut in ijs que pecunia comparantur. Difficilis atqꝫ contentiosus
est qui moleste fert omnia/omnibusqꝫ aduersatur. ⁊ quia medium nomine caret: sola extrema videntur
inter se oppositionem recipere. et de media regione tanꝙ vacua sit (vt et de medio circa mediocres ho-
nores habitu dictum est) contendere.

Cap. VII.

87 Irca eadem fere versatur et arrogantie mediocritas: que quidem et ipsa nomine
c caret. atqꝫ non inutile fuerit de ijs etiã pertractare. Nam et ea magis que ad mo-
88 rem pertinent percipiemus: si de singulis fuerit pertractatum. ¶ Et virtutes etiã
ipsas mediocritates esse credemus: si id in omnibus fuerit ita sese habere perspectũ. de
ijs igitur qui in conuictu ad voluptatem congrediũtur/atqꝫ dolorem: iam diximus. sed
nunc de veracibus/mendacibusqꝫ similiter/et in verbis/et in actibus/ et in fictione dica-
mus. ¶ Arrogans itaqꝫ preclara: et ea que nõ insunt/ et maiora ꝙ insunt: fingere sibi vi-
detur. Dissimulator autem contra/negare que sibi insunt: aut imminuere solet. At me-
dius/cum sit talis: vt vnũquodqꝫ quale est ipsum dicat/atqꝫ ostẽdat: tam vita/ꝙ verbis
89 est verax: ea sibi inesse confitendo que insunt/et neqꝫ maiora: neqꝫ minora. ¶ Fit autem
vt horum vnumquodqꝫ quispiam et alicuius/et nullius rei causa faciat. Atqꝫ qualis est
vnusquisqꝫ: talia tam dicit/ꝙ agit. et ita viuit/nisi alicuius gratia agat. per se autem mẽ-
dacium improbum est/et vituperabile. verum autem/ probum/ ac laudabile. Itaqꝫ ve-
rax quidem cum sit medius: et laudabilis. Mẽdaces autem ambo vituperabiles sunt.
90 sed arrogans magis. Atenim de vtroqꝫ dicamus oportet: prius autẽ de veraci. ¶ Atqꝫ
non de illo nunc dicimus: qui in stipulationibus verum dicit/ et in ijs que ad iustitiam
et iniustitiam pertinent. Hec enĩ ad aliam accõmodantur virtutem. sed de eo qui in qui-
bus hoc nihil refert: et in verbis et in vita ex eo vera dicit: quia habitu talis est. atqꝫ talis
equus et bonus esse videbitur. Qui namqꝫ verum amat/et in quibus nil refert vera di-
cit/is multo magis vera dicet: in quibus refert. vt turpe enim mendaciũ fugiet: quod et
91 per se fugiebat. Talis vero laudabilis est. ¶ Magis autem ad defectionẽ veritatis de-
clinat. hoc enim equabilius esse videtur: propterea ꝙ exuperationes sunt permoleste.
92 ¶ Sed qui res sibi maiores ꝙ insunt fingit/si nulli⁹ causa rei: prauo quidem est similis.
93 non enim mendacio gauderet. vanus tamẽ magis: ꝙ malus esse videtur. ¶ Sin alicui⁹
gratia: si glorie et honoris/non nimiũ est vituperãdus: vt arrogans. sin argenti/ et eorũ
que ad argentũ rediguntur: deformior est. Arrogans autem/non in potentia: sed in ele-
ctione consistit. habitu namqꝫ: quia talis est. arrogans est: sicut et mendax: quidam ipso
mendacio gaudens/quidam gloriam aut lucrũ affectans. Qui igitur glorie causa sunt
arrogantes: ea simulant pro quibus homines laudantur: aut beati esse dicũtur. qui ve-
ro gratia lucri: ea quorum vsus ad proximos trãsit/et que non inesse latere possunt. fin-
gunt enim se medicos: vel vates egregios. Quapropter plurimi hominũ talia simulãt:
ac arroganter sibi assumũt. sunt enim in ipsis ea que dicta sunt. ¶ At dissimulatores/at-
94 tenuantes sua: elegantiores moribus esse videntur. Non enĩ id lucri causa facere viden-
tur: sed fugientes tumiditatẽ. Maxime autem hi negant ea que sunt preclara. vt et So-
95 crates faciebat. ¶ Sed qui parua/manifestaqꝫ dissimulant: ij delicati simul / maliciosi-
qꝫ dicuntur. et facile sperni possunt. Atqꝫ id ipsum arrogantia videtur interdum. qua-
lis est Lacedemoniorũ vestitus. Nam et exuperatio/et nimia defectio: ad arrogantiã
pertinet. Sed qui moderate dissimulatione vtuntur/nec ea dissimulant que minus ante
96 oculos sunt et extant: gratiosi esse videntur. ¶ Aduersari autem arrogans ipsi veraci
videtur est enim dissimulatore deterior.

¶ Septimi capitis note. ¶ Stipulari/rogare. et stipulatio ꝓprie rogatio dicitur. et transfertur ad ro-
gationes que fiunt solẽniter. ¶ Electione/habitu electiuo. ¶ Negabat Socrates se aliquid scire: et se
fatebatur ignorare. Itaqꝫ scientiã rem preclarã sibi adesse negabat: non aũt negabat sibi adesse igno-
rantiam. ¶ Veritatis determinationem hoc in loco exsequitur Aristoteles. que virtus est qua quisqꝫ

Artaxerses et verbis et factis qualis sit/ palã declarat: verbis quidẽ ⁊ factis mediocritatem seruantibus. de qua virtute vt et precedentiũ nonnulla adducentur exempla. Artaxerses Persarum rex veritatem in suis militibus summopere exquirebat: et mendacium prosequebatur. Cum enim vnum deprehẽdisset mendacem: tribus clauis eius linguam perfodi iussit. verũtamẽ cũ in delicta supplicijs animaduerteret: summopere id curare volebat/ vt non tã pena q̃ medicina videretur. Gymnosophiste naturales quasdam coniectationes/ ad futurorum presagia curasse memorantur: et reuoluto quoqꝫ anno conciliũ populorum conuocabant/ et quid in illo anno futurum coniectassent: ordine denunciabant. ꝙ si quis in ijs que denunciauerat in mendacio deprehendebatur: aliorũ conuicio et maledicto multabatur/ et reliquam omnem suam vitam in silentio et tenebris exigebat. sic arbitrantes eum qui veritatẽ mendacio violasset: iustas silentio temerarie lingue dare penas. ꝙ si verba tantum puniũtur: tanto magis facta (vbi assunt) punitione digna sunt. Et quantũ patronis causarum in administranda iustitia/ ipsi iustitie famulatur veritas: tãtum iniustitie seruit mendaciũ/ iustitieqꝫ obest. quapropter Cicero clamat se nõ intelligere: cur qui sententiam pecunia corrũpit/ pena dignus sit: qui vero eloquẽtia/ laudem ferat. verum (inquit) mihi plus mali facere videtur: qui oratione / q̃ qui precio iudicẽ fallit. ꝙ pecunia corrumpere prudentem nemo potest: dicendo autem potest. Et ideo hec virtus iustitie administratoribus summe necessaria est/ summeqꝫ venerari debet/ neqꝫ vnq̃ violari/ remqꝫ vnq̃ committi tanto piaculo dignam. Alexander enim Macedo suis hostibus verus esse voluit: cui cũ Parmenio suaderet ex insidijs cum hoste esse pugnandum: respondit istuc quidem agerem: si Parmenio essem/ verum cum Alexander sim: aperto Marte censeo vincendum. Et idem: Fabricius ad Pyrrhum Epyrotarũ regem rhomanis infestissimum hostem/ fecisse memoratur. ad quem has commisit litteras. Nos pro tuis iiurijs inimiciter tecum pugnare studemus. sed communis exempli/ et fidei gratia visum est: vt te saluum esse velimus/ vt esses quem armis vincere possemus. ad nos enim venit Nicias familiaris tuus: qui preciũ peteret/ si te clam interfecisset. id nos negauimus velle: et ob eam rem quicq̃ cõmodi expectaret. et simul visum est/ vt te certiorem efficeremus: ne quid huiusmodi si accidisset: nostro consilio ciuitates id factũ putarent. quoniam rhomanis non placet: precio aut premio/ aut dolis pugnare. proinde tu nisi caueas: iacebis. Vale. hoc exemplo docemur tute omĩa illius fidei credere: qui verax est. mendacibus autem atqꝫ fictis minime quos scelerata mens/ impietasqꝫ semper comitatur. ¶ Et ideo hec virtus: mendaces/ et fictores hostes habet. quorum ex Juuenale aliqua deprehendite flagitia quibus tam facile et promptum est:

(Margin: Gymnosophiste; Cicero; Alexander; Parmenio; Fabricius; Pyrrhus; Juuenalis.)

Superos contẽnere testes
Si mortalis idẽ nemo sciat: respice quanta
Voce neget/ q̃ sit ficti constãtia vultus
Per solis radios/ Tarpeiaqꝫ fulmina iurat/
Et Martis frameã/ et Cirrei spicula vatis
Per calamos venatricis/ pharetrãqꝫ puelle/
Perqꝫ tuũ pater Egei Neptune tridentem
Adde et herculeos arcus/ hastamqꝫ minerue
Quicquid habẽt telorũ armamẽtaria celi.
Si vero pater est: comedã inquit flebile nati
Sinciput elixi/ pharioqꝫ madentis aceto.
Sunt qui fortune iam casibus omĩa ponant
Et nullo credũt mundũ rectore moueri:
Natura voluente vices: et lucis/ et anni.
Atqꝫ ideo intrepidi quecũqꝫ altaria tangunt.

Idem Et si mendacia forte non sunt tanti: vt alijs obsint: tales tamen mendaces vani sunt/ et talia mendacia ridiculos faciunt: quos idem autor damnat: vt Vlixem de Egypto/ et fictis periculis.

Nefas illic fetum iugulare capelle
Carnibus humanis vesci licet: attonito cũ
Tale super cenam facinus narraret Vlixes
Alcinoo/ vt mendax aretologus: in mare nemo
Hunc abicit seua dignũ/ veraqꝫ carybdi
Fingentẽ immanes Lestrigonas et Cyclopas.

Aristoteles. Juuenalis Verum hi (vt vult Aristoteles) id solum lucrãtur: vt cum verum dicant non eis credãtur. Et de fictoribus et Hypocritis idem poeta.

Rarus sermo illis/ et magna libido tacendi
Atqꝫ supercilio breuior coma (verius ergo
Et magis ingenue Peribonius: hũc ego fatis
Imputo qui vultu morbum / incessuqꝫ fatetur)
Horũ simplicitas miserabilis: his furor ipse
Dat veniam. sed peiores qui talia verbis
Herculis inuadũt: et de virtute locutis/
Criminibus tacita sudant precordia culpa.

Horatius Et horatius.

¶ Quãdocũqꝫ deos: vel porco/ vel boue placat
Jane pater clare dicit/ cũ dixit Apollo.
Labra mouet metuẽs audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere/ da sanctũ/ iustũqꝫ videri.
Noctem peccatis: et fraudibus obijce nubem.

¶ Septimum cap. nouem conclusionibus/et tribus diffinitionibus partitum est.
87 Septimi Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Nõ ab re fuerit de ijs que circa vera
et ficta: cũ verba tum facta versant̃ cõsiderare. ¶ Primo. nã arrogantie et dissimulatiõis mediocri-
tas(que et noie caret)circa eadẽ ferme versatur circa que et medius pauloante determinatus habitꝰ.
¶ Secundo. quia si ea determinauerimus: magis ea percipiemus que ad morum disciplinã pertinẽt.
¶ Tertio. qꝛ pleniꝰ virtutes ipsas mediocritates esse credemꝰ: vbi in singulis id quoq; ita exploratũ/
perspectumq; fuerit. cum itaq; de ijs qui in cõuictu ad voluptatẽ/dolorẽq; cõgrediũtur iam dictũ sit:
nunc ꝯsentaneũ apparet de veracibus et mẽdacibus/similiter et in verbis/ et operibus illorũq; fictiõe
88 esse dicendũ. ¶ Diffinitiones. Arrogans est qui preclara et ea que non insunt/ et maiora q̃ insunt: sibi
adesse fingit. Dissimulator contra: qui negat que sibi insunt/aut ea imminuit. Medius vero is est: qui
vnũquodq; quale ipsum est dicit/atq; ostendit/tam vita/q̃ verbis verax. is enĩ ea sibi inesse confitetur
89 que insunt/neq; maiora/neq; minora. ¶ Secunda conclusio. Verax laudabilis est/mendaces vero vi-
tuperabiles: et arrogans dissimulatore est vituperabilior. Nã fit vt ꝛ vera/ꝛ mendacia/et horum vnũ-
quodq; quispiam et alicuiꝰ et nullius rei causa faciat. nam quisq; qualis ipse est: talia et dicit et agit/
atq; taliter viuit: nisi alicuius gratia aliter ipse fingat. at mendaciũ per se quidẽ improbũ/ et vitupe-
rabile est. verum autẽ et probũ/et laudadile. igitur verax qui medius est: id verũ quod decet et dicẽs/
et agens cuius gratia oportet/et vt oportet: nimirũ laudabilis est. ꝛ mendaces vituperabiles/sed ma-
gis arrogans. nam et veraci dissimilior. et de vtroq; et veraci et arrogante amplius dicendum est. at
90 prius dicemus de veraci. ¶ Tertia cõclusio. Verax viro equo et bono assimilis est. De eo enim veraci
hoc in loco sermonem non agitamus: qu iudiciarijs interrogationibus/confessionibusq; verum dicit/
et omnino in ijs que ad iusticiam atq; iniusticiam pertinẽt. nam hic verax ad aliam accõmodatur vir-
tutem: qui aut vir probus/aut equus ꝛ bonus quomodocũq; placet vocetur. sed de eo hic intendimus:
qui in quibus hoc nihil refert: cum in verbis tum in vita/ex eo vera dicit/et agit: quia habitu talis est.
et ipse verax (si illi legũ autoritas cõmittatur) equus et bonus esse videbitur. nam qui verũ amat/ et
in quibus nihil refert vera dicit: tanto magis is vera dicet in quibus aliquid refert: vt et vir probus
ipse facit. et vbi refert(vt turpe) mendaciũ fugiet: quod et per se ipse fugiebat. nã tale laudabile. assi-
91 milatur igitur verax viro et equo et bono vt dictũ est. ¶ Quarta conclusio. Verax magis videtur ad
dissimulationem/veritatisq; defectionem declinare. nam id equabilius/congruẽtiusq; esse videt̃. quo-
92 niam exuperationes vituperabiliores sunt/atq; permoleste. ¶ Quinta cõclusio. Qui res maiores q̃
reuera insint: fingit/prauo similis est: sed vanus potius q̃ malus esse videtur. Nã si quodãmodo pra-
93 uus/similisq; prauo nõ esset: mẽdacio nõ gauderet ¶ Sexta ꝯclusio. Non omnes arrogantes: eque vitu-
perandi sunt. Nam qui maiora q̃ assint alicuius gratia fingit: vt glorie/aut honoris non multũ vitu-
perandus est vt arrogans. sed si id argenti/aut eorũ que ad argentũ reducũtur gr̃a agit: vitupabilior
est. arrogantem accipimus/non vt dicitur a potentia: sed ab electione. nam habitu/ꝛ quia talis existit
arrogans esse dicitur/sicut ꝛ mendax. et eorũ arrogantiũ(vt dictũ est) quidam mẽdacio gaudent glo-
riam querentes/quidam vero lucrum: qui autem glorie causa arrogantes existunt: ea ipi simulant/ac
fingunt: pro quibus homines laudãtur/et beati dicuntur. qui vero lucri aucupio student/ea fingunt:
quorum vsus ad proximos transit: et que latere possunt an ea nõ insint. vt fingunt esse medicos/ vel va-
tes egregios. Quapropter cum ea latere possint: q̃plurimi hominũ talia simulant/ et arroganter sibi
94 vendicant. sunt enim in q̃plurimis cupiditates: que dicte sunt. ¶ Septima cõclusio. Dissimulatores
qui sua attenuant: elegantiores moribꝰ esse videntur. Nam non id lucri causa facere videntur: sed ad
95 fastum/ tumiditatemq; fugiendam. et maxime omniũ hi sibi adesse negant: que preclara sunt/ quod et
Socrates faciebat. ¶ Octaua conclusio. Qui nimiũ vt qui parua/ manifestaq; dissimulant: delicati/
maliciosiq; sunt. Nam tales facile sperni possunt/et id ip̃m plerumq; ad arrogantem pertinere videt̃:
vt Lacedemoniorũ vestitus. Nam et exuperatio/et nimia defectio/dissimulatioq;: ostentationem quã-
dam/atq; arrogantiam habet. sed qui moderata dissimulatione vtuntur/ nec ea dissimulant que ante
96 oculos posita/nimium manifesta sunt: vrbani/gratiosiq; dicũtur. ¶ Nona conclusio. Arrogans ipsi
veraci magis aduersatur. Nam arrogans est ipso dissimulatore deterior.

Cap. VIII.

97 Cum autem sit et requies in vita: atq; in hac ipsa/ioco sese recreent homines/vi-
detur et hic esse quedam equabilis congressio: et dicendo / et audiendo ea que
oportet: et vt oportet ¶ Differt autem et dicendo inter tales: et audiendo tales.
98 atq; patet et in his exuperationem esse medij: et defectionem. ¶ Qui igitur in ridiculis
exuperant: scurre videntur esse ac importuni/affectantes omnino ridiculũ: et magis cõ-
iectantes facere risum: q̃ honeste loqui/et nõ afficere eum dolore: in quem facete dicũt.
Qui vero neq; dicerent quicq̃ ridiculi: neq; alios dicere paterẽtur: rustici/duriq; esse vi-
dentur. At is qui cum moderatione iocatur: comis/ atq; vrbanus vocatur: talem sane
moris iam habitum assecutus: vt ad bene/ recteq; iocandum sese flectere possit. huius-
cemodi nãq; motiones: mores ipsius esse vident̃. atq; vti corpora: sic et ipsi mores/mo-
tionibus discernũtur. Cũ aũt exundet ip̃m ridiculũ: plurimiq; ioco/ salibusue magis q̃
oportet gaudeãt: scurre quoq; eodẽ noĩe nũcupant̃: vt gratiosi/ elegãtes. Sed eos dif-
99 ferre/atq; nõ parũ/ex ijs q̃ diximꝰ cõstat ¶ Accõmodat̃ aũt huic habitui medio: et ipsa
dexteritas. Atq; ipsius est dexteri/ ea dicere et audire: que ad modestũ virũ/ liberalẽq;
accommodantur. sunt enim quedam/que ioco dicere et audire: talem hominem decet.

Atq ipsius liberalis iocus et eruditi: a seruilis ioco/rudisq differt. licet hoc tam in an-
tiquis: q in nouis comedijs intueri. quibusdam enim verborum obscenitas: quibusdā
potius subintellectio/ridiculum erat. atq hec non parum honestatis differunt ratione:
¶ Is ne igitur dicendus est recte facetijs vti: qui dicit ea que liberum hominem decet:
an is qui eum qui audit: dolore non afficit/ vel etiam delectat? An et hoc indefinitum
esse videtur. est enim aliud alij odio/et iucundum. talia autem et audiet. que namq fert
audiendo/ea videtur et facere. ¶ At non quiduis faciet. Etenim facetie: conuicia que- 100
dam sunt. ¶ Et legumlatores nonnulla conuicia dicere vetant. fortasse autem illos et
nonnulla prohibere facete dicere oporteret. vir itaq gratiosus/ac liber: ita sese habebit
quasi sibiipsi lex sit in ioco. Talis est igitur ipē medius siue dexter/siue vrbanus/siue co-
mis dicatur. ¶ Scurra autē a ridiculo superatur. Et neq sibi neq alijs parcit: modo mo- 101
ueat risum. eaq dicit: quorū nihil prorsus gratiosus ipē diceret: et aliqua que ne audire
quidem perferret ¶ Sed rusticus ad tales congressiones inutilis est. Quippe cum nec 102
ipse quicq afferat salis. et cū afferunt alij: egre/molesteq ferat. requies autem et iocus:
in vita necessaria esse videntur ¶ Tres igitur ee sunt quas diximus mediocritates in vi- 103
ta. Sunt aūt omnes circa verborum quorumdam/ actuūue cōmunem vsum. Sed dif-
ferunt q vna circa veritatem: cetere circa voluptatem versant. Atq harum altera qui-
dem est in ioco: altera autem in congressionibus relique vite consistit.

¶ Octaui capitis note. ¶ Comis/ vrbanus/ dexter. ¶ Liberalis/hic a libertate deducitur: liber/in-
genuus ¶ Hic de comitate exsequitur: que in ioco est et dicendo/et audiendo laudabilis mediocritas.
hec virtus prohibet vt nihil turpe aut verbo aut facto in iocis/facetijs/comedijs/et alijs recreationi-
bus vnq admittamus. hec virtus in sacris litteris habet citharas/psalteria/decachorda/habet hym-
nos quibus sanctorum pro solacio depromūtur fortia facta/habet publicas heroicarū eorum virtutū
Mirandula representationes. Et Comes Mirandula nostra etate properantius q studijs conduxisset nobis fato
ereptus: studio defessus hunc hymnū/ et similes: solitarius ad citharā canere solebat: et mēte pariter
emodulat9 magno in solacio lachrimas liq̄bat

Alme deus/summa qui maiestate verendus
Vere vnum in triplici numine numen habes.
Cui superexcelsi flammantia menia mundi
Angelici seruit turba beata chori.
Cuius et imēsum hoc/oculis spectabile nostris
Omipotens quondā dextra creauit opus.
Ethera que torques/ qui nutu dirigis orbem/
Cuius ab imperio fulmina missa cadunt.
Parce p̄cor miseris/nr̄as precor ellue sordes:
Ne nos iusta tui pena furoris agat.
Q; si nr̄a pari pēsentur debita lance/
Et sit iudicij norma seuera tui:
Quis q̄at horrendū viuentis ferre flagellū
Vindicis? et plagas sustinuisse graues.
Non ipsa irate restabit machina dextre:
Machina supremo non peritura die.
Que mens non prime dānata ab origine culpe/
Aut que non proprio crimine facta nocens?
At certe ille ipse es propriū cui parcere semper
Justiciamq pari qui pietate tenes/
Premia qui vt meritis longe maiora repēdis:
Supplicia admissis sic leuiora malis.
Namq tua est nostris maior clementia culpis:
Et dare non dignis res mage digna deo est.
Quamq sat digni: si quos dignatur amare
Qui quos nō dignos inuenit: ipse facit.
Ergo tuos/placido miserās p̄cor aspice vultu
Seu seruos mauis/ seu magis esse reos
Nempe reos/nostre si spectes crimina vite:
Ingrate nimium crimina/mentis opus.
At tua si potius in nobis munera cernas:
Munera: precipuis nobilitata bonis:
Nos sumus ipā olim tibi quos natura mīstros:
Mox fecit natos gratia sancta tuos.
Sed p̄mit heu miseros tante indulgentia sortis
Quos fecit natos gratia: culpa reos

Culpa reos fecit/sed vincat gratia culpam
Et tuus in nostro crimine/crescat honor
Nam tua siue aliter sapientia/siue potestas
Nota/suas mundo prodere possit opes:
Maior in erratis bonitatis gloria nostris.
Illeqꝫ pre cunctis fulget amandus amor.
Qui potuit celo dominum deducere ab alto
Inqꝫ crucem summi tollere membra dei.
Et male contractas patrio de semine sordes
Abluerit lateris sanguis/et vnda tui
Sic amor et pietas tua rex mitissime/tantis
Dat mala/materiam suppeditare bonis
O amor O pietas nostris bene prouida rebus
O bonitas serui facta ministra tui
O amor O pietas nostris male cognita seclis
O bonitas nostris nunc prope victa malis.
Da precor huic tanto qui semper feruet amori
Ardorem in nostris cordibus esse parem.
Da sathane imperiū (cui tot seruisse per annos
Penitet) excusso deposuisse iugo.
Da precor extingui vesane incendia mentis
Et tuus in nostro pectore viuat amor
Et cum mortalis perfunctus munere vite
Ductus erit dominum spiritus ante suum:
Promissi regni felici sorte potitus:
Non dominum/sed te sentiat esse patrem.

Sic itaqꝫ solatus ad solita studia redibat. cuius viri videndi illectus amore/ et Harmolai Barbari me glorior italiam petijsse. Et nūc ludi/et comedie non sint intemperantiū symposia/lenones/cantus parasyti/prurientiaqꝫ verba: sed quicquid suscipitur iocandum/id ad exemplum vite ducatur/ fiatqꝫ quod mandat Horatius.

Actoris partes chorus/officiūqꝫ virile Horatius
Defendat: neu quid medios intercinat actus
Quod non proposito conducat/et hereat apte.
Ille bonis faueatqꝫ/et concilietur amice
Et regat iratos/et amet peccare timentes
Ille dapes laudet mense breuis/ille salubrem
Iustitiam/legesqꝫ/et apertis ocia portis.
Ille tegat commissa/deosqꝫ precetur et oret:
Ut redeat miseris/abeat fortuna superbis
Nec pueros coram populo Medea trucidet
Aut humana coquat corā exta nefarius Atreus

Et quelibet virtus: suos habeat ludos. et sint procul pyrgi/et alea pernox/ et ludi illiberales omēs/et intemperantes: et vt obscene representationes/simulateqꝫ crapule. ob quales voluit Scipio totā gentem ludicram/scenicamqꝫ omni honore carere: et a tribu notatione censoria āmoueri. hec virtus scurrilitatem et rusticitatem habet contrarias. que in numeris modis: tum dicendo/tum agendo/ tum representando fieri possunt. et sub scurrilitate continentur quedam leuia studia que solent stultorū aspectum detinere: haud aliter ꝙ pharmacorū venditores/ histrionesqꝫ/ et circulatores. quorum autores Alexander magnus nos contemnere docuit. Nam cum quidam ciceris grana ex longo spacio in perforatam acum sine frustratione confestim insereret: irrisit Alexander autorem/ et eum ciceris modio donari precepit: industrie leuitatem designans/et merito. tales enim homines ludibrio potius habēdi sunt: ꝙ aliquo munere honestandi/quando quidem hec omnia scurrilia sunt. Agrestis fuit atqꝫ rusticus Thimon atheniensis: de quo in secundo: vbi de inuidis. Scipio Alexander

¶ Octauum cap. sex conclusionibus/ et tribus diffinitionibus partitum est.

97 Octaui Capitis commentarius ad litteram. ¶ Prima conclusio. In congressionibus/ cōmunicationibusqꝫ hūanis/est quedā altera virtus media circa iocos: et dicendo/et audiendo que oportet/atqꝫ vt oportet. ¶ Primo. qꝛ interdū vita quiete relaxāda est: in qua ioco sese pariter recreare solēt hoīes. consentaneum est igitur hanc cōgressionē equabilē esse: et mediā esse virtutē in ioco dicēdo/audiēdoqꝫ que oportet. ¶ Secūdo. decet inter alios alia dicere: et decet alios alia audire. igitur in hmōi iocandi
98 consuetudine est excessus/mediū/pariter et defectus: est igit̃ in hmōi cōgressionibus quedā talis ordinanda media virtus. ¶ Diffinitiones. Scurre sunt qui magis ꝙ oportet: risum mouere student. et hi importuni sunt hoībus/atqꝫ molesti. nam nihil aliud ꝙ ridiculū aliquod meditantes: cogitāt magis risum facere/ ꝙ honeste loqui: neqꝫ curant sua dicacitate/ tristicia afficere eū ipsum de quo iocantur. Rustici/atqꝫ agrestes sunt: qui nec quicꝙ iucundum dicunt/neqꝫ dicētes ferunt. Comis/at vrbanus dicitur: qui iocādo et dicēdo/et audiēdo moderatione vtitur. Nec iniuria. nā iam talē moris habitum habet vt ad bene/ vrbaneqꝫ iocandū sese flectere q̄at. et hmōi vrbana dicta: ipi ꝯsuetudinaria esse vidētur. et quēadmodū corpora suis motibꝫ discernūtur: ita quoqꝫ et mores animi ex opatiōibus discernimus. verū cū nonnūꝙ ridiculū exundet: ratione/moduqꝫ excedat/ plurimi plus equo: ioco/ salibusqꝫ

gaudētes:scurras:comes/vrbanosqꝫ appellant/ipósqꝫ vt gratiosos/elegātesqꝫ habēt. verūtamē scur-
ras et vrbanos ex ijs que dicta sunt differre/ et non parum quidem: satis cōstat. ¶ Secūda cōclusio. 99
Est dextri ea dicere/et ea audire que ad virum modestum/liberalemqꝫ attineāt. Medio enim habitui
dexteritatis nomen accōmodamus. ⁊ sunt que dicere et audire decet modestum/liberalemqꝫ virum/et
viri liberalis et eruditi iocus: a ioco seruilis/ineruditiqꝫ differre debet:quod plane licet tam in vetu-
stis/ꝙ̄ recentioribus comedijs intueri. nam his verborum obscenitas ridiculū erat : illis vero que-
dam subintellectio potius.et hoc non parum ad honestatem referre putandū est ¶ Secūdo recte ne is
facetijs vtitur qui ea dicit que liberū hominē decet: an is qui audientem dolore non afficit/ at potius
delectatione mulcet/an qui promiscue hec faciet:ꝙ aliud alij triste sit/aliud vero alteri iucundū? mi-
nime profecto.nam neqꝫ promiscue atqꝫ absqꝫ vllo discrimine/talia audiet.at dexter que fert audien-
do:et eadem rationabiliter facere videtur.hec enim/sunt que ⁊ dicere et audire decet liberum hoīem.
¶ Tertia cōclusio. Dexter nō omibus facetijs vtetur. ¶ Primo. quia facetie quedam cōuicia sunt. 100
legum autem latores conuicia dicere vetant.et forte legūlatores deceret prohibuisse conuiciari iocā-
do.igitur vir comis a talibus abstinebit/ atqꝫ ita vir vrbanus ac liber seipm̄ cōstituet:vt ipse in ioco
sibi ipsi sit lex. et re vera talis est medius siue nūc dexter/nūc vrbanus/nūc comis appellet᷑. ¶ Quar- 101
ta conclusio. Scurra autem penitus contra agit atqꝫ comis. Nam a ridiculo superatur: neqꝫ sibi ipsi
neqꝫ alijs parcit:modo eliciat risum.et ea dicit quorum nullum vrbanus/ gratiosusqꝫ diceret nunqꝫ/
et aliqua dicit que nec ipse quidem de se dici perferre valeret. ¶ Quinta cōclusio. Rusticus ad vrba- 102
nos cetus inutilis est. Nam ipse nec quicqꝫ affert salis/honestiqꝫ recreamenti.et cū afferunt alij:egre/
molesteqꝫ fert. at huiusmodi congressiones: quietis et relaxationis sunt gratia. sunt enim requies/ et
iocus in vita necessaria. ¶ Sexta cōclusio. Tres nuper determinate virtutes inter se conueniūt/ atqꝫ 103
inter se differunt.conueniūt quidem.nam omnes sunt circa quendam cōmunē vsum verborum/et ope-
rationum.differunt vero nam vna circa veritatē:et due altere circa voluptatē versantur. hec in ioco/
illa vero in reliquis congressionibus vite consistit.

Cap. VIIII.

De verecundia autem vt de aliqua virtute dicere nō oportet. Est eni affectui ma- 104
gis ꝙ̄ habitui similis. ¶ Itaqꝫ diffinitur timore: timorqꝫ dicitur dedecoris qui-
dam.et fit perinde atqꝫ circa res formidolosas timor fieri solet.nam qui verecū-
dantur erubescunt:qui timent mortem:pallescunt. Vtrūqꝫ igitur ad corpus quodam-
modo accōmodatum esse videtur/quod quidem magis ad affectum videtur:ꝙ̄ ad ha-
bitum pertinere ¶ Non autem ad quāuis etatem is affectus:sed ad iuuenilem accōmo- 105
datur. Censemus enim eos/ qui huius etatis sunt: verecundos esse oportere. vt cū non
sine perturbatione viuant:multūqꝫ ob hoc peccent/a verecūdia prohibeātur delinqre.
¶ Atqꝫ laudamus quidē iuuenū eos qui sunt verecundi:sed nemo ex eo seniorē hoiem
laudabit:quia est verecūdus. Nihil enim eorū ipm̄ oportere censemus agere: pro qui-
bus emergere verecundia solet. ¶ Neqꝫ enim homini probo verecūdia cōpetit:quippe 106
cum pro rebus improbis fiat. Non eni sunt res tales agende. ꝙ si quedam reuera:que-
dam opinatione sunt turpes:nihil refert.neutre namqꝫ sunt agende.quare non est vere-
cundandum. ¶ Sed improbi est et talem esse/vt aliquid turpe agat:probum autē ideo
quempiam esse putare/quia ita se habet:vt si turpe quid egerit verecūdetur/absurdum
est sane. verecūdia nāqꝫ fit pro iis que sua spōte quispiā facit. sed nunqꝫ sua sponte vir
bonus res aget turpes. ¶ Fuerit aūt verecūdia probum:ex suppositione.nam si egerit/ 107
verecundabitur. Hoc autem ipsis virtutibus non est. ꝙ si impudentia/et quēpiam non
pudere res turpes agentem improbum est:nihilo magis ob idipsum probum erit quē-
piam res turpes agentē verecundari. ¶ Atuero neqꝫ continentia virtus est:sed est que-
dam permixta.ostendetur autem de ipsa posterius. Nunc de iustitia dicamus oportet.
¶ Noni capitis note. ¶ Iuuenes/adolescētes. ¶ De verecundia que inter passiones enumeratur/sed
laudabiles/hic prosecutionem facit Aristoteles.laudabilem enim eam esse/⁊ future probitatis signū:
Laertius multa sunt exempla. Diogenes Cynicus cum adolescentem rubore perfusum conspiceret:confide in-
Diogenes quit. O fili/huiusmodi enim virtutis est color. Et Xenophon/adolescēs verecūdus fuit/et vltra ꝙ̄ dici
Xenophon potest speciosus.cui cum obuiasset in angiporto Socrates:porrecto baculo transire prohibuit.et per-
Socrates contanti vbi nam venirent que vsibus humanis accōmoda forent : cum ad singula scite respondisset
puer/rursus percontante Socrate vbi nam boni ac probi homines fierent? tacuit ac erubuit.tunc he-
renti illi Socrates inquit:sequere me igitur/et disce.hunc secutus:factus est Socratis auditor semp
mitis/et placidus:et qui omnibus adolescentibus exēplo esse possit: presertim litterarū studia sequē-
Lycon tibus. Lycon Troadensis Stratonis auditor dicere solebat:necessarium esse pueris pudorem/et lau-
Strato dis studium adiungere:velut equis calcar/atqꝫ frenum. Et ꝙ̄ verecūdia future probitatis laudabile
signū est:tam ipudentia omni etati dedecori est. cui id Hesiodi nō absurde accōmodari posse videtur.
Est quoqꝫ turpe aliud vetitum:fuge pessima fame
Nomina:fama malum est facile in sublime leuatum.
Et hanc famose vite notā:ab ineūte etate impudentia parit. Stupiditas autē pusillanimitati seruit.
¶ Nonum cap. quattuor conclusionibus partitum est.

104 Noni capitis Cõmentariꝰ ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Verecũdia inter virtutes locanda nõ est.
¶ Primo quidem quia verecũdia affectui/ q̃ habitui simílior est. ¶ Secũdo. quia verecũdia timore
diffinitur. est enim verecũdia quidã dedecoris timor. et fit ille timor circa dedecus: pene cõsimiliter vt
circa res reformidandas timor fieri solet. nã qui verecundant̃ erubescunt: qui vero mortẽ inhorrescũt/
pallent. vnde fit vt vtrũq̧ ad corporeã passionẽ/ accõmodatũ cognoscat̃: quod magis affectui q̃ habi=
105 tui cõsentit/ simileq̧ est. non igit̃ verecũdia inter virtutes asciscenda est ¶ Secũda cõclusio. Verecun=
dia non omni etati: sed iuuenili apta cõgruit. ¶ Primo. nã eos qui iuuenilẽ degunt etatẽ: censemꝰ ve=
recundos esse oportere. vt (cũ non sine perturbatione viuant/ multumq̧ ob hoc peccent) a verecundia
prohibeãtur delinquere. ¶ Secũdo. nos iuuenũ eos laudamus: qui verecũdi sunt. at vero senẽ nemo
laudabit: q̄ verecundus sit. nã ipsũ nichil eorũ agere oportere nos arbitramur: vnde verecundia solet
106 emergere. ¶ Tertia conclusio. Probũ hominẽ minime verecũdia decet. ¶ Primo. nã verecũdia pro
rebus improbis fit. atqui a viro probo tales res agẽde nõ sunt. verũ cũ quedã re vera sint turpia/ que=
dam vero hoim opinione turpia: de quibus hic intelligat̃/ nichil refert. nam neutra sunt agẽda. nõ est
igitur ipsi viro probo verecundandũ. ¶ Secũdo. Improbi est talẽ esse vt aliquid turpe agat. non aget
igit̃ vir probꝰ aliquid turpe. et absurdũ sane est putare aliquẽ ideo probũ esse: quia ita sese habeat/ vt
si turpe quicq̧ commiserit verecundetur. nam verecundia pro ijs fit que sua sponte quisq̧ facit. at vir
107 probus nunq̧ sua sponte res aget inhonestas/ turpesq̧. ¶ Sed dicet aliquis viro probo verecundiam
aliquid probum esse saltem ex suppositione: quia si quis turpe egerit: verecundari probum est. minime
ita est. Nã in virtutibꝰ nichil est vnde verecũdari dignũ sit. et contra ĩpudentia quiddã improbũ est: cũ
quis turpia ꝯmittat/ nõ aũt pudeat. attamẽ ꝑpterea non sit ꝓbũ aliquẽ/ res turpes agentẽ verecũdari.
sed de verecũdia hactenꝰ. et vt verecũdia virtus non est: ita continẽtia nõ est virtus/ sed nonnichil ra=
tionis/ perturbationisq̧ habet ammixtũ: verum de ea posterior sermo nobis est habendꝰ. et nũc de iu=
stitia potius est aggrediendũ.

Quarti Ethicorum Aristotelis finis.

1 E iustitia autẽ et iniustitia cõsideremꝰ oportet: circa quales actꝰ versant̃/ et
qualisnã mediocritas sit ipsa iustitia: et inter q̃ iustũ ipsũ medium est. atq̧
D hec consideratio eundẽ seruet modũ doctrine quo antea dicta cõsideraui=
2 mus. ¶ Videmꝰ itaq̧ oẽs talẽ habitũ dicere iustitiã velle: quo hoĩes apti
sunt ad res iustas agendas/ et quo iusta agunt/ et volunt iusta. Eodẽ modo
talẽ habitũ et ipsã iniustitiã dicere/ quo iniurias agũt hoĩes/ resq̧ volunt iniustas. qua=
3 propter et nobis hec primũ vt in figura subijciantur. ¶ Non enim in scientijs/ et poten=
tijs/ atq̧ habitibus res sese habet eodem modo. Eadẽ nãq̧ potẽtia scientiaq̧ cõtrario=
rum esse videtur. sed contrarius habitus non est contrariorũ/ nempe a sanitate sana dũ=
taxat: et non contraria fiunt. dicimus enĩ quẽpiam ambulare sane: cũ perinde ambulat
4 atq̧ sanus. ¶ Sepe igit̃ cõtrarius habitꝰ ex cõtrario cognoscit̃: sepe etiã habitꝰ ex sub=
iectis. Nã si bona corporis habitudo sit nota: et ipsa mala corporis habitudo fit mani=
festa. Et ex ijs que bonã habitudinẽ efficiunt corporis ipsa bona habitudo fit nota: et
ex ipsa rursus ea que faciunt ipsã. si enĩ habitudo bona sit spissitas carnis/ et malã habi=
tudinem raritatem esse carnis: et id quod efficit habitudinẽ bonã/ efficere spissitatem in
5 carne: necesse est. ¶ At vero plerumq̧ sequitur si alterum pluribꝰ modis dicatur/ et al=
terum pluribus dici. vt si iustũ: et ipsũ iniustũ. Videtur autẽ tam iustitia q̃ iĩustitia plu=
ribus modis dici. sed quia ꝓpinqua est ipsarũ equiuocatio: latet/ et non ita vt ijs que lon
ge distant: est manifesta. Multũ enĩ talia differunt forma. patet enĩ clauẽ equiuoce dici
6 et eã que sub collo est animalium: et eã qua hostia claudunt̃. ¶ Sumat̃ igit̃ quot iniu=
stus dicitur modis. Atq̧ videtur iniustus esse: et qui a legibus exorbitat et qui plus ca=
pit: atq̧ iniquus. quare patet et iustum esse eum qui legitime facit: et eum qui equus est.
Iustum ergo est quod est legitimum: et quod est equum. Iniustũ vero quod est contra
7 leges: et quod est iniquum. ¶ Cum autem iniustus/ et pluris sit auidus: non erit ipẽ cir=
ca omnia bona. sed circa ea dumtaxat in quibus consistit prospera fortuna/ atq̧ aduer=
sa: que simpliciter quidẽ semper sunt bona/ alicui vero non semper. homies autẽ illa sibi
optant/ atq̧ persequunt̃. at non oportet. Sed optare quidẽ ea que sunt simpliciter bo=
8 na/ et sibiipsis esse bona: expetere autẽ ea que sibiipsis sunt bona/ oportet. ¶ Iniustꝰ au=
tem non semp plus/ sed minus etiã expetit in ijs: que sunt simpliciter mala. Sed quia vi
detur et minus malum quodã modo bonũ esse: et plus habendi cupiditas ipĩꝰ est boni/
9 fit vt pluris ob idipsũ videatur auidus esse. ¶ Est autẽ iniquus (hoc enĩ continet: et est
commune) et legũ transgressor. hoc enĩ/ legũ inq̧ trãsgressio: id est iniquitas/ omnẽ in=
10 iustitiã continet. et est ad iniustitiã oẽm cõmune. ¶ Cũ autẽ legũ trãsgressor sit iniustꝰ:
qui vero legitime facit iustꝰ: constat oĩa legitima esse quodã modo iusta. ea nãq̧ q̃ a fa=
cultate ferendarũ legũ sunt definita: legitima sunt. et horũ vnũquodq̧/ iustũ dicimꝰ esse.

¶ Ipse autẽ leges de omnibus dictant: coniectantes aut cõmunẽ oĩm vtilitatẽ/ aut op- 11
timorũ/ aut principũ: vel virtute/ vel aliquo alio tali modo. Quare vno modo dicimus
iusta ea que felicitatẽ/ eiusqꝫ partes societati ciuili efficiunt et conseruant. Precipit autẽ
lex et ea agere: que ad virũ pertinent fortẽ. vt non deserere locũ in acie/ non fugere/ non
abijcere arma. Et item ea que sunt tẽperantis: vt non committere adulteriũ non libidi-
ne vti. Et etiam ea que sunt mansueti. vt non pulsare/ non conuicia dicere. Et in ceteris
identidẽ virtutibus atqꝫ vicijs: alia iubens/ alia vetans. recte quidẽ ea que recte posita
est: deterius autẽ ea que inconsulte est exarata ¶ Hec igiẽ iustitia perfecta quidẽ est vir- 12
tus: at non absolute. sed ad aliũ. atqꝫ ob idipsum iusticia preclarissima persepe virtutũ
esse videtur. Et neqꝫ est hesperus ita/ neqꝫ lucifer admirabilis. Et prouerbio dicere cõ-
sueuimus.
Justitia in sese virtutes continet omnes.
¶ Atqꝫ perfecta maxime virtus est: quia pfecte virtutis est vsus/ idqꝫ est ex eo quia non
ad se solũ sed ad aliũ etiã is qui ipsã habet: vti virtute potest. Complures enĩ in ꝓprijs
quidẽ vti possũt: sed in ijs q̃ sũt ad aliũ nequeũt. Et propterea sententia Biantis illa be-
ne sese habere videtur: magistratus virũ ostẽdit. ad aliũ enĩ est: et in societate iã ipe ma-
gistratus consistit. Ob id autẽ ipsũ et alienũ bonũ ipa iustitia sola virtutũ esse videẽ: q̃a
ad aliũ est. agit enĩ ea que alij vel principi/ vel reipublice conferunt ¶ Pessimus igitur 13
est qui ad seipsum et ad amicos vtitur prauitate. Optimus autẽ non qui ad seipsũ: sed
qui ad aliũ vtitur ipsa virtute. hoc enim est opus difficile. ¶ Hec igitur iustitia nõ pars 14
virtutis: sed tota est virtus. Similiter et iniustitia huic cõtraria non vicij pars: sed totũ
vicium est: quid autẽ interest inter hanc iustitiã et virtutẽ ex ijs que dicimus ignotescit.
Sunt enim idẽ: esse autẽ non est idẽ. Sed quo quidẽ est ad aliũ/ est iustitia: quo vero ta-
lis est habitus simpliciter/ virtus

¶ Primi capitis note. ¶ A claudo clauis qua clauduntur hostia. ⁊ clauis sub collo animaliũ q̃ gut-
tura claudat/ species angine. ¶ Precari debemꝰ que simpliciter bona sunt vt et nobis bona sint. imo
vt vult Satyricus.
Juuenalis Orandum est vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posse animum mortis terrore carentem:
Qui spacium vite extremũ inter munera ponat
Nature/ qui ferre queat quoscunqꝫ labores.
Nesciat irasci/ cupiat nichil. et potiores
Herculis crũnas credat/ seuosqꝫ labores:
Et venere/ et cenis/ et plumis Sardanapali.
Monstro quid ipse tibi possis dare: semita certe
Tranquille per virtutem patet vnica vite
Ergo virtutes/ et virtutũ officia/ ipsãqꝫ pulcherrimã sapientiã rogemꝰ/ nitamurqꝫ totis viribꝰ vt il-
la assequamur. ¶ Simpliciter mala secundũ se/ in se: vt pene/ publica onera/ vectigalia: in quibus fit
Bias quodãmodo bonorũ: aut nature/ aut fortune priuatio. ¶ Bias Prienius/ vnus septẽ sapientũ qui tri-
podem aureũ habuit: cui inscriptũ erat sapienti. sed recusauit/ illũ ad Apollutẽ remittens: testans il-
lum esse sapientẽ. ¶ Justitia legitima/ iustitia omnino cõpleta atqꝫ perfecta ¶ Totus hic liber de iu-
stitia ꝓsequitur: qua virtute iusta operamur/ iusta volumꝰ / facimusqꝫ. virtutũ quidem preclarissima
Eurypides qua(vt inquit Eurypides) neqꝫ lucifer/ neqꝫ hesperus eque admirabilis est vnicuiqꝫ quod suũ est tri-
buens/ et que sunt dei deo/ et que sunt Cesaris Cesari/ et que sunt parentũ parentibus: ad omnia sese
diffundens et vbicunqꝫ attigerit saluans oĩa que bona sunt. mala autẽ aut emendans aut disperdens.
Xenophon Et Xenophon/ regẽ Persarũ admonebat vt sub suo imperio ita iustitiã discerent: vt apud alias gen-
Perse tes litteras/ ac bonarũ artiũ studia. vt suos ciues a puero ita iustitie studijs institueret: vt nihil inho-
nestum, nichil turpe/ nichil iniustũ appetant. et in primis cognoscere primũ iustitie munꝰ pietatẽ esse ĩ
deũ. Secundũ principi et sanctis legibꝰ obedientiã. Tertiũ salutẽ ciuiũ/ ciuitatisqꝫ incolumitatem.
Quartũ pia in parentes officia. Quintũ singulorũ vitã quietã/ ac beatã. ¶ Et nulla neglĩgẽtia iusti-
Philippus tiã violare oportere suo exemplo prodidit Philippus Macedonũ rex: qui cũ Machete causã quã ne-
Macheta gligentius audiuerat: perperã iudicasset/ et exclamaret Macheta ac se prouocare diceret/ iratus rex
ad quẽ prouocas ait? At ille ad teipsũ inquit: cũ attentius me ipsũ audieris. et paulopost cũ ad se re-
dyssẽt/ diligentiusqꝫ rẽ ipsã cogitasset: sententiã mutauit Philippus/ et Machete iura neutiq̃ per su-
am desidiã pessundari passus est. ¶ Qui sancta iustitie iura violant expedit illis faciundũ: quod poe-
Marsias te factum canunt Marsie. Quod et rex Cambyses de Sisanne vno suorũ iudicũ: quoniã iniuste ob pe
Cambyses cuniam iudicasset/ exemplo monstrauit. cui detrahi coriũ precepit et eo detracto eius tribunal insterni
Sisanues ibidẽqꝫ eius filiũ Otanem sedere iudicem iussit/ atqꝫ in memoria habere: quo in tribunali iudicaret.
Otanes Et hanc virtutẽ violatam vindicant / vleiscunturqꝫ diuina flagella. quod et verum esse sepius iã com
Hesiodus pertum est/ et quod canit Hesiodus.
Justitie sacra iura domant genus omne malorum.

Illa quidem virgo est supero Joue nata parente
Nomine clara suo/cetuq; verenda deorum.
Quam si quis violet: lachrimans sua fata parentis:
It Jouis ante pedes/et lamentabile fundens
Humanos queritur mores/ac debita poscit
Supplicia in populos. tu iudex causa malorum
Qui violas sacra iura dee: iam dirige mentem
Jus cole/in alterius te nulla pecunia vertat
Damna. nocet sibi qui cuiq; nocet/et male suadet.
Mox his subiungit. Paulatim corruit ille
Dijs inuisus homo: cui mens intenta rapinis
Inuigilat/qui ius violat. stat pena nocenti
Post obitum.

Scribit Josephꝰ qui bello iudaico interfuerat: vndecies centena millia gladio/et fame perijsse ob dāna tū insontē. et iā interfectorū posteritas ꝑ mille et quingētos annos ferme: vaga/sensus inops peregrinat exul. et tādiu illi inditū est exiliū: quousq; principem pacis agnoscat: ꝓ quo tot secula passa est exterminiū. in quo sola salus/solaq; libertas. Et ex īpietate nichil aliud expectēt: q̄ quod Bion Borystenites de impia Epicureoꝝ secta est expertꝰ. diuinorū enim prouidentiā esse negabat/et sacrificātes irridebat. qui cum graui morbo/ac longo tabescēs torqueret: hostijs supplex nares admouit/peccaui dixit: vetera diluite. anui collum porrexit per nomina deoꝝ excantandū. rhannū/et lauri ramum ianue imposuit/cuncta magis perpeti q̄ mori paratꝰ. sed cū nihil ꝓficeret: totus vstus/totusq; carbo/salue inquit Pluto/salue: sicq; impiā flagiciorū tortori exsoluit aīam: hunc itaq; in modum expectent saluere Plutonem: qui deū celi pia mēte confiteri nesciūt/puroq; cultu colere. ¶ Et qui iustitiā alijs volunt ministrare: sepe mente reuoluant Satyrica precepta. Josephus Judei Bion Laertius Juuenalis

Expectata diu tandē prouincia/cum te
Rectorem accipiet: pone ire frena/modumq;.
Pone auaricie/miserere inopum sociorum/
Aspice quid moneant leges/quid curia mandet.
Premia quanta bonos maneant/q̄ fulmine iusto
Et Capito et Tutor ruerint mandante senatu.
Ast illis quos arma tegunt/et baltheus ambit:
Quod placidum est illis prestatur tempus agendi
Nec res atteritur longo suflamine litis. Id enim vltimū summopere in administratiōe iustitie est conquirendum.

¶ Primū cap. duodecim conclusionibus/duabus diffinitionibus/et modis iniusti partitū est
1 Primi capitis Cōmentariꝰ ad litterā. ¶ Prima conclusio. Expedit hoc in loco de iustitia/et iniu-
stitia cōsiderandū: circa quales actꝰ existant/et qualis mediocritas iustitia sit/ et inter que iustū ipsū
mediū est. Nā hec cōsideratio nobis eundē doctrine modū seruabit: quo ante vsi/nos ipsi obseruauimꝰ.
2 ¶ Diffinitiōes. Justitia est habitus quo homines ad res iustas agendas apti sunt: et quo iusta agūt/
voluntq; iusta. Iniustitia est habitꝰ quo iniurias agūt hoīes/resq; volunt iniustas. et oēs ita esse con-
sentiunt. quapropter et nos hic figura quadā/et ne dū plane elaborata declaratiōe: ita esse supponamꝰ
3 ¶ Secūda conclusio. Justa et iniusta non ab eodē habitu proficiscuntur. Nā in scientijs/potentijs/et
habitibus haud quaq; simile est. eadē enim cōtrariorū scientia/et potentia est. at vnus habitꝰ nō est cō-
trariorū effectiuus. a sanitate namq; sana dūtaxat et non egra fiunt/atq; ꝓficiscunt. igit iusta/ et iiu-
4 sta non ab eodē habitu ꝓficiscunt. ¶ Tertia conclusio. Ex iustitia cognosci potest iniustitia: atq; ipsa
eadē ex obiectis/rebusq; ipsis circa quas versantur deprehendi possunt. Nā persepe contrariꝰ habitꝰ/
ex suo cōtrario deprehendit: ⁊ persepe ex suis obiectis. vt si bona corporis habitudo nota sit: protinus
et ipsa corporis mala habitudo ignotescit. et bona corporis habitudo ex ijs que ipsā efficiunt: nota est
et non modo id/ verū et contra ex bona habitudine: deprehendūtur ea/que ipam efficiūt. si enī bonam
corporis habitudinē dixeris esse spissitudinē/densitatēq; carnis: notū ꝓtinus erit malā habitudinem
esse carnis raritudinē. et si nota sint que bonā efficiunt habitudinem: et ipsa carnis spissitas nota erit.
nichil igit ꝓhibet ita in iustitia esse/et in iniustitia vt alterū ex altero/et ex rebꝰ subiectis deprehendā-
5 tur. ¶ Quarta cōclusio. Justitia et iniustū non vno modo dicunt. Nā vt plurimū sequi videmꝰ si vnū
oppositorū multipliciter dicit/et alterū multipliciter dici. vt si iustū multis modis dicatur/pariter et
iniustū. atqui iustitia/et iustū multis modis dicunt. non igit ab re fuerit et iniustitiā/et iniustū multis
modis dici. verūtamen quia ipsorū propinqua est equiuocatio: iccirco nos magis latet/neq; vsq; adeo
manifesta est: vt equiuocatio eorū que longe distāt. nā longe distantia multū specie differūt: vt īsignis
6 est equiuocatio clauis que sub collo animaliū est: et que hostia vicissim reserat/atq; claudit. ¶ Modi
iniusti. Primo iniustꝰ est qui a legibꝰ exorbitat/atq; contra eas cōmittit. Secūdo. qui plus q̄ oportet
accipit: et hic appellat iniquus. Quo fit vt iustus cōsimili modo bifariā dicatur. primo qui legitime
facit/ac secundū leges viuit. Secūdo qui equus est: nichil amplius q̄ dignū est accipiens. est itaq; iu-
7 storū illud legitimū: hoc vero equū. et iniustorū similiter illud contra leges. atq; hoc iniquū. ¶ Quin-
ta conclusio. Cū iniustꝰ pluris q̄ par sit habēdi sit auidus: id tamen illi non circa oīa bona contingit.
Nā illa habēdi sitis/atq; cupiditas: solū illi obuenit circa illa bona in quibus ꝓspera/aduersaq; for-
tuna locū habent. que quidē semper in se bona sunt: alicui vero non semper. ⁊ homines illa sibi semper
precantur/et querūt. at non ita oportet: sed p̄cari quidē vt ea que simpliciter bona sunt: sibi ipis bona
8 sint. atq; que sibiipsis prosint/bonaq; sint: expetere oportet. ¶ Sexta cōclusio. Iniustus non semꝑ plꝰ:
sed interdū minus expetit. vt in simpliciter malis. verū quia minus malū quodā modo bonū esse vide-

tur/et plus habendi cupiditas itidem ipsius est boni:icc irco iniustus apparet semper pluris auidus.
¶ Septima cōclusio. Iniquus/legū est transgressor. Nā legū transgressio iniquū continet/et cōmune 9
est.et iniquitas idipsū est quod legū transgressio;siquidē legū transgressio iniustitiā cōtinet oēm/ oiqꝫ
iniustitie cōmunis est.iniquus igit legū trāsgressor est. ¶ Octaua ꝯclusio. Oia que a legibꝰ ꝓficiscū= 10
tur:quodā modo sunt iusta.et que ꝯtra leges sūt:quodā modo iniusta. Nā qui leges transgredit : iiu=
stus est.et qui legitime viuit:iustus.oia igitur a legibus ꝓfecta quodā modo sunt iusta.ea enim que a
facultate ferendarū legū sunt decreta:legitima sunt/et eorū vnūquodqꝫ iustum esse dicimus. ¶ Nona 11
conclusio. Justa vno modo dicēda sūt que ꝑtineāt ad felicitatē faciendā/conseruādāqꝫ:et eius partes
in societate ciuili. Nā leges ipse de omnibꝰ decernūt/cōiectātes aut omniū rex vtilitatē/aut optimo=
rū/aut principū/et id vel virtute vel aliquo alio simili modo parari intendūt.precipit enim lex ea age=
re que ad fortē virū pertinent:vt non deserere locū in acie/nō fugere/nō arma abijcere.precipit et ea q̄
sunt temperantis:vt non adulteriū cōmittere/non libidine defluere.et ea que sunt māsueti vt non pul=
sare/non cōuicia/iurgiaqꝫ exercere:et cōsimili modo in alijs virtutibꝰ/et vicijs:alia iubēs/et alia ve=
tans.et hec quidē oia recte/ea facit lex:que bene posita fuerit/deteriꝰ aūt que incōsulte/incōsiderateqꝫ
lata fuerit.nichil mirū igit ea iusta vno modo dicenda esse:que ad felicitatē faciendā/conseruādamqꝫ
pertineant:atqꝫ eiꝰ partes/in ciuili societate. ¶ Decima cōclusio. Justitia legitima preclarissima vir= 12
tutū esse videt. ¶ Primo.nā iustitia legitima virtꝰ perfecta est nō modo absolute/simpliciter et ad se
solū:verū et ad alterū.et neqꝫ hesperus neqꝫ lucifer vsqꝫ adeo admirabilis est. et vt prouerbio dicitur
in se iustitia virtutes ꝯtinet oēs.merito igit virtus preclarissima est. ¶ Secūdo Cuius/perfectissime
virtus vsus est:et ipsa quoqꝫ virtus maxime perfecta est.iustitie aūt vsus perfectissimus.nā qui iusti=
tiā habet non ad se solū sed ad aliū ea virtute vti potest.perfectissimꝰ igit.sunt eni cōplures qui in ꝓ=
prijs quidē sua virtute vti possunt:sed in ijs que sunt aliorū/non possunt. Quapropter id Biantis ꝓ=
clare dictum esse videt. Magistratꝰ virū ostendit.nā magistratꝰ ad aliū est/ et in administratione cō=
munis boni geritur. Fit etiā vt sola virtutū iustitia bonū alienū esse videatur/ob idipsū ꝙ ad alterum
virtus est.agit eni ea que alij: vel principi/ vel rei publice cōducūt. ¶ Undecima cōclusio. Pessimus 13
est qui ad seipsū/et ad amicos prauitate vtitur. Nā optimus/perfectissimāqꝫ virtutē habēs (vt dictū
est)is est qui nō solū ad seipsū sed ad aliū virtute vtitur.atqꝫ id opus maxime difficile. pessimus igit
qui prorsus opposito sese gerit modo. ¶ Duodecima cōclusio. Justitia legitima non virtutis pars est: 14
verū ipsa tota virtus est.et iniustitia ipi contraria/non vicij pars est:sed vniuersū cōplectit viciū. Nā
iustitia legitima vt dictū est de omnibus dictat/et virtutes in sese cōplectit oēs.non igit particularis
quedā virtus est:sed tota/atqꝫ vniuersa.et ex opposito iniustitia legitima vniuersum viciū. Sed tū si
queras quid interest inter totā virtutē ⁊ legitimā iustitiā:ex precedentibus facilis patebit responsio:
nichil scilicet re ipa interesse/ratione aūt interesse.nā tota virtus et huiusmodi iustitia re ipsa sūt idē
esse autem non idem. vt eni talis virtus ad aliū est:iustitia dicitur. vt vero eaipsa talis est simpliciter
habitus:nuncupatur virtus.

Uerimꝰ autē eā iustitiā/que virtutis est pars. Est eni quedā vt 15
q dixi mꝰ. Et itē iniustitiā eā;que pars vicij quedā est. Esse autē hanc iniustitiam/ Cap. II.
hoc indicat signū. qui nāqꝫ ceteris vicijs operat/iniuriā quidē facit : at nō plus
capit. vt qui clypeū timiditate proiecit/aut qui conuicia ob iracundiā dixit/aut qui non
attulit ob illiberalitatē per pecunias opem. At cū quispiā sepe plus capit: nullo tū eius=
modi viciorū is operatur/nec etiā vniuersis:aliqua autē prauitate. vituperamꝰ enim il=
lum/atqꝫ ob iniustitiā. est ergo alia quedā iniustitia: vt pars totius iniustitie quedam. et
iniustū itidē quoddā: vt pars totius iniusti:quod quidē est preter legem. ¶ Preterea si
quidā lucrandi causa facit adulteriū/atqꝫ pecunias accipit:quidā erogat/dānūqꝫ patit
ob cupiditatē:hic quidē intēperans potius q̄ pluris auidus:ille autē iniustus/ sed non
intēperans esse videbit. patet ergo talē illū videri/quia lucrat. ¶ Insup alie quidē oēs
iniurie:ad aliquod semp viciū redigunt: vt si ꝯmiserit quispiā adulteriū: ad intēperan=
tiā/si deseruerit in acie sociū:ad timiditatē;si pulsauerit quēpiā ad iracūdiā. sed si lucra=
tus fuerit:ad nullā aliā prauitatē/q̄ ad iniustitiā ipsā refertur. Quare perspicuū est pre=
ter totā/aliā esse quandā iniustitiā vt partē vniuocā: quia diffinitio genere est in codē. 16
ambe nāqꝫ id possunt/vt sint ad aliū. ¶ Uerū hec quidē circa honorē versat/vel pecu=
nias/vel salutē/vel si quo vno nomine complecti hec vniuersa possumꝰ:et ob voluptatē
que fit a lucro. illa vero circa omnia ea/in quibus studiosus versatur. Justitias igit esse
plures:et aliā quādā eē preter ipsā totā virtutē perspicuū iā euasit. sed quenā sit/et qua=
lis:sumamus deinceps oportet. Determinatū est itaqꝫ iniustū quidē esse quod est cōtra
leges:et quod est iniquū. Justū aūt quod est legitimū:et quod est equū. Iniustitia igi= 17
tur antea dicta est:a qua proficiscitur id iniustū:quod cōtra leges dicimus esse. ¶ At cū
iniquū et iniustū quod contra leges est/nō idē sit:sed alter ad alterū sese habeat vt pars
ad totū(nā iniquū oē/iniustū quod cōtra leges:iniustū aūt quod cōtra leges nō omne/
iniquū. plus nāqꝫ oē/iniquū:iniquū autē nō oē/plus)iniustū etiā ⁊ iniustitia:nō eadem
sunt/sed diuersa ab illis. et hec sunt vt partes:illa vt tota. hec eni iniustitia:totiꝰ est iniu=

ſtitie pars/et iuſtitia iuſtitie ſimili modo. Quare de iuſtitia que quidē eſt pars: et de iniuſtitia ſimiliter eſt dicendū/et de iuſto etiā et iniuſto. Ea igitur iuſtitia que perinde atq̄ tota virt⁹ eſt ordinata/et ea iniuſtitia que aduerſat̄ illi/quarū altera virtutis: altera vicij totius ad aliū vſus eſt/omittat̄. Et iuſtū id et iniuſtū quod ad has attinet: patet quonā ſit modo definiendū. etenī pleraq̄ legitimorū ea fere ſūt: que a tota virtute agunt̄. Lex enī iubet vniuſcuiuſq̄ virtutis viuere ratiōe: et vetat vicij cuiuſuis viuere modo. atq̄ legitimorū ea que ad publicā pertinent diſciplinā/ea ſunt que virtutē totā efficere poſſūt. Sed de ſingulorū diſciplina/qua quidē vir bonus eſt abſolute: vtrū ſit ciuilis: an ad aliam facultatē pertineat/determinandū poſterius eſt. non eſt enī idē fortaſſe virū eſſe bo-
18 num/et ciuem bonum. ¶ Juſtitie autē eius que eſt pars: et eius quod ad ipſam attinet iuſti/vna quidē ſpecies eſt: ea que in diſtributiōe conſiſtit: aut honoris/aut pecuniarum aut ceterarū rerū: que inter eos diuidi poſſūt/qui in eadē ciuili ſocietate verſant̄. in his enī fit: vt q̇ſpiā et nō equū habeat ad aliū/et etiā equū. Alia autē ea/q̄ in commercijs eſt hoim̄ emendādis. cui⁹ ſunt due partes. Cōmerciorū nāq̄ quedā ſua ſpōte faciūt hoīes: quedā inuitis ipſis efficiunt̄. Et ea q̇dē que ſpōte faciūt: talia ſūt: venditio/emptio/mutuatio/vadimoniū/locatio/depoſitio/mercede cōductio. atq̄ ꝓpterea ſpōte hec fieri dicunt̄ ꝙ principiū ipſorū ſponte ꝓcedit ac agit̄. Eorū aūt q̄ inuitis fiunt/q̄dā clādeſtina ſunt: vt furtū/adulteriū/veneficiū/lenociniū/ſeruorū ſeductio/cedes cū dolo/ falſū teſtimoniū. Quedā violēta: vt verberatio/vincula/mors/rapine/mēbrorū captio/conuiciū contumelia

¶ Secūdi capitis note. ¶ Lucrari eſt ꝙ̄ cōmutatū ſit/ampli⁹ accipere. Tota iuſtitia/legitima iuſtitia. et tota iuſtitia/preter legē/illegitimaq̄. ¶ At cū iniquū et iniuſtū quod cōtra leges eſt. Argyropilus hoc pacto cōperiebat̄ habere. At cū iniquū et pl⁹ nō eadē ſint: ſed alterum ſeſe habeat ad alterū vt pars ad totum. omne nāq̄ plus: eſt iniquū. ſed nō oē iīquū: eſt pl⁹. Uerū ab exēplari greco diſſonat: nā ita grece habetur.

επειΔετο αρισορκαι το παραρομορ ουταυτορ αλλετερορ ωσμεροσ προσ ολορτο μεργαρ αρισορ απαρ παραρομορ το Δε παρανομορ ουΧ απαρ ανισορ τομεργαρ πλειορ απαρ αρισορ το Δε αρισορ ου παρ πλειορ

Jccirco ſatius viſū eſt litterā ad intelligentiā grecā reſtituere que ſtatī plana eſt atq̄ de ſe manifeſta. vult enī Ariſtoteles oē iniquū/iniuſtū eſſe quod trāſgredit̄ leges: at nō oē iniuſtū quod trāſgredit̄ contraq̄ leges eſt/iniquū eſſe. eſt enī iniquū in paucioribus lōge ꝙ̄ iniuſtū quod cōtra leges eſt perinde atq̄ plus habere ad pauciora ſe fundit ꝙ̄ iniquū. nā pl⁹/pars: iniquū/totū. equū enī eſt cū neq̄ plus/ neq̄ minus ꝙ̄ par eſt tribuit̄. iniquū igit̄ non ſolū pl⁹ ſed etiā minus. plus igit̄ pars iniqui vt iniquū pars iniuſti contra leges. Antiqua traductio integriorē ſeruabat intelligentiā hoc in loco ꝙ̄ Argyropilus aut Leonardus. immo et quaſi hic adiectū ſit ex exēplari greco impreſſo ad hāc itelligentiā. At cū pl⁹ et iniquū nō idē ſed alterū ad alterū vt pars ad totū cū etiā iniquū et iniuſtū quod contra leges eſt nō idem ſit et reliqua que adiecta ſunt. quapropter vetuſtū exemplar ita habere videtur

επειΔετο πλειορ Χαι αρισορ ουταυτορ αλλετερορ ωσ μεροσ προσ ολορ επειΔετο αρισορ Χαι το παραρομορ Χαι τα λοιπα. et cetera.

Et in hac littera omne vniuerſalitatis notā particule iūgas non ſequēti: ne in captiūculā cōpoſitiōis diuiſioniſue incidas. ¶ Uenditio eſt precio aliquo/rei cōmutatio. Emptio: facto precio/rei acceptio. ¶ Mutuatio/rei vſus ad tēp⁹ cōceſſio. ¶ Fideiuſſio: quedā (q̄ fit alteri⁹ noīe/ proq̄ altero) obligatio. ¶ Locatio/loci cōductio. ¶ Depoſitio/in alteri⁹ fidē rei cōmiſſio. ¶ Mercede cōductio/rei ad tēpus pro aliqua mercede/vſus retētio. vt equorū/et aliorū ad tempus pro vſus neceſſitate conductio. Et he furti et adulterij/lenocinij/et ſequentiū note parti grāmatice ſunt/partim exacte ex libris ciuilib⁹ requirende. ¶ Abſolute/ſimpliciter/ſecūdū ſe. ¶ Commercia volūtaria/et ſpōte facta: que vtriſq̄ partibus conſentiētib⁹ fiunt: inuoluntaria vero: que non.

¶ Secundū cap. quattuor concluſionibus partitum eſt.

Secundi capitis Cōmentari⁹ ad litterā ¶ Prima concluſio. De iuſtitia/que virtutis pars eſt: itidem et de iniuſtitia/que pars eſt vicij inquirendū nobis eſt. Nā talē quādā iuſtitiā eſſe dictū eſt. et tā-
15 lē iniuſtitiā eſſe: hoc primū deprehendat̄ indicio. ꝙ qui ceteris vicijs operat̄: iiuriā quidē agit/ ſed nō plus ꝙ̄ dignū eſt accipit. vt qui clipeū propter timorē abijcit/qui conuicia ob iracundiā dicit/ aut qui ob auariciā per pecunias opem non affert: nō plus ac dignū ſit capit. verū ſepe cū quiſpiā plus capit: nullo tū eiuſmodi viciorū operat̄/neq̄ vniuerſis ſimul. at aliqua prauitate operat̄. nā et ipſū vituperamus. hec aūt iniuſtitia eſt. eſt igit̄ alia q̄dā iniuſtitia: que totius/legitimeq̄ iuſtitie pars quedā eſt. itidē et aliquod iniuſtū quod totius iniuſti (quod quidē preter legē eſt) pars quedā exiſtit. ¶ Secūdo. ſi quidā lucrandi/pluſq̄ habendi cauſa: cōmittit adulteriū/pecuniaſq̄ accipiat: et quidam cōtra: ſua eroget/dānaq̄ ob cupiditatē/venereq̄ patiat̄: hic potius intēperās ꝙ̄ pluris auid⁹ dicit̄: ille vero potius iniuſt⁹ ꝙ̄ intēperās. at talis ille videtur/quia lucrat̄ et plus ꝙ̄ dignū ſit habet. eſt igit̄ quedā particularis iniuſtitia et quidā particularis iniuſtus. ¶ Tertio. Omēs alie iniurie in aliquod peculiare viciū redigunt̄. vt adulterij cōmiſſio: in intēperantiā/ſocij in bello dimiſſio: in timiditatē/ alicui⁹ per-

cussio in iracundiã. at lucri/ plurisqꝫ ꝙ decet acceptio: in nullũ aliud viciũ ꝙ in iniustitiã refert. per-
spicuũ igitur euasit: preter totã iniustitiã/ esse quandã particularẽ vt partẽ eius vniuocã. nã in genere
diffinitio eadẽ est: siquidẽ vtraqꝫ est ad alterũ viciũ. ¶ Secũda conclusio. Tota iiustitia/ et ea ꝗ pars 16
est inter se differũt/ pariter et iustitia. Nã hec circa honorẽ versat: pecunias/ salutẽ/ et circa hec vniuer
sa si quo vno noĩe hec cõplecti possemꝰ et circa voluptatẽ que lucrãdo/ plusqꝫ habendo ꝑuenit: illa vero
que tota est circa oĩa circa ꝗ et studiosus versat. ⁊ cõsimili modo dicendũ est plures esse iustitias vnam
totã et legitimã/ et alterã partẽ: et id quoqꝫ iã clarũ euasit. sed qualis ea sit deinceps dicẽdũ est. deter-
minatũ etiã est quoddã iniustũ esse totũ/ et cõtra leges: et quoddã partiale quod appellat iniquũ. simi-
liter et quoddã iustũ esse legitimũ/ et quoddã quod appellat equũ. et iniustitia de qua antea dictũ est ea
est que tota/ illegitima/ preterqꝫ legẽ appellat: et a qua iniustũ preter legẽ ꝑficiscit. ¶ Tertia cõclusio 17
Non oĩno idẽ est iniquũ et iniustũ preter contraqꝫ leges. Nã iniquũ pars est: iniustũ vero quod contra
leges est/ totũ. oẽ eni iniquũ iniustũ id est quod contra leges est. at nõ iniustũ oẽ quod contra leges est/
iniquũ. ita quoqꝫ sese habent plus et iniquũ. nã plus pars est/ iniquũ aũt totũ. omẽ eni plus iniquũ: sed
continuo non fit vt oẽ iniquũ plus sit. itidẽ totũ iniustũ/ et iniustitia: et iniquo/ et iniquitati nõ eadẽ sũt
sed diuersa. nã hec sũt vt partes illa vero vt tota. hec eni iniustitia que iniqtas appellat: totiꝰ iniustitie
pars est. et iustitia que est equitas: totiꝰ iustitie simili modo. quapropter de iustitia que pars est/ et cõ-
simili iniustitia nobis determinãdũ expedit. pariter et de iusto/ etiãqꝫ iniusto. et ea nobis omittẽda est
iustitia que secũdũ vniuersã virtutẽ ordinata est: et ea iniustitia que illi opponit. quarũ altera totiꝰ vir
tutis ad aliũ vsus est: altera vero totiꝰ viciȷ ad alterũ vsus. et ex superioribꝰ satis patet quo pacto iustũ
et iniustũ que ad has pertinẽt diffinienda sunt. fere eni vniuersa legitima iusta: ea sũt que a tota virtu-
te ꝑficiscunt: nec ab re: nã lex ꝑcipit viuere secundũ vnãquãqꝫ virtutẽ/ et oẽ viciũ vetat. et ea legitima
iusta que ad publicã ꝑtinent disciplinã: ea sunt que vniuersã virtutẽ efficere possũt. sed vtrum priuata
singulorũ disciplina qua vir bonus absolute dicit: ciuilis sit pars/ an ad aliã attineat facultatẽ (nã nõ
idẽ fortasse est virũ bonũ/ et ciuẽ bonũ esse) aliȷs determinãdi exigit locus. ¶ Quarta ɔclusio. Quedã 18
est particularis iustitia que est cõmuniũ distributiua: et quedã rerũ cõmutatiua. itidẽ et quoddã par-
ticulare iustũ in distributione cõsistit/ quoddã vero in cõmutatiõe. In distributione quidẽ: vt honoris/
pecuniarũ/ et ceterarũ rerũ que inter eos diuidi/ distribuiqꝫ possunt: qui in eadẽ ciuili societate versã-
tur. nã in iȷs fieri cõtingit vt alterũ fiat plus/ aut minus et etiã equũ. in cõmutatiõe vero: vt in cõmer-
ciȷs hoĩm rite peragẽdis. Verũtamẽ cõmercia in duas partes secant. nã ꝗdã sũt spõte facta/ atqꝫ vo-
lũtaria: quorꝫ principiũ voluntariũ est/ sponteqꝫ ꝑcedit: quedã vero inuoluntaria/ et que hoĩbꝰ fiunt in-
uitis. Spõte facta sunt hec: vẽditio/ emptio/ mutuatio/ fideiussio/ locatio/ depositio/ mercede cõductio.
Inuolũtaria et que inuitis fiunt: sũt ꝗ clandestina/ et violenta sunt. clandestina: furtũ/ adulterium/ ve
neficiũ/ lenociniũ/ seruorũ seductio/ cedes cũ dolo/ falsũ testimoniũ. violenta vero: verberatio/ vincula
mors/ rapine/ membrorũ mutilatio/ cõuiciũ/ contumelia/ et similia.

Vm autẽ iniustus sit iniquꝰ: et iniustũ iniquũ: cõstat et aliqđ Cap. III. 19
c mediũ esse iniqui. atqꝫ hoc est ipsũ equũ. Quo eni in actu plus est/ ⁊ minꝰ: in eo
dem est etiã equũ. si igit iniustũ est iniquuꝫ: iustũ est equũ. quod quidẽ et absqꝫ
ratione: cũctis ita esse videt. ¶ At cũ equũ sit mediũ: iustũ mediũ quoddã erit: ipsũ au- 20
tem equũ in minimis est duobus. Necesse est igit ipsũ iustũ/ et mediũ esse/ et equũ/ ⁊ ad
aliquid/ et quibusdã. atqꝫ quo mediũ quidẽ est hoc aliquorũ est: que quidẽ plus sunt/ et
minus. quo autẽ equũ est/ duobus est: at quo iustũ est/ quibusdã est. ipsũ ergo iustũ/ i mi
nimis quatuor consistat necesse est. quibus eni est iustũ duo sunt/ et res in quibus ⁊ ipse
due sunt. ¶ Atqꝫ eadẽ est equitas quibꝰ atqꝫ in quibꝰ. Nã vt sese habẽt ea in quibus/ sic 21
sese habent et illa. si eni non sunt equi: non equa habebunt. sed hinc pugne nascunt/ et i-
cusationes/ atqꝫ querele: cũ equi non equa/ aut equa non equi habent ac potiuntur. Id
ita esse ex eo quod pro dignitate fit ɔstat. Iustũ eni quod in distributionibꝰ est: oẽs vno
ore pro dignitate quadã oportere esse dicũt. ipsã tamẽ dignitatẽ non eandẽ oẽs inquiũt
esse: sed populares quidẽ libertatẽ/ pauci vero potẽtes opulẽtiã/ nõnulli nobilitatẽ/ op-
timates vero virtutẽ. ¶ Iustũ ergo: rationũ quãdã ɔparationẽ subit. Cõparationẽ nã- 22
qꝫ rationũ subire/ nõ absoluti numeri solũ: sed numerabil' etiã oĩno ꝑpriũ est. eteni cõpa
ratio rõnũ equalitas est rationũ: et in quatuor minimis est. et seiunctã quidẽ in quatuor
esse cõstat. An nõ et cõtinua in quattuor est? vno nãqꝫ termino vtit/ vt duobꝰ: et bis illũ
sumit hoc pacto: vt a sese habet ad b: sic b sese habet ad c. bis igit dictũ est ipsũ b. quare
si b bis positũ fuerit: quattuor erũt ea ꝗ cõparationẽ subeũt rationũ. est autẽ et ipsũ iu-
stum in quatuor minimis: et ratio eadẽ est. ¶ Sũt eni seiuncta similiter: et quibꝰ/ et que 23
Erit ergo vt est a terminꝰ ad b terminũ: sic c terminꝰ ad terminũ d. Et mutato ergo ordi
ne: vt a sese habet ad c: ita b sese habebit ad d. Quare et totũ ad totũ/ quod ꝗdẽ distri-
butio ipsa cõiũgit. Et si ita cõpositũ fuerit: iuste cõiũgit. Cõiũctio igit a termini cũ c: et
b cũ d iustũ est id/ quod ad distributionẽ accõmodat/ et est mediũ: eiꝰ quod cõparatio-
nẽ rationũ nõ subit. quod eni subit ipsã/ mediũ est. Iustũ aũt subit. Talẽ aũt rõnũ com-
parationẽ/ mathematici geometricã vocãt. In geometria nãqꝫ fit: vt ⁊ totũ ad totũ ꝑin-

8	4	2	
a	b	c	

8	4	4	2
a	b	b	c

8	4	2	1
a	b	c	d

8	2	4	1
a	c	b	d

A Achilles
B Aiax
C munus Achillis
D munus Aiacis

de sese habeat: atq ad vtrũq sese habet vtrũq. Nõ est aũt ꝯtinua hec cõparatio rõnũ.
24 nõ eni fit termin⁹ vn⁹ numero: cui/et qđ. ¶ Iustũ igit̃ hoc/in cõparatiõe rationũ ꝯsistit. Iniustũ aũt est id/qđ a cõparatiõe rationũ exorbitat. fit igit̃ aliud pl⁹: aliud min⁹. Qđ quidẽ et in ipsis operib⁹ accidit. in bonis eni qui iniuriã facit/pl⁹ habet: qui iniuriã patitur/minus. in malis autẽ cõtra. boni nãq rationẽ subit min⁹ malũ ad mai⁹ malũ: minus eni malũ/magis q̃ maius est expetibile. At qđ expetit̃ bonũ est: et quod magis/maius. Hec est igit̃ vna species iusti.

¶ Tertij capitis note. ¶ Minima/extrema. Et sũt ꝑsone/ꝑsonarũq merita: et res q̃ distribuũt̃/ipaq ꝑmia. ¶ Duo/due ꝑsone/due res/duo ꝑmia/aut due pene. ¶ Necesse est igit ipm iustũ et mediũ esse/et equũ/et ad aliqđ/et q̃busdã. Eadẽ res iustitia/equitas/mediocritas: sed ratione triplex. et iustitia ad aliquid et quibusdã et equitas ad aliquid et quibusdã. et mediocritas ad aliquid et q̃busdã. iustitia q̃dẽ ad aliquid. nã ꝑsone ad munus. et quibusdã. nã in personis et munerib⁹. eq̃tas ad aliquid. nã eq̃tas ꝑsonarũ equitati munerũ respondet. cũ eni ratio ꝓportioq personarũ equatur ꝓ dignitate rationi munerum: ea ratio equitas dicitur. et quibusdã equitas. nã in quatuor terminis que et minima appellantur cõsistit. Et mediocritas ad aliquid. nã extremoꝝ mediocritas. et quibusdã: nã extremis q̃ sũt pl⁹ atq minus. Siĩ quoq modo et de iusto. nã idẽ re sed ratione triplex/ iustũ videlicet equũ et mediũ. et eorũ quodq ad aliquid et quibusdã est. nã munus pro dignitate ad personã iustum: et in persona atq munere consistit. et equũ ad aliquid. nã equũ equo equũ/ vt equale equali equale. et quibusdã. ad minimum enim in duobus equum. nã nichil sibiipsi equũ: vt neq quicq sibiipsi equale. et hec duo in quib⁹ consistit equũ in iustitia distributiua (qua de totus impsentiarũ agitatur sermo) due sunt inuicẽ equales ꝓportiones. ꝓportio scilicet distributarũ rerũ equa proportioni bene aut male meritarũ personarũ mediũ quidẽ ad extrema: et quibusdã. nã ei quod est plus et ei quod minus mediũ. Eodẽ modo vnus et idem reipsa iustus/equus/et medius/et ratione triplex. Est igit̃ iusticia vna pariter atq trina. idẽtidẽ iustũ/atq iustus. et hec ex subiecta descriptione quoquo pacto deprehendi possunt.

A. B.		Persone								
C. D.		Munera atq pro dignitate distributiones.								
A	2	Iustum		Equum				Plus		
B	1	2	10	2	1	dupla		12	3	
C	10	Iustum		Equum				Minus		
D	5	1	5	10	5	dupla		3	12	

Unde fit vt iustitia et iustũ aspiciant aggregatũ ex persona et sua distributiõe. nã iustitia est cũ cuiq distribuitur quod suũ est. eq̃tas et equũ ꝓportionẽ munerũ/distributionũq inter se ad ꝓportionẽ ꝑsonarũ. porro mediocritas et mediũ plus et min⁹ quorũ vtrũq iiustũ est et cõparatione rationũ diffugiens. ¶ Et vt magis intelligam⁹ quo pacto in distributiõib⁹ seruetur rationũ ꝓportionũq equalitas/ et quonã pacto hec iustitia secundũ geometricã medietatẽ sit facienda: statuam⁹ hãc hypothesim (cui⁹ etiã silẽm cõtinent legisperitorũ libri) Uir q̃dã ꝑdiues cõiugẽ grauidã habẽs morbo decũbit ĩ lectũ: mori timẽs sanxit testamento/ mulieri (si masculũ parit) tertiã bonorũ suorũ partẽ/filio vero duas: parienti vero feminã/duas bonorũ suoꝝ partes vxori/et filie vnã. moritur testator. et cũ tempus aduenit parĩẽdi peperit mulier et masculũ et feminã/bona vero testatoris estimata sunt. 42000. aureoꝝ nũmũ vbi vero adoleuerũt infantes bona partiri querunt̃. queritur igit̃ nũc quonã pacto distributio iuste sit facienda/et quantũ ex summa illa mater/quãtũ filius et quantũ filia habere debet. Ad id cognoscendum opus est vna regula/que iccirco iustitie distributiue regula appellari potest. et est hec. Minimos numeros personarũ quere/quesitos aggrega: et per aggregatũ partire distribuendũ. quod autẽ ꝓuenerit/auge ꝑ primi numerũ: et da primo. illud idẽ auge per secũdi: da secũdo/et ita deinceps quotquot fuerint. et equa iustaq facta erit distributio: videbisq que ꝓportio numeri ad numerũ personarũ: eandem esse distributi ad distributũ. et huius regule necessitas ĩtelligi potest ex 8 secũdi elemẽtorũ arithmetices Iordani. Uerbi causa. Quia mater duplũ habere debet ad filiam ⁊ filius duplum ad matrẽ. minimi numeri id continentes sunt 1. 2. 4 vnitas scilicet filie/2 matris/4 filij/hos collige simul septẽ sunt. partire igitur per 7 summam distribuendam 42000: et venient 6000. auge per 4/ numerum scilicet filij/et veniunt 24000: id filio distribue. auge idẽ quod prius per 2/numerum scilicet matris et veniunt 12000: da matri. et quia vnitas est filie: 6000 sunt distribuenda filie. sic facta est iusta distributio impletaq testatoris suprema voluntas/et iustitie seruata equitas vt subiecta monstrat̃ formula

Summa distribuenda	42000		6000 ex diuisiõe ꝓueniẽs
Aggregatum	7		Iuste distributa.
Filius	duplum 4		24000 duplum
Mater	duplum 2		12000 duplum.
Filia	subduplũ 1		6000 subduplum

Alia hypothesis. disposuit quidam bona sua hoc pacto dispartienda. filio duplum ad matrem/ matri duplum ad filiam/filie triplum ad nepotem/nepoti vero sexqualterũ ad neptem. que vero distribuerentur erant estimatiõe facta 1360 auree libre. quot filio/quot matri/quot filie/quot nepoti/quot nepti incolumi iustitia debentur: ex eadem regula intelliges. si a minima persona idest a nepte incipias minimos proportionum numeros colligere/et operari per superius appositam regulam. vt monstrat subiecta descriptio.

Sūma distribuenda		1360	20 ex diuisiōe ꝓueniens	
Aggregatum		68	Iuste distributa	
Filius	duplum	36	720	duplum
Mater	duplum	18	360	duplum
Filia	triplum	9	180	triplum
Nepos	sexqualter	3	60	sexqualternm
Neptis	subsexqual.	2	40	subsexqualterum

Et hec similia sunt iustitie cōmuniū distributiue. nā he distributiones rei familiaris et priuate essent.
De iustitia vero distributiua eadē ratio pro qua hec satis sit hypothesis. duo vna ex parte vt a et b me-
riti sunt vt tres ceu c d e. tres vero c d e vt quatuor ceu f g h i. duo autē primi simul videntur a republi-
ca meriti vt eis ex cōmunibus distribuātur 1500 argentee libre. quare et tribus secundis distribuende
erunt equitate seruata 1500 argentee libre/ et quattuor tertijs simul/ totidem. verū a ad b meritus sit de
republica in sesqualtero c ad d iterū in sexqualtero d ad e in duplo. patet ex subiecta descriptione et su
periore regula inuentis minimis numeris quid cuiqꝫ est distribuendū ex tribꝰ equalibꝰ sūmis. facilꝰ
tamē id intelligitꝛ si tribus singulatim questionibus formetur. prima de duobus. secunda de tribus. et
tertia de quattuor: ex quibus innumere alie facile conijciantur.

Tota publica sūma in tris partes primum partienda 4500								
Sūma distribuēda	1500	30 ꝓueniēs	Sū. distri.	1500	250 ꝓue.	Sū. distri.	1500	150 ꝓueniēs
Aggregatum	5	Iuste distri.	Aggrega.	6	iuste dis.	Aggrega.	10	Iuste distri.
A	3	900	C	3	750	F	4	600
B	2	600	D	2	500	G	3	450
			E	1	250	H	2	300
						I	1	150

¶ Medietas/ ꝓportionalitas/ rationū cōparatio. et est ꝓportiōis ad ꝓportionē similitudo. ¶ Medie-
tas arithmetica est cuiꝰ termini equas seruant differētias. termini sunt ꝓportionū extrema. differen-
tia est quo extremū superat extremū. Medietas geometrica est medietas cuius termini equas seruāt
ꝓportiones. eque proportiones sūt: que eiusdē sunt denominatiōis. Medietas cōiuncta dicitꝛ: que ī tri
bus terminis cōtinetꝛ. disiūcta vero que continetur in quatuor. Medietas fit cōuersim quādo vt primꝰ
ad secundū ita tertius ad quartū: et cōcluditꝛ vt secūdus ad primū ita quartus ad tertiū. Medietas fit
permutatī quādo primus terminus ad secundū vt tertius ad quartū: et cōcluditꝛ vt primꝰ ad tertiū/ ita
secundus ad quartū. Et fit coniunctim quādo primꝰ ad secundū vt tertius ad quartū et cōcluditur vt
primus et secundꝰ ad secundū/ ita tertius et quartus ad quartū. ¶ Absolutus/ monadicus numerus/
numerus numerās. Numerabilia sunt ea: q̄bus numeros absolutos/ monadicosqꝫ applicamꝰ. ¶ Iu-
stū iccirco est mediū eius quod minime in cōparatiōe rationū cōsistit ꝙ mediū sit iniqui ex prima con-
clusione nūc pluris nunc minoris quodquidē iniquū et plus iniqꝫ et minus hāc rationum cōparationē
refugit. verū iustū sine cōparatiōe rationū/ et nisi ea (quā Aristoteles affert) seruetꝛ mediocritas: serua
ri/ saluariqꝫ nō potest. Et que geometrice medietati cōueniūt ea facile ex Iordano dinoscuntꝛ. Conue-
nit enī primo geometrice medietati: vt quēadmodū primus terminꝰ ad secundū: ita tertiꝰ ad quartū/
quod statim ex diffinitiōe cognoscitꝛ. Secūdo cōuenit permutatī proportionari. vt si quēadmodū a ad
b/ ita c ad d: ergo permutatim per tertiā secundi Arithmetices a ad c sicut b ad d. Tertio. eidē ꝓpriū
est: vt quēadmodū totū ad totū/ ita altera pars totiꝰ ad alterā alteriꝰ et reliqua ad reliquā. vt quemad
modū a c ad b d/ ita a ad b et c ad d. nā sit a ad b vt c ad d: ergo ꝑmutatim per tertiā secundi Arithme
tices a ad c vt b ad d. et si quemadmodū a ad c / ita b ad d: ergo conuersim per primā secundi c ad a vt
d ad b. et coniunctim per sextam secundi a c ad a vt b d ad b: ergo permutatim a c ad b d vt a ad b. sed
et vt a ad b ita c ad d: ergo vt a c ad b d/ ita a ad b et c ad d quod tertia intēdit hic adducta ꝓprietas.



Et in cōparatione rationū iusti quod ex distributione surgit: he ꝓprietates ordine reperiuntꝛ. Nā pri-
mo quēadmodū primus qui meretur ad secundū merentē: ita primū munus ad munus secundū. Secū
do permutatim/ quemadmodū primus qui meretur ad primū munus: ita secūdus merens ad secundū
munus. Tertio. quemadmodū totū ad totū scilicet primus qui meretur et primū munus simul: ad se-
cundū merentē et secundū munus simul: ita primus qui meretur ad secundū merentē et primū munus
ad secundū munꝰ. et cū cōponitꝛ primꝰ qui meretur et primū munus/ et secundus qui meretur et secun-
dum munus: tunc fit ipsum iustum: et in illa vnione perficitur/ atqꝫ saluatur. Et hec tria suo ordine tā
git Aristoteles. vnde fit vt nōmodo iustitia cum sit vna/ sit ratiōe triplex (vt ex antepenultima nota co-
gnitum est) sed et eadem iustitia distributiua triplex est equitas/ suo equitatis ternario consummata
atqꝫ perfecta. Et geometrica medietas in hoc vel maxime veniat laudanda: ꝙ tam perfecte tāqꝫ insi-
gnis iustitie sit adminicularia. hinc enim laus sua commendacioqꝫ maxima pendet. Sit primus qui
meretur a/ secundus b: primum munus c/ et secundum d. ¶ Merentia et merita/ delinquentia/ et pene:
in iustitia facienda considerari debent vt numerus ad numerum: et summatim omnia iustitie aut in-
iustitie extrema.

¶ Tertiū cap. sex conclusionibus partitum est.

Tertij capitis cōmentariꝰ ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Iniqui mediū est ipsū equū. Nā et iniquꝰ 19
iniustus est/ et iniquū iniustū: et in qualicūqꝫ operatione plus et minus est: in eadem statuitur et equa-
le. itaqꝫ si iniquū/ et quod plus/ et quod minus iniustum est: et equum iustū est. et huius et illius iniqui

20 medium: quod vel sine probatione ita esse cunctis apparere licet. ¶ Secunda cōclusio. Iustū quod in distributione versat. mediū quoddā est/et equū/et adaliquid/et quibusdā/et in quattuor minimis cōsistit. Nam cū equū in distributione sit mediū: et ipm iustū mediū erit. et ipm equū in duobus minimis consistit. igitur ipm iustū/et mediū/et equū/et adaliquid/et quibusdā: atq; in quattuor minimis cōstabit. quo eni mediū est: ad aliquid/et aliquorū mediū est: que sunt plus et minus. et quo equū est: duob⁹ minimis/duabusq; que distribuūtur rebus consistit. et quo iustū est: quibusdā vt personis quibus pro dignitate duo minima/resq; ipe dispēsantur. in quattuor igit cōsistit minimis/sunt eni duo quib⁹ ipm iustum sit: et due res in quibus iustū ipm cōsistit. ¶ Tertia conclusio. Eadē/cōsimilisq; equitas est: et
21 personarū/et rerū que distribuuntur ¶ Primo. nam sicut sese habent res in quibus cōsistit iustitia distributiua: ita et illa quibus ille distribuūtur. si eni non equi sint quibus fit distributio: nō equa habebunt. et si equi: equa non recipiūt: hinc pugne/ incusationes/querelesq; surgūt: est igitur eadē/cōsilisq; et psonarū et rerū q distribuūtur eqtas. ¶ Secūdo. id ita esse cōstat ex eo quod p dignitate fit. nā vno ore cōfitētur omēs: iustū in distributionib⁹ pro dignitate quadā et vt vnusqsq; dignus sit et mereat esse oportere. qui plus igit meret: plus recipit. et qui minus: recipit et minus. est igit et psonarū et rerum que distribuūtur cōsimilis equitas. verūtamē ipam dignitatē/ipamq; rem que pro dignitate distribui debet: non omēs eandē esse aiunt. sed populares eā libertatē esse dicūt: et paucorū potentū quidā opu-
22 lentiam/quidā generis nobilitatē: optimates vero virtutē. ¶ Quarta cōclusio. Iustū in quadā pportionalitate/rationūq; cōparatiōe cōsistit. Proportionalitatē/ rationūq; cōparationē habere/ non solū absoluti numeri priū est: sed et omino nūerabilibus cōuenit. q itaq; iustū in pportionalitate cōsistat: patet. nam pportionalitas est duarū pportionū equalitas. et in quattuor minimis cōsistit/et disiuncta proportiōalitas stati in quattuor minimis cōsistere cognoscit. verū itidē & cōiūcta in quattuor cōsistit. nam vno termio vt duobus vtitur/et bis illū sumit hoc modo: quēadmodū sese habet a ad b ita b ad c/ vbi bis dictū est b. quare si b bis ponat: quattuor erūt manifeste que hmōi cparationē subibūt. at iustū in quattuor minimis cōsistit: et ratio eadē est. igitur iustū in proportionalitate/ rationūq; cōparatione
23 cōsistit. ¶ Quinta cōclusio. Ea pportionalitas in qua iustū ex distributione cōsistit/disiūcta est. Nam similiter et ea quibus distribuit/et ea que distribuūtur: seiūcta sunt. est igit ea rationū cōparatio disiuncta perinde ac cū ita cōparo: quēadmodū a terminus ad b/ita c ad d & pmutatim quēadmodū a ad c ita b ad d quare totū ad totū (quod distributio ipa counit) vt a ad b & c ad d & debet distributiōis munus ei cui distribuitur cōiūgi quod cū ita cōpositū fuerit iuste coniūgit. cōiungat igitur a cū c et b cū d/et iustū id erit quod ad distributionē accōmodatur. iustū quidē & mediū eius: quod minime in cōparatione rationū cōsistit. nā quod in ea rationū cōparatiōe cōsistit mediū est: iustūq; ipm in ea csistit. et hanc rationū cōparationē mathematici geometricā vocant. fit eni in geometrica medietate vt totū ad totū ita pars altera ad alterū et pars altera ad alterū. et manifestū est hanc rationū cōparationē non
24 fuisse continuam: q terminus vnus numero non sit/ cui distribuitur et quod distribuitur. ¶ Sexta cōclusio. Iniustorū que in distributiōe cōsistunt: quoddam in plus est/& quoddā in minus. ¶ Primo. nam iustum est quod in cōparatione rationū cōsistit: et iniustū quod ab huiusmodi rationū equalitate exorbitat/ac deficit. igitur iniustorū quoddā plus est/et quoddam minus. ¶ Secūdo. hoc idē in operibus ipsis accidit. nam in bonis qui iniuriā facit/plus habet: qui iniuriā patitur/ minus. et ecōtra in malis/qui iniuriam facit/ min⁹ habet mali: & qui patitur/ magis. minus eni malū ad maius cōparatum/rationē boni habet: et minus malū q maius magis expetibile est. at quod expetitur bonū/boniue rationem habēs. et quod magis expetitur: et magis bonum. sed de vna specie iusti vt que distributiōe fit: dictum sit hactenus.

8 4 2
a b c

8 4 4
a b b c

Estat aūt id iustū/quod fit in emēdādis cmercijs: tā ijs q sua spōte Cap. IIII.
25 r faciūt hoies/q ijs q inuitis ipis efficiūtur. Hoc aūt aliam habet speciē a priore. Iustū eni distributiuū cōmuniū: in dicta semp cōparatione rationū cōsistit. nam si e pecunijs publicis distributio fiat: eadē fuerit ratione quā habent inter sese ea/que in rempublicā sunt collata. et iniustū quod huic opponitur: id est quod a cōparatione rationū exorbitat. Iustū aūt quod est in cōmercijs/est quidē equū quoddā: & iniustū/iniquum. Sed non illa cōparatiōe rationū: sed arithmetica. nihil eni refert: si probus prauo detraxerit/an prauus pbo. neq; si adulteriū pbus/an prauus cōmiserit. sed ad differentiā nocumenti: lex respicit tantū. et vtitur vt equalibus: si hic iniuriā facit/ ille patit: et si hic nocuit/ille est lesus. Quare iniustū hoc cū sit iniquū: iudex equare conat. Nam cum hic quidē percussus est/aut occisus: ille vero percussit/aut occidit: passio/atq; actio diuisa est in partes nō equas: sed ad equalitatē/auferēdo lucrū/respectu damni: redigere nititur iudex. Dicūtur eni hec i talibus/absolute dicēdo. atq; quāq; hec noia qbusdā accōmodata nō esse videtur: vt ei qui percussit lucrū/et ei qui passus est damnū: cū tamē
26 mensurata fuerit passio: hoc damnū/ illud lucrum vocatur. ¶ Quare equum quidem inter plus/et minus medium est. Lucrum autem atq; damnū plus sunt et minus. contrario modo: plus boni/ et minus mali lucrū: contrariū autē damnū. quorū mediū est ipsum equū: quod quidem dicimus esse iustum. Quare iustum emendatiuū/mediū est inter damnū et lucrum. ¶ Quapropter et cū cōtrouersiam habent/ ad iudicē ipm cōfugiunt. Ire autē ad iudicem. est ire ad ipm iustū. iudex eni vt iustum est animatū suapte

natura. Et querunt iudicem mediũ. Et vocant nõnulli mediatorem/ vt ipm iustũ asse-
cuturi/ si mediũ iustum consequãtur. Mediũ ergo quoddã est ipm iustum. siquidem et
iudex mediũ est. iudex autẽ ad equalitatẽ redigit. ¶ Et perinde atq; si linea in duas in- 27
equales partis diuisa: id quo maior pars dimidiũ excedit abstulerit/ minoriq; addide-
rit parti. cum etiam totũ diuisum fuerit duas in partis inequales/ tum suũ aiunt habere:
cum equum acceperint. Equum autẽ medium est: inter maius et minus/ in arithmetica
comparatione rationum. ¶ Nam si sint duo equalia: et ablatam ab altero quãtamuis
partem addideris alteri talibus duabus excedit partibus alterũ. si enĩ ablata fuisset/ et
non addita vna sola parte excederet. Excedit ergo mediũ vna. et ipm mediũ excedit id
a quo est ablatio facta/ vna. Hoc ergo cognoscemus et quidnam auferendum ab eo sit
qui plus habet/ et quid addendũ sit ei qui minus habet. Id enĩ quo mediũ excedit: ad-
dendum est ei qui minus habet. id autẽ auferendũ a maximo est: quo exceditur mediũ.
Sint equales linee tres a b/ c d/ e f. atq; ab a b: pars auferatur a g: et addatur ipsi linee
e f: sitq; illa h e: quare tota linea h e f excedit g b lineam parte h e/ et parte e k. Excedit 28
ergo mediam c d lineam h e parte. ¶ Est autem hoc et in ceteris artibus. Eteni e medio
tollerẽtur: nisi agens ageret/ et quantũ/ et quale: et patiens pateretur hoc/ et tantũ et ta-
le. ¶ Nomina autẽ hec (damnũ inq̃ et lucrũ) ex ijs cõtractibus quos sua sponte faciunt 29
hoies tracta sunt. Qui enĩ emendo/ vendendo/ ceteraq; agendo que lege cõcessa sunt/
plus habent ꝙ suum/ ij lucrari: qui minus ꝙ in principio/ ij damnũ pati dicũtur. sed qui
neq; plus/ neq; minus habent: sed sua per seipsa sunt facta/ ij se sua inquiunt habere: et 30
neq; damnũ pati/ ne lucrari ¶ Quare iustũ mediũ est: inter lucrũ quoddã et damnũ (qḋ
fit inuitis hoibus) equale inq̃ et prius/ et posterius habendo.

a g b
c d
h e k f

¶ Quarti Capitis note. ¶ Iustum inuoluntariũ esse potest/ sed nõ benefactũ. vt cũ per iudicẽ cogit̃ quis habens amplius ꝙ par sit: restituere ad medij equalitatẽ/ ei qui minus habet. Argyropili paulu-lum determinatio: alijs euariat. nã sententia sua est lucrũ et damnũ inuitis fieri hominibus. Alij aũt id sonare videntur: iustũ quod inter lucrũ quoddã est et damnũ: inuitis fieri hominibus.
¶ Et perindeatq; si linea. Ex hoc hec regula iustitie elicitur. Excessum hoc est differentiã pluris et minoris subdupla da dimidiũ minus habenti. et facta est iustitia. verbi causa sit modius tritici septẽ aureorũ nũmũ et doliũ vini quattuordecĩ denturq; vini decem dolia et accipiãtur modij 32. dico non esse equam cõmutationẽ. nam dolia vini 10/ sunt aurei nũmi 140. et modij tritici 32/ sunt aurei nũmi 224. differentia 84. cuius dimidium 42. da igitur 42 dimidium scilicet excessus pluris et minoris/ habenti minus et fiet tota summa 182. et dico per precedentẽ regulam factã esse iustitiã. quod idem cognosces per alterã regulã. nã iunge simul 140 et 244. que sunt extrema fientq; 384. cuius mediũ est 142. quodquidẽ est per regulã medietatis Arithmetice mediũ in cõparatiõe rationũ arithmetica. est et tertia regula que ꝓportionũ dicitur ad hanc iustitiã cõmutatiuã etiã necessaria que est/ tertiũ nu-merũ duc in secundũ: aggregatũ diuide per primũ/ et ꝓueniet quartus ignotus. prima regula ex dif-finitione medietatis arithmetice statim cognoscitur. secundam demonstrat secundũ theorema decimi elemẽtorũ Iordani tertiã vero 25 secũdi. Sed vt se volẽtibus exercere he regule earũq; ṽtus ꝓmpti⁹ appareat Sit cõmunis hypothesis. 12 dolia vini iusto precio equẽtur 60 sextarijs tritici sitq; sextarij valor aureus nũmus vnus. dolij valor aurei nũmi quinq;. tres supiores regule ex subiecta descriptiõe patent et tot questiones intelligãtur. quot spacia secundũ longitudinẽ regulariter desumpta semper eadem seruata hypothesi.

Prima regula					Secunda				Tertia	
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L
20	100	120	40	20	140	100	240	120	20	100
15	75	90	30	15	105	75	180	90	15	75
12	60	80	40	10	100	60	160	80	12	60
10	50	70	40	10	90	50	140	70	10	50
8	40	66	52	26	92	40	132	66	8	40
6	30	58	56	28	86	30	116	58	6	30
4	20	44	48	24	68	20	88	44	4	20
3	15	24	18	9	33	15	48	24	3	15

A. dolia vini
B. aurei nũmi valor doliorũ
C. sextarij ⁊ parit̃ aurei nũmi valorq; sextariorũ. ⁊ idẽ nũerus est mediũ arithmeticũ
D. totus duplexq; excessus in p̃cio aureũ nũmorꝝ redact⁹ quem habet venditor vini.
E. medietas excess⁹ r̃stituẽda min⁹ habẽti scꝫ ꝯmutãti triticũ.
F. plus estimatũ precio aureorũ
G. minus estimatũ simili modo
H. aggregatũ pluris ⁊ minoris
I. mediũ arithmeticũ ac iustum
K. dolia vini iuste cõmutata
L. sextarij tritici idẽtidem iuste cõmutati et equalis est valor aureorum nummorum

¶ Cunqꝫ totum diuisum sit in partes, adiecta erat particula equales superflua, nam grece dumtaxat
habetur.
οταν δε διαιρεθη το ολον τοτε φασιν εχειν το απου.
merito igitur illa littera sublata videtur.
¶ Quartū cap. quinqꝫ cōclusionibus/et vno correlario partitum est.
25 Quarti capitis cōmentarius ad litterā ¶ Prima cōclusio. Superest nunc de iusto quod in dirigē-
dis cōmutationibus constituitur tam voluntarijs ꝙ̄ inuoluntariis determinare. Nam hec iusti spe-
cies alia est a superiore. et ꝙ alia species sit: statim cognoscitur. Nam iustum quod in cōmuniū distri-
butione versaẗ: semp in īādicta rationū cōparatione cōsistit. si enī e publicis distributio fiat: id eadē
rationum comparatione fiat/quam inter sese habent officia/meritaqꝫ: que in rem publicam sunt col-
lata. et iniustum quod huic iusto opponitur ab huiusmodi comparatione rationum exorbitat. at iustū
quod in commercijs/commutationibusqꝫ est: equum quidem quoddam est: sed non in illa comparatio-
ne/ verum in arithmetica consistit. non enim in huiusmodi iusto dispensando merita inter se attendū-
tur. neqꝫ refert si probus prauo detraxerit/aut contra prauus probo. neqꝫ vtrū probus / improbusue
adulterium commiserit: sed tantum ad nocumenti differentiam lex ipsa respicit. et si hic iniuriā facit/
ille vero patitur/si hic nocuit/et ille passus est: differentijs vt equis vtitur. et quod iniustum: quoniam
iniquum est atqꝫ inequale/iudex equare nititur. nam cum hic percussus est: et ille percussit/aut hic oc-
cisus est: et ille occidit/passio/actioqꝫ inique sunt: et vtraqꝫ diuisa non equaliter. et hanc inequalitatem
nititur iudex ad equalitatem redigere/ auferendo quod plus est lucri: secundum exigentiam damni.
et lucrum et damnum simpliciter in talibus nominamus: ꝙ̄uis hec nomina quibusdam minus accō-
modata videantur. vt cum ei qui percussit lucrum accommodamus/et ei qui passus est accōmodamus
damnum. attamen cum passio mensurata fuerit: hoc plane damnum/illud lucrum appellari cognosci-
26 tur. ¶ Secunda conclusio. Equum quod in commutatione est: inter plus atqꝫ minus est. Nam lucrū
atqꝫ damnum vtrūqꝫ plus est atqꝫ minus/ sed contrario modo. nam lucrum plus boni et minus mali
est. et contra: damnum plus mali/ et minus boni. at lucri et damni medium est ipsum equum. ipsum
autem equum iustum est. igitur ipsum iustum commutationum directiuum: lucri et damni medium
est. est itaqꝫ medium inter plus et minus. ¶ Secundo. ob idipsum quod iustum medium quoddam est:
qui controuersiam habent ad iudicem confugiunt. ad iudicem enim ire est ad iustum ipsum ire. est enī
iudex vt suapte natura animatum iustum. et qui ad iudicem eunt: ipsum querunt vt medium. et hinc
iudices nonnulli mediatores vocant: quasi si medium assequantur / iustum sint assecuturi. medium
igitur est ipsum iustum: si quidem iudex medius est. atqui iudex medius est: nam ad equalitatem re-
digit. iustum igitur commutationum directiuum inter plus et minus medium est ¶ Tertia cōclusio.
27 Iustum commutatiuum: medium inter maius et minus in arithmetica ratione consistit. ¶ Primo.
nam fit iustum commutatiuum perinde atqꝫ si linea in duas partes inequales diuisa. id quo pars ma-
ior totius linee dimidium euincit/ac superat/ minori parti adiecerimus. ita cum id totum quod com-
mutatur: duas in partes sed inequales distributum sit: tum suum quisqꝫ habebit cum eo accepto quo
maior pars totius dimidium vincit/ et adiecto parti minori: quisqꝫ dimidium acceperit. at tale dimi-
dium inter huiusmodi maius atqꝫ minus in arithmetica medietate consistit. iustum igitur commuta-
tiuum: inter maius atqꝫ minus arithmetice medietatis existit ¶ Secundo. si sint duo equalia quorum



ab vno partem quancunqꝫ abstuleris/ablatamqꝫ adieceris alteri equalium: totum ex adiecta parte et
altero equalium effectum: superat quod reliquum est/in duabus partibus parti scilicet detracte equa-
libus. at si ablata fuisset pars et non adiecta: vna sola parte alterum equalium superaret. relictum est
igitur alterum equalium medium inter minus quod substracta parte reliquum est: et maius quod est
ex adiecta parte effectum. at totum ex parte adiecta alteri equalium effectum: superat tale medium
quod est alterum equalium(vt iam quoqꝫ dictum est) vna sola parte: ⁊ ipsum medium id quod ablatio-
ne facta relictum est: similiter excedit vna sola tantula parte. est igitur inter illa arithmetica rationū
comparatio. at iustum (quod in commutatione versatur) fieri cognoscimus : si ab eo qui plus habet
aliquid demitur quod quidem tribuitur minus habenti. id autem quod plus habenti demendum est/et
minus habenti tribuendum: est id quo ipsum exceditur medium. igitur iustum commutatiuum : me-
dium est inter maius atqꝫ minus in huiusmodi comparatione rationū. que adhuc vt liquidius pateāt:
sint a b. c d. e. f. tres equales linee. et ab a b dematur pars a g addaturqꝫ linee e f. sitqꝫ ea pars
adiecta h e erit ergo tota composita h e f sitqꝫ e i pars equalis h e. linea h e f excedit lineam g b parte
h e et parte e i excedit ergo mediam lineam c d parte h e et eadem parte c d media superat g b sunt
itaqꝫ h e f et c d et g b in arithmetica medietate. et h e f similis ei qui plus habet: g b vero ei qui min⁹.
et dempto h e quo h e f superat medium c d et eo quoqꝫ restituto g b : intelligeretur id iustum (quo de
28 hic agimus) esse factum ¶ Quarta conclusio. Hoc iustum in omnibus artibus seruandum est. Nam
nisi seruaretur: artes tandem e medio tollerentur. nisi enim quantum/et quale artifex ipse agens age-
ret/tantum et tale in commutando recipiens susciperet / sed minus: ipsa tandem deperiret ars/ neqꝫ
29 ipsi quoqꝫ sufficeret artifici. est itaqꝫ hoc iustum in omnibus artibus obseruandum. ¶ Quinta con-
clusio. Lucrum et damnum circa commutationes locum habent. Nam nomina hec lucrum et dam-
num ex ijs contractibus/quos sua sponte inter sese celebrant homines: tracta sunt. qui enim emendo/
vendendo/ceteraqꝫ id genus commutationum agendo/que lege sunt indulta: plus habent ꝙ̄ suum sit:
ij lucrari dicuntur. qui vero minus ꝙ̄ in principio: ij dicuntur damnum pati. at vero qui neqꝫ minus
habent/ sed paria paribus sunt compensata/ ij se sua inquiunt habere: et neqꝫ damnum dati/ neqꝫ lu-
30 cratos esse. damnum igitur / et lucrum circa cōmutationes (vt dictū est) versantur. ¶ Correlariū.
Quo fit vt commutatiuum iustum: medium sit inter lucrum quoddam et damum / quod etiam inter-
dum fit inuitis hominibus: habendo scilicet ante commutationem et post equale.

Idetur autem nonnullis et ipsa repassio simpliciter esse iustum: vt Pythago-
c rici censuerunt. Qui quidē absolute diffinientes iustũ/repassionē esse dicebant.
verum repassio/nec ad distributiuũ iustũ:nec ad emendatiuũ accōmodatur.
Quā q; eamipsam et Rhodamanti ipsius iustum asserunt esse.
Si que fecerit:hec etiā patietur et ipse:
Judiciũ fuerit perrectũ/atq; exitus equus.
Persepe enī discrepat.nam si quis magistratũ gerens percusserit quēpiā/nō decet eum
repercuti. Et si quispiā eũ qui magistratũ gerit percusserit:is nō solũ repercutiēdus est
verũ etiā supplicio afficiēdus. Preterea multũ inter se differũt/id quod sponte:et id qd
inuitus quispiā fecit. ¶ Sed in societatibus cōmerciorũ/tale iustũ(repassio inquā)p cō-
parationē rationũ/et nō per equalitatē cōtinet ciuitatē. ciuitas enī tũ cōseruatur: cũ re-
tributio fit/vt ꝯparatio flagitat rationũ. Nam homīes aut reddere malũ querũt:quod
ni faciāt seruitus esse videt̃. aut retribui sibi bonũ. quod nisi fiat:act⁹ dandi/ beneficiũq;
non fit. at ciuitates his cōseruant̃. Quāobrē et gratiarũ templũ in ciuitate media con-
dunt:vt retributio sit. hoc enī gratie ꝓpriũ est. Nam is qui suscepit subministret vicissim
ei qui munus cōtulit:et ip̄e rursus incipiat cōferre oportet. Cōiunctio autē que per dia-
metrũ est:facit eam retributionē que per cōparationē rationũ efficit̃: hoc pacto. sit edi-
ficator quidē a:sutor aũt b/domus in c/ & calceus collocetur in d. Edificatorē igitur a su-
tore accipere opus illius: & ipsum illi suũ dare oportet. Si igitur primũ sit id iustũ quod
cōparatione rationũ est equũ/ deinde repassio fuerit:erit quod dicitur. sin minus: non
erit equũ/neq; cōstabit societas. Nihil enī prohibet vnius opus alterius opere presta-
bilius esse. hec igitur ad equalitatē redigantur oportet. Est aũt hoc et in ceteris artib⁹.
Etenim e medio tollerentur:nisi agens ageret/ et quantũ et quale: et patiens pateretur
hoc/et tantum/ et tale. ¶ Non enim duobus ex medicis fit societas. sed ex medico atq;
agricola:et ex diuersis omnino / ac inequalibus. verum hi redigantur ad equalitatem

oportet. ¶ Quapropter ea vniuersa quorum est permutatio inter sese comparabilia 32
qudammodo esse oportet. ¶ Pro q̄ num⁹ in vsum hominũ venit. et fit quodammodo
medium. metitur enim cuncta:quare et excessionē / atq; defectionē. quotnam calcei do-
mui vel victui sunt equales. Oportet igitur quod est edificator ad sutorem:tot pro do-
mo/vel alimento calceos esse. q si hoc nō fuerit:non erit permutatio/neq; societas. hoc
autem non erit:si non equa quodammodo fuerint. oportet ergo aliquo vno mensurari 33
cuncta/sicut et antea diximus. ¶ Hoc autem est reuera quidē indigentia ipsa: que omīa
continet. Nam si non indigeant:aut non similiter:nō erit permutatio/aut nō eadē erit.
¶ Numus autem ex instituto factus est: vt pro indigentia sit. et propterea nomen hoc
habet quod non natura constat:sed lege. ¶ Et in nobis est situm ipsum mutare atq; in-
utilem facere. Erit igitur tunc repassio/ cũ redacta fuerint in equalitatē: vt quod est ad
sutorem agricola:id sit opus sutoris ad agricole opus. oportet autem in figuram com-
parationis rationũ ducere: cũ permutare voluerint. sin minus: alterũ extremũ excessus
habebit vtrosq;. sed cum habent sua:sic equales et socij sunt. quia hec equalitas in ipsis
fieri potest. Atq; sit agricola quidem a / et alimentum c / Sutor autem b/ et opus ipsius
quod in equalitatem iam est redactum d. q si hoc pacto nō esset repassio: non esset sane 34
societas ¶ Ipsam autem indigentiam continere/ vt quiddam vnum:hoc sane declarat.
Cum enim aut ambo sese non indigent mutuo/aut alter: non fit permutatio. sicut fit: cũ
eius quispiam indiget quod habet ipse: vt vini/pro quo dat ille triticum exportādum.



Oportet igitur hec redigi ad equalitatem. q si nunc nō indigeat: numus quasi vas in-
tercedit pro permutatione futura / si ipsa indiguerit fore. Liceat enim oportet hunc 35
afferenti/ accipere. ¶ Patitur igitur idem et ipse. Non enim semper equale potest. at- 36
tamen magis ipse persistere solet. ¶ Jccirco definite sint precio/ res omnes oportet. sic
enim erit permutatio semper. que si erit: societas erit. Numus igitur (vt mensura)res
ipsas metiendo/ redigit ad equalitatem. Etenim neq; societas fuerit sine permutatio- 37
ne/neq; permutatio sine equalitate/neq; equalitas sine cōmuni mensura ¶ Atq; re qui-
dem vera fieri nequit: vt ea que adeo differũt:conueniāt cōmuni mensura:attamē indi-

gentie ratione satis fieri potest. vnum quid igitur esse oportet: atqꝫ hoc ex suppositione.
Quapropter numus vocatur. hic enī facit vt omnia mensura conueniant. mensurantur
enim omnia numo. Sit domus quidē a. vncie autem decem b: et lectica collocetur in c.
Atqꝫ a quidē dimidiū sit ipsius b. vt preciū domus quinqꝫ vncie sint/ aut equale: c autē
id est lectica sit pars decima ipius b. Patet igitur quot lectice domui sunt equales: sunt
enim quinqꝫ. Hoc aūt modo pmutatio erat: anteaqꝫ esset numus. Nihil enī interest siue
lectice quiqꝫ: siue preciū quiqꝫ lecticarū detur ꝓ domo. Dictū est igitur quidnā sit iustū
38 atqꝫ iniustū. ¶ His aūt determiatis: cōstat iuris actionē mediū inter hec esse/ agere inqꝫ
39 ac pati iniuriā. Alterū enī est plus habere/ alterū minus. ¶ Iustitia aūt nō eodē modo
quo priores virtutes mediocritas est: sed quia mediū est/ hoc est equi. iniustitia autē ex=
tremorū. Et iustitia quidē est qua iustus dicitur electiōe actiuus iusti: atqꝫ distributiuus
et sibiipsi ad aliū/ ac aliū ad aliū: nō hoc pacto vt cōmodi quidē plus sibi tribuat/ et ꝓxi=
mo minus: incōmodi aūt contra. sed equi/ quod ex cōparatione rationū emergit: et aliū
simili modo ad aliū. iustitia aūt cōtraria iiusti. Hoc aūt est exuperatio et defectio cōmo=
di vel incōmodi cōtra cōparationē rationū. Quapropter iniustitia exuperatio est ꝛ de=
fectio: quia est exuperationis et defectionis. in se quidē exuperatiōis eius quod est sim=
pliciter cōmodum: ꝛ defectionis eius quod est incōmodū. In aliis aūt in toto quidem
similiter: eius profecto quod a cōparatione rationū exorbitat/ vt cōtigerit. Iniuria aūt
minor quidē est iniuriā pati: maior aūt iniuriā facere. ¶ De iustitia igitur ac iniustitia/
quenā sit vtriusqꝫ natura: sit dictū hoc modo. Simil' et de iusto vniūsalit'/ atqꝫ iniusto.

Domus. vncie. lectica.
5 10 1
a b c

¶ Quinti capitis note. ¶ Repati/ est omnino quod alteri factū est: simile pati. ¶ Equari quodāmo= Phidon
do/ equari extimatione precii et valoris ¶ Numus a nomo vocabulo greco: quod legē significat nomē Egina
accepit. sumit in carmine: et nūmū dicūt. Phidon/ primū in Egina insula memorat signasse argētcū Saturnus
numū. Et Saturn⁹ in italiā puppe deuectus: ꝑcussisse rudē eneū numū sed posteritas in memoriā Sa= Ouidius
turni qui ad eos puppe delatus est: effigiem puppis numo impressit de quo Ouidius. Numus ereus

At bona posteritas puppem formauit in ere Argente⁹
Hospitis aduentū testificata dei Aureus

Et erea pecunia vsus est populus rhomanus vsqꝫ ad tēpora Pyrrhi regis/ mox argenteā cepit signa=
re. post vero victoriā Carthaginis: primū percussit aureū numū. ¶ Alterū extremū excessus habebit
vtrosqꝫ. nā qui plus habebit/ primo habebit excessum ad mediū et iterū tantū excessum ad minus. nam
per 27. ipsum plus excedit duabus partibus siue duobus excessibus ipsum minus ¶ Iuris actio/ iu=
stitie operatio.
¶ Quintū cap. nouē cōclusionibus partitū est.

31 Quinti Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima cōclō. Pythagorici haud sane diffinierūt iu=
stum simpliciter: repassionē esse/ quodqꝫ alteri sit repassum. ¶ Primo. Nā repassio nec ad distributiuū
iustum/ neqꝫ ad iustū quidē emendandi gratia accōmodādū est: tametsi repassionē Rhadamanthi iu=
stum esse astruant vt qui inquiat.

Si que quis faciat/ eadē patiatur et ipse:
Iudiciū rectū fuerit/ vindictaqꝫ recta.

Sed id in multis dissonat. Nam si quis magistratū gerit/ et quēpiā ꝑcusserit: nō iustū est eū repercuti.
itidem si quis magistratū gerentē percusserit: is nō modo repercutiēdus venit/ verū etiā supplicio af=
ficiendus. similiter si quis volūtarie quicqꝫ cōmiserit/ et alter simile cōmiserit inuitus: non cōmisiliter
ambo repati debent. refert enī plurimū quicqꝫ vel sponte/ vel inuitū cōmittere. non igitur recte diffini=
retur simpliciter iustū: ꝙ sit repassio/ atqꝫ similiter vt alterū passum. ¶ Secūdo. in cōuētionib⁹ cōmer=
ciorū iustū repassione per rationū cōparationē/ et nō per equalē/ eorūdēqꝫ repensionē saluat ciuitatem.
saluatur enī tū ciuitas: cū retributio fit vt rationū cōparatio flagitat. siue hoīes reddere damnū que=
rant/ quod quidem nisi reddant seruitus illis esse videtur: siue sibi beneficiū retribui petant/ quod nisi
rependitur: gratia/ beneficiūqꝫ negat'. his enī vt rationū ꝯparatio postulat retributionibus: ciuitates
saluantur. hinc gratiarū templū in media ciuitate cōstruūt: vt retributionis meminerint. hoc enī gra=
tie ꝓpriū/ peculiareqꝫ est. Cū enī quisqꝫ beneficiū suscepit: subministret et vicissim ei qui primus/ mu=
nus cōtulit: qui rursus cōferre incipiat. Et summati cōiūctio secundū diametrū intellecta (obseruata
quidē rationū cōparatione) dignā in cōmutationib⁹ retributionē parit: vt verbi causa sit a edificator/
b sutor/ c domus/ et d calcei. si cōmutatio inter eos faciunda sit: oportet domificatorē accipere a sutore
sutoris op⁹/ vt calceos: et domificatorē sutori suā operā dare. si itaqꝫ primū ipm mediū secūdū arith=
meticā medietatē vestigemus/ deinde repassio/ adequatioqꝫ fiat: constabit inter eos iustum: sin minus
neqꝫ iustū erit/ neqꝫ firma manebit societas. Nā ꝙ nihil prohibet vnius opus vt domū: alterius opere
vt calceo prestabilius esse: iccirco hec ad equalitatē redigantur oportet: et hoc idem in ceteris artibus
cōperitur. nam e medio tollerentur artes/ vt iam quoqꝫ dictū est: nisi quantū et quale agens ageret: hoc
ipse idē patiens/ et tantū/ et tale pateret'. ¶ Tertio. nō eadē que quis agit: pati/ recipereqꝫ debet. nā ex
duobus medicis nō fit societas: sed ex medico/ atqꝫ agricola/ et ex diuersis omino/ ac inequalib⁹. verū
hi ad equalitatē eo qui dict⁹ est modo: redigātur oportet. nō igitur iustū simplicit' / quod idē sit repas=
32 sum: sed quod ad cōparationis rationū mediū est redactū. ¶ Correlariū. Quapropter vniuersa quorū

cõmutatio est:inter sese quoquo pacto vt cõparabilia sint necesse est. ¶ Secunda cõcl'o. Cõmutationũ 32
gratia numus in hominũ vsum inductus est: vt mediũ cõmutãdi sit/eoq; scilicet mediãte cõmutemus.
¶ Primo. nã cuncta cõmutabilia metitur numus. quare et cõmutabile quod precio excellit. ⁊ cõmu-
tabile quod precio deficit. ¶ Secundo. si queratur quot calcei domui/ vel victui sint equales: id mime
sciri valebit nisi domũ/ victũ et calceũ aliquo eodẽ mensurari cõtingat. At oportet si equa cõmutatio
fiat: quod edificator ad sutorẽ: id calceos esse ad domũ: alioqui ꝑmutatio nõ manebit/ neq; societas. at
domificator et sutor socij sunt/ et equales. domũ igitur et calceos: equari quodãmodo oportet. id aũt
fieri nequit nisi aliquo vno cũcta(vt iã diximus) mẽsuremus cõmutabilia. et id quoq; est numus. igiꝛ
cõmutationũ gratia numus in hominũ vsum inductus est: vt eius extimatione mediãte cõmutabilia 33
permutemus ¶ Tertia cõcl'o. Indigẽtia humana que omĩa cõtinet cõmutabilia/ cuiusq; gratia omĩa
cõmutãtur/ vera naturalisq; cõmutabiliũ mẽsura est. ¶ Primo. nã si non egeãt hoies/ aut nõ similiter
egeant: non erit permutatio/ aut nõ eadẽ erit. igitur secundũ extimationem indigentie: cõmutationes
fiunt ¶ Secundo. numus: instituto/ volũtariaq; ordinatione factus est/ indigẽtie gratia: et ideo nomẽ
numus habet ꝙ nõ natura sed lege cõstet. est enĩ nomos lex. igitur numus nõ vera/ naturalisq; mẽsura
est: sed ipsa indigentia humana. ¶ Tertio. est in nostra potestate sitũ ipm numũ mutare/ atq; inutilem
facere: non igitur numus mensura est cõstans natura: verũ ipsa nostra indigentia. et cõmutabiliũ re-
passio tum erit: cũ ea ipa cõmutabilia redacta fuerint in equalitatẽ. vt cũ quod est agricola ad sutorẽ:
id sit opus sutoris ad agricole opus. et cũ ꝑmutare voluerint: expedit vt cõmutabilia in figura cõpa-
rationis rationũ ducãt/ et ipm mediũ exquirant: alioquin cõtinget alterũ extremorũ vtrũq; excessum

Agricola	Sutor
a	b
Alimentũ	Calcei
c	d

habere. sed cũ habẽt sua: sic socij/ et equales sunt. ita quoq; cõmutatione facta similis in ipis fieri/ ser-
uariq; potest equalitas. Ut sit a agricola/ b sutor/ c alimentũ/ d sutoris opus: ad equalitatẽ alimẽti re-
dactum. sicut a cũ c ante ꝑmutationẽ equalis est/ et socius: b cũ d. ita cõmutatiõe facta a cũ d equalis
est: b cũ c. estq; cõiũctio/ eq̃litasq; ꝑ diametrũ facta. q̃ si hoc pacto facta nõ esset repassio/ adequatioq; 34
sane equalitas/ societasq; nõ esset. ¶ Quarta cõcl'o. Indigẽtia quid vnũ/ precipuũq; est: quo cõmuta-
tio cõtineꝛ/ ꝯseruaturq;. Nã cũ aut ãbo se mutuo nõ egent/ aut alter altero nõ eget: ꝑmutatio fit nulla:
quẽadmodũ tamẽ fit cũ quispiã eius indiget: cuius copiã alter penes se habet/ vt vini: pro quo cõmu-
tet triticũ exportandũ/ si alter egeat. verũtamẽ oportet hec ad equalitatẽ redigi. ꝙ si nũc nõ egeat ⁊ cõ-
mutationẽ facere sit opus: numus quasi vas/ fideiussorq; pro cõmutatione faciẽda intercedit. et ꝓinde 35
non liceat afferenti numũ: ipm recusare. ¶ Quinta cõcl'o. Numus idẽ quod et cõmutabilia patiꝛ. Nã
non semꝑ equo ĩ valore ꝑsistere potest: tametsi magis ipse q̃ res alie ꝑsistere soleat. patiꝛ igiꝛ que et ipa 36
cõmutabilia. ¶ Sexta cõcl'o. Res omẽs q̃ in cõmutatiõem veniũt: ꝓcio/ numiq; extimatione prefiniri
debent. Nã sic ꝑmutatio semꝑ esse valebit. que si erit: societas erit/ et numus vt mẽsura res ipas redi-

	domus	
a	———	5
	vncie	
b	———	10
	lectica	
c	———	1

get ad equalitatẽ. nõ enĩ sine ꝑmutatiõe erit societas: neq; ꝑmutatio sine equalitate: neq; equalitas sine 37
cõmuni mensura. res igiꝛ cõmutabiles oẽs precio/ atq; numo bono iure sunt extimande. ¶ Septima
cõcl'o. Extimatio rerũ in vna cõmuni mensura: nõ fit pro veritate rerũ/ sed ex instituto/ ⁊ suppositione:
pro modo/ indigẽtieq; ratione. Nã fieri nequit reuera atq; secundũ veritatẽ que adeo differũt: cõmuni
cõueniant mẽsura. sed indigẽtie ratione satis id fieri potest. aliquid igitur vnũ quod cõmunis mẽsura
sit: esse oportet. sed hoc quidẽ ex instituto/ atq; suppositiõe: et ꝓinde numus vocaꝛ. facit enĩ numus/ vt
omĩa: mẽsura cõueniãt. mensuranꝛ enĩ omĩa numo. extimatio igiꝛ rerũ: fit eo(qui dictus est) modo. vt
verbi causa sit a domus/ b decẽ vncie/ c vero lectica / sitq; a dimidiũ b ita vt preciũ domus quinq; sint
vncie aut quinq; vncijs equale: c aũt hoc est lectica sit pars decima ipius b: ex cõmuni mẽsura b statim
cognosci potest/ quot lectice domui sunt equales. sunt enĩ quinq;. ⁊ hoc pacto permutatio fiebat: pri-
usq̃ inductus esset numus. et nihil nũc refert: siue lectice quinq;/ siue vncie quinq;/ preciũ quidẽ quiq; 38
lecticarũ: pro domo tribuãtur. sed quid iustũ/ quid iniustũ: dictũ est hactenus ¶ Octaua cõcl'o. Iusta
operatio mediũ tenet inter iniuriã facere/ atq; ĩiuriã pati. Nã mediũ est inter plus et minus. at alterũ 39
est plus habere/ et alterũ minus. iuris igiꝛ actio/ iustaq; operatio inter illa versaꝛ. ¶ Nona conclusio.
Iustitia nõ eo pacto quo ꝑores virtutes. mediocritas est/ sed mediocritas ideo dicenda est: ꝙ sit mediũ:
hoc est ipius equi. iiustitia aũt vtrũq; extremorũ tenet. Nã ꝑus determiãte virtutes medietates duorꝫ
viciorꝫ sunt. et iustitia virtus est: qua iustus diciꝛ actiuus iusti secundũ electionẽ. ⁊ sibiipi quidẽ acti-
uus iusti ad aliũ/ et alij ad aliũ: nõ (hoc pacto) vt cõmodi quidẽ plus sibi tribuat/ et ꝓximo minus: in-
cõmodi vero sibi minus: et ꝓximo plus. sed actiuus iusti quod ex cõparatiõe rationũ emergit: et sibi-
ipsi ad alterũ/ et alij ad aliũ. et iustitia ꝯtraria est iniustitie. hec aũt est exuperatio et defectio cõmodi et
incõmodi cõtra cõparationẽ rationũ. Quo fit vt iniustitia sit exuperatio et defectio: q: est exuꝑatiõis
et defectionis: exuperationis quidẽ in se eius quod simpliciꝛ cõmodũ est: defectiõis vero eius quod est
incõmodũ. et alijs ad alios omĩno similiꝛ. Nã eius est iniustitia quod a cõparatiõe rationũ quomodo-
cunq; id cõtigerit deuiat. et cũ id fit: est qui iniuriã facit/ atq; qui iniuriam patiꝛ. at cũ vtrũq; malum
sit: minus est iniuriam pati: maius autem iniuriã facere: sed de iustitia et iniustitia/ et que vtriusq; sit
natura/ et de iusto et iniusto: vniuersaliter dictũ sit. 40

Um aũt fieri possit: vt iniuriã quispiã faciat/ et nondũ sit ipe ĩiustus: Cap. VI.
c qualesnã iniurias quispiã faciens vnaquaq; ĩiustitia iam est ĩiustus fur inq̃/ vel
adulter/ vel latro. an hoc modo nihil interfuerit? ¶ Eteni fieri potest vt q̃spiam 41
coeat cũ muliere sciens cũ qua coit. sed nõ ob electionis principiũ: sed ob affectũ. Atq;
iniuriã quidẽ agit: sed ĩiustus nõ est/ veluti neq; fur: furatus est tamẽ. neq; adulter: adul-
terium tamen fecit. et eodem de ceteris modo. Quomodo igitur sese habet ad ipsum
iustum repassio: dictũ est antea ¶ Oportet aũt non latere: iustũ quod nũc queriꝛ/ id esse 42

quod est simplr iustū: ipm inqꝫ iustū ciuile. hoc aūt est inter socios vite: vt sit sufficiētia
liberorū/atqꝫ equaliū: aut in cōparatiōe ratione cōsistens/aut in numero. Quare in qui=
bus hoc non est/inter eos ciuile iustū nō est: sed quoddā iustū et per siīitudinē quandā.
43 ¶ In ijs eni est iustū: quibus inter se ponit lex. Lex aūt ijs poni solet: in quibus est iniu= Liberorū: in
stitia. iudiciū eni diiudicatio est iusti atqꝫ iniusti. In quibus vero est iniustitia/ in ijs est libertate vi=
etiam iniuriā facere. sed nō in omibus est iniustitia: in quibus est iniuriā facere. Hoc aūt uentium
44 est plus quidē ex simpliciter bonis/minus aūt ex simplicit malis sibi tribuere. ¶ Iccir=
co non sinimus hominē dominari: sed rationē: quia sibiipsi id facit/et fit tyrānus. magi=
45 stratus aūt custos est iusti. q si iusti: et equi. ¶ Atqꝫ quia nihil sibiipsi plus tribuendum
esse censet/si est iustus (ex simplicit eni bono plus sibi nō tribuit/nisi cōparatiōe rationū
sit ad ipm accōmodatū) ideo alij nō sibiipi laborat. Atqꝫ ob idipm: alienū bonū inquiūt
iustitiā esse: sicut et antea diximus. merces ergo quedā tribuenda est ipsi: honos inqꝫ et
46 premiū. sed qbus hec nō sufficiūt: ij fiunt tyrāni ¶ Herile aūt/paternūqꝫ iustū nō idē: sed
his est simile. Nō est eni iniustitia ad sua simplicit. id aūt quod possidet: et filius qꝫdiu
sit tantillus/et nō separatus: vt pars ipius est patris. ¶ Se vero nemo vult ledere. qua=
propter nō est ad seipsum iniustitia. Neqꝫ ergo iustū/neqꝫ iniustū ciuile. ¶ Est eni lege:
atqꝫ in ijs est/in quibus lex esse potest. Qui quidē ij sunt quibus inest equalitas iperādi
47 atqꝫ parēdi. ¶ Iccirco magis ad vxorē iustū esse videtur: qꝫ ad filios/et ea que possidē=
tur. Hoc eni est rei familiaris iustū. verū et hoc aliud est a ciuili.

¶ Sexti capitis note. ¶ Repassio que iusta est: fit nō rependēdo idē et simile/sed secundū rationū cō=
paratione. que vero nō sic fit: est iiusta ¶ Magistratus interdū appellat is qui in potestate aliqua rei=
publice moderande cōstitutus est/ vt cōsul/pretor/dictator/et similes. interdū vero eo noīe ipsa rei pu=
blice moderande potestas designatur.

¶ Sextū cap. quinqꝫ cōclusionibus/duabus qstionibus/vna diffinitiōe et vno correlario partitū est.

40 Sexti Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima questio. Cū fieri possit/ vt iniuriā quis faciat et
nondū tamē sit iniustus: quales igit iniurias faciendo secundū vnāquāqꝫ iniustitie speciē dicēdus est
41 iniustus: vt fur/adulter latro. an id quidē nihil refert? ¶ Prima cōclusio. Quas iniurias quis faciat
vt iniustus dicat/aut nō dicatur: refert. Nā fieri potest vt quis cū muliere venerē exerceat: sciens etiā
cum qua hmōi exercet venerē. at id nō ex electione: sed affectu/ac perturbatione faciat. quare is iniu=
stus non est/attamē iniuriam agit. similiter neqꝫ fur est omis: qui altero inuito clāculū rem surripuit:
neqꝫ omnis adulter qui se alterius thoro īmiscuit: sed qui has ex habitu/et electione admitteret iniu=
42 rias: is iniustus esset. refert igit quas quis admittat iniurias: vt iiustus dicat/an nō dicat ¶ Secūda
questio. Quomodo sese habet repassio ad iustū? huius qstionis ex precedētibus facile trahi potest di=
lutio. at nūc de iusto simpliciter: quid ipm sit/querendū est. ¶ Diffinitio. Simpliciter iustū: est iustum
ciuile. et est iustū quod inter socios vite/atqꝫ coequales versatur: vt bonorū sufficiētia sit inter eos qui
liberam degunt vitā/quiqꝫ in vita sunt equales. nūc Geometrica rationū cōparatiōe/ nūc vero cōpa=
43 ratione Arithmetica. Quapropter in quibus id nō reperit: inter eos minime iustū ciuile collocatū est.
licet inter eos nihil vetet reperiri iustū quoddā per similitudinē. ¶ Secunda cōclusio. Iustū ciuile in=
ter eos est in quibus iniustitia atqꝫ iniuriā facere cadit. Nā in ijs iustū ciuile cōstituit: qbus adinuicē
poni soleat lex. Lex autē ijs poni solet: in quibus iniustitia cadit. est eni iudiciū quod a lege puenit: di=
iudicatio iusti atqꝫ iniusti. at vero vbicūqꝫ iniustitia est: illic est et iniuriā facere. tametsi non cōtra sit.
nam nō in quibuscūqꝫ est iniuriā facere: in illis est ⁊ iniustitia. est eni iniuriā facere plus et simpliciter
bonis: minus vero ex simpliciter malis sibi tribuere/ et cōsimiliter alij ad alterū. versat igitur iustum
44 ciuile: in ijs in quibus iniustitia cadit/atqꝫ iniuriā facere. ¶ Correlariū. Quapropter nō sinimus ho=
minē dominari/sed rationē. Nam si hominē secundū suas affectiones dominari/ principatūqꝫ gerere
45 sineremus: plus sibi de simpliciter bonis/⁊ minus de simpliciter malis tribueret/euaderetqꝫ in ipo do=
minatu tyrānus. magistratus aūt/et qui dn̄atur custos est iusti. q si iusti: igit et equi. ¶ Tertia ɔclo.
Magistratus: alij nō sibiipi laborat/cuius merces: honor et gloria sufficere debet. Nam magistratus
nihil sibiipsi plus tribuendū censet. nā est iustus. ex bono eni simplicit non plus sibiipi tribuet: qꝫ q cō=
paratione rationū sue sorti obtigerit. ergo alij: nō sibiipsi laborat. et hinc nō iniuria ipam iustitiā alie=
num bonū appellant: vt et antea quoqꝫ iā diximus. at pro functione sua quedā merces illi tribuēda est:
46 et illa re uera honor est/et gloria. ⁊ sufficere debet. nā qbus hec pro mercede nō sufficiūt: euadūt pfecto
tyranni. ¶ Quarta conclusio. Herile iustum/atqꝫ paternum non idem ciuili iusto: sed huic simile est.
¶ Primo. nā ad sua simpliciter non est iniustitia. sed quod quis possidet/ et filius qꝫdiu paruulus sit:
est in sua potestate: est eni filius qꝫdiu a patris potestate separatꝰ nō fuerit: vt patris pars quedā. igit
herile iustū et paternū: ciuile nō est ¶ Secūdo. nemo seipm ledere vult. quare ad seipm nō est iiustitia.
igitur neqꝫ iustū neqꝫ iniustū ciuile. eadē ergo ratione/neqꝫ ad sua. nō est igit herile iustū/ ac paternū:
ciuile. ¶ Tertio. iustū ciuile/lege cōstat: et inter eos statuit/quorū est equalitas vicissim iperandi/atqꝫ
47 parendi. herus aūt ad possessionē/⁊ pater ad liberos: nō ita se habet. eorū igit nō est adinuicē ciuile iu=
stum. ¶ Quinta cōclusio. Viri ad vxorē magis ciuile iustū esse videt: qꝫ ad liberos/et possessiōes. Nā
eorū maior equalitas. attamē tale iustū quod inter virū atqꝫ vxorem versatur: ciuile non est: sed econo=
micum/rei familiaris/domesticūqꝫ iustum appellatur.

Iuilis autem iusti aliud est naturale: aliud legitimũ. Et naturale Cap. VII. 48
c quidem est quod vbiq; vim habet eandẽ: et non qꝛ videtur/ vel nõ videt̃. Legi-
timũ autẽ quod a principio quidẽ nihil refert/ sic an aliter habet: cũ vero positũ
fuerit/ refert. Quale est: mina captiuos redimi/ vel caprã dijs/ sed nõ duas oues macta-
re. et etiam ea que de singulis lege iubentur. vt sacra Braside facere. et que publicis de- 49
cretis instituũtur. ¶ Uidẽtur aũt quibusdã omĩa talia esse. Propterea ꝙ omne qđ na-
tura constat ĩmobile est: et vim eandẽ habet vbiq;. sicut ignis hic/ et apud Persas vrit:
iusta aũt moueri vidẽt. Uerũ hoc nõ ita sese habet: sed aliquo modo. Atq; apud deos
quidem/ nihil vllo modo forsitã est quod ita sese habet: apud nos aũt est quidẽ aliquid
etiã natura cõstans/ mutabile: verũ nõ omne. Attamẽ aliud est natura/ aliud nõ natura. 50
patet aũt. ¶ Quidnã eorũ que possunt et aliter se habere natura/ constat: ⁊ quid nõ/ sed 51
lege ac instituto: si ambo mutari similiter possunt. ¶ Et ad cetera/ eadẽ accõmodabitur
definitio. Dextera namq; manus validior est leua/ natura. Et tamen fieri potest: vt oẽs
euadant apti ad vtendum manu sinistra perinde ac dextra. Iustorũ aũt ea que ex insti-
tuto sunt et ob vtilitatem/ similia sunt mensuris. Non enĩ omĩbus in locis equales sunt
vini/ triticiq; mensure. sed vbi quidẽ emũt/ maiores sunt: vbi autẽ vendũt/ minores. Si-
mili modo et ea que non naturalia sunt/ sed humana iusta: nõ eadẽ sunt vbiq;. Nã neq;
respublice sed vna tantũ vbiq; secũdũ naturã est ipsa optima ¶ Unũquodq; aũt iusto- 52
rũ/ et legitimorũ vt vniuersale sese habet ad singula. etenĩ ea que agũtur sũt multa. vnũ-
diocritatũ/quas inter exuperationẽ defectionẽq; dicimus esse:ita sese habẽtes vt recta ratio statuit. Atq; sermo talis est quidẽ verus:non tamen dilucidus. nam et in quauis opera/atq; cura circa quam versatur scientia/verum est dicere:neq; nimiũ/ neq; parum esse elaborandũ vel quiescendũ: sed mediocriter/et vt ratio recta perscribit. Atqui hoc tantũ habet/nihil plus scierit: vt si quispiam dixerit ea esse corpori afferenda que medicina/et vt,is q̃ hanc habet scientiã:iubet. Quapropter et circa habitus animi non modo vere hoc dictum esse oportet: sed etiã determinatũ quenã sit ipsa ratio recta: et que eius
2 sit definitio ❡ Virtutes itaq; anime supioribus in locis diuisimus. et alias moris/alias mentis diximus esse:atq; de moris quidẽ virtutibus iam trãsegimus. De reliquis vero dicamus oportet:prius hisce de anima declaratis. ❡ Duas igitur esse anime partes antea diximus. eam que rationis est particeps:et eam que eiusdẽ est expers. Nunc autem identidem pars ea que rationem habet est diuidẽda. atq; sit suppositũ duas esse partis que sunt participes rationis. Vnam qua contemplamur ea quorũ principia/vt aliter sese habeãt minime fieri potest. Alterã qua perspicimus ea/ que aliter sese habere possunt
3 ❡ Hec namq; anime partes diuerse sunt genere/ que sunt apte ad res eas cognoscendas que genere differũt. siquidem ipsis inest rerũ cognitio similitudine quadã atq; accõmodatione. Atq; harũ altera vis sciendi:altera vis subducendi rationem vocetur. cõsultare namq;/rationemq; subducere eadem possunt. Nemo autem de ijs rebus ꝯsultat que aliter sese habere non possunt. Quare vis subducendi rationẽ. vna pars eius partis est
4 anime:que rationis est particeps. ❡ Sumẽdũ est igitur quisnam vtriusq; sit optimus habitus. Hic enim vtriusq; est virtus. virtus autem est ad proprium opus.

❡ Primi capitis note. ❡ Intendit interdũ prudens ne deficiat: et remittit interdũ ne abundet vbiq; mediũ coiectans. ❡ Vis anime cõtẽplatiua et vis cõsultatiua. reipsa/subiectoq; sunt vnum:et genere differunt quadam similitudinis accõmodatione ad ea que recipiunt. perinde vt album et dulce reipsa/ atq; subiecto sunt vnum:et genere differunt/q; albedo et dulcedo genere distent. vt eni idem vt lac: album dicit ab albedine et dulce a dulcedine:ita quoq; vis contẽplatiua a cõtemplatione et vis cõsultatiua a cõsultatione dicitur:que inter se discrimen patiũtur : quod albedo et dulcedo. Item he due vires reipsa bene sunt vnũ et due genere ratione:perinde ac coloratum et sapidum re ipsa sunt vnũ et generali ratione duo. sed huius rei exacta discussio moralis non est. et proinde/ moralis auditor nõ diutius immoretur.

❡ Primũ cap. tribus cõclusionibus/et tribus diuisionibus partitũ est

1 Primi Capitis cõmentarius ad litteram. ❡ Prima cõclusio. Que sit recta ratio in hoc loco diuidendum/discutiendũq; est. ❡ Primo. Nam ante iam dictum est medium expetendum esse : non autem exuperationẽ aut defectionẽ:et medium ipm perinde sese habere atq; recta ratio dictat. expedit igit quenam ea sit recta ratio discutere. ❡ Secundo. in omnibus superius exactis/determinatisq; habitibus/atq; in ceteris:est quoddã signũ ad quod respiciẽs rationẽ habens intendit/atq; remittit : ne aut deficiat/aut abundet. estq; id quidam terminus mediocritatũ: quasquidem mediocritates inter exuperationem/defectionemq; superius diximus esse collocatas:sed quẽadmodũ ipsa recta ratio statuerit. et q̃uis is sermo verus sit:non tamen dilucidus/ captuq; peruius. non igitur ab re fuerit : ipsam rectam rationem diligentius exquirere. ❡ Tertio. in oĩ studio/atq; opera circa quã versatur scientia: verũ est dicere neq; nimis neq; parũ laborandũ esse/aut omittendũ: sed mediocriter/ vt recta ratio fines perscribit. at qui tantillum habet: nihil iccirco plus scierit/q̃ sciet quis que sanãdo corpori sunt accõmoda:si quispiam illi dixerit ea esse corpori afferenda/que medicina iubet/et quemadmodum qui medicinam habet. quapropter circa habitus animi/ non modo vere hoc dixisse satis est. sed etiam dis-
2 cutere oportet quenam ipsa sit recta ratio/et que eius diffinitio sit. ❡ Diuisiões. Prima. virtutũ quedam est moris/ et quedã intellectualis. et de virtutibus moris iam exactum est:de reliquis antem nũc est exigendum:paucis de anima prius delibatis.. ❡ Secunda diuisio. Partiũ anime quedam est rationis particeps/quedã vero rationis est expers. et he due diuisiões superius tacte sunt. Sed hic rur-
3 sus pars anime rationis cõpos/atq; particeps diducẽda est. ❡ Tertia diuisio. Partiũ anime que rationis sunt participes:quedã est cõtẽplatiua:et est cuius principia/ ⁊ ea circa que eius cõtẽplatio versatur:necessaria sunt/et ipossibilia alit sese habere. altera vero cõsultatiua/administratiuaq; est:et est qua ꝑspicimus cõtingẽtia/ et ea que aliter sese habere possunt. et hoc in loco has duas esse anime rõne participãtis partes:suppositio est ❡ Secũda ꝯclõ. He due partes anime:latũ inter se discrimẽ sortiũ-
4 tur. Nã he ꝑtes genere differũt:q̃ ad eas res discernendas q̃ genere differũt/ accõmodate sunt. atqui he partes ad res discernẽdas que genere differũt:accõmodate sunt. differunt igitur genere:si equũ est eas sic dicere differre quadã similitudinis accõmodatione/quẽadmodũ ⁊ cognitiões que illis insunt. et prima pars vis cõtemplandi/sciendiq; dicatur:secunda vero vis cõsultandi/rationẽq; subducendi. consultare enim/rationẽq; subducere:idem esse dicimus. et proinde bene dictum est:hanc partẽ circa contingentia versari. nam nemo consultat de ijs que sese aliter habere non possunt. fit etiã recte vt vis rationem subducendi:bene posita sit vna pars anime/que rationis particeps existit. nam sine rationes

rationem ſubducere ĩpoſſibile eſt. ¶ Tertia cõcluſio. Expediet ſumere quiſnã vtriuſqꝫ harũ partium 4
optimus ſit habitus. Nam vtriuſqꝫ optimus habitus ſtatuet: eius optima virtus. optima aũt virtus:
ad propriũ eius opus eſt. id igitur ꝑſcrutari idoneũ/conſentaneũqꝫ eſt.

Ria autem ſunt in anima: que ſunt agendi/ veritatiſqꝫ pĩcipia: ſenſus Cap. II. 5
t intellectus/appetitus. Atqꝫ ſenſus/ nullius eſt principiũ actus. quod quidẽ ex
eo patet quia belue ſenſum quidẽ habent: actionis aũt ſunt expertes. ¶ Eſt aũt 6
id in appetitu perſecutio atqꝫ fuga/ quod eſt affirmatio/ negatioqꝫ in mente. Quare cũ
moris quidẽ virtus habitus ſit electiuus/ electio vero appetitus deliberatiuus: ob hec
ipſa: et rationem veram/et appetitũ rectũ eſſe oportet: ſi electio ſit ſtudioſa. atqꝫ eadem
illam quidẽ dicere: hunc aũt perſequi. Hec igitur mẽs/ atqꝫ veritas actiua eſt. ¶ Mẽtis 7
autem eius (que contẽplandi: nõ agendi/neqꝫ faciendi principiũ eſt) bonũ ac malũ: verũ
eſt atqꝫ falſum. Hoc enĩ mentis eſt omnis/opus. ſed actiue mẽtis veritas eſt cõſentanea
appetitui recto. ¶ Electio igitur actus principiũ eſt vnde eſt motus/ ſed non id gratia 8
cuius. Appetitus autẽ/ eaqꝫ ratio que alicuius eſt gratia/electionis principiũ eſt. ¶ Ic= 9
circo neqꝫ ſine intellectu/menteqꝫ: neqꝫ ſine habitu moris eſt ipſa electio. Sine nãqꝫ mẽ=
te/atqꝫ more non eſt actio bona: nec itẽ cõtraria. mens autẽ ipſa nihil mouet: ſed ea que
alicuius eſt gratia/et actiua. Hec enĩ et effectrici menti preeſt. nam omĩs qui facit/gratia
huius facit. et nõ eſt ſimpliciter finis: ſed ad aliquid. et alicuius id quod efficitur: ſed nõ 10
id quod agitur. ipſa namqꝫ bona actio finis eſt. et huius eſt appetitus. ¶ Quapropter
electio vel intellectus eſt appetitiuus: vel appetitus ĩtellectiuus. et tale principiũ eſt ho=
mo. ¶ Nulla autem res facta/ eſt eligibilis. Nemo enim eligit Ilium expugnaſſe. neqꝫ 11
enim de eo conſultat quod factũ eſt / ſed de futuro ac contingente. factũ aũt non cõtin=
git non factũ eſſe. Quapropter recte Agatho dixit.
Hoc etiam ipſe deus: ſoloqꝫ carere videtur:
Infectum vt faciat/ quod factũ eſt atqꝫ peractum.
¶ Opus igitur vtriuſqꝫ partis intellectiue veritas eſt. quare quibus habitibus maxime
pars vtraqꝫ verum dicit: ij ſunt ambarum virtutes.

¶ Secundi capitis nete. ¶ Tria autẽ ſunt in anima id ſecundũ opinionẽ dictũ eſt. nã ſtatim emendat
ſenſumqꝫ pro veritate reijcit. ¶ Appetitus/appetitus rõnalis. quo enim iure ſenſus exulat ab officio
agẽdi/ ꝙ inſit brutis ratiõis expertibus: eadẽ quoqꝫ ratione appetitus ſenſualis/ atqꝫ brutus. et ꝙ ap=
petitus hic partis rationalis ſit particula: littera ſequens ſtatim inſinuat. nã prius dictũ eſt electionẽ
eſſe precõſiliatã volũtatẽ: hoc vero in loco dicitur electio eſt appetitus deliberatiuus. ¶ Electio/ele=
ctio perfecta. et eſt que a perfecto ꝓficiſcitur habitu. cõſultamus enĩ/ atqꝫ imꝑfecte eligimus ante mo=
ralium habituũ cõſecutionẽ. ¶ Ut mens actiua ad virtutes morales: ita mens factiua ad artes meca=
nicas. ¶ Effectionẽ actionis eſſe gratia/et actionem gratia cõtemplationis: id indiciũ eſt mundũ fa=
ctum eſſe vt illi prouideretur/ ꝓuideri aũt illi vt que capacia erũt vitã agant in ocio atqꝫ ĩmortalitate
beatũ. imitat̃ enĩ mens noſtra quoad fieri poteſt illã ſummã oĩmqꝫ artificẽ/ oĩa gubernantẽ ac ſapiẽ=
tiſſimã mentẽ. et quod artis opus id diuine mentis eſt rerũ productio/opus prudẽtie/ ꝓuidẽtia eſt atqꝫ
rerũ gubernatio. et ſapiẽtie opus/ illa intima supreme mẽtis ſuijpius cõprehenſio. ergo ꝑ artẽ/imita=
mur rerũ creationẽ ſiue potius ipm̃ res oẽs creantẽ. per prudentiã ipm̃ oĩbus ꝓuidentẽ. per ſapientiã
ipm̃ in ſeipo manentẽ et quaſi in beatiſſima ſui cõtẽplatione quieſcentẽ. ſed alterius ſunt ꝯtẽplationis.
¶ Secundũ cap. quinqꝫ cõcluſionibus/et duobus correlarijs partitũ eſt. 5

Secundi Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõcluſio. Actionũ humanarũ minime ſenſus
principiũ eſt. Nam tria ſunt anime: que principia agẽdi contẽplandiqꝫ licet augurari: ſenſus/ intelle=
ctus/appetitus. at ſenſus agendi principiũ non eſt. nam belue ſenſum habent: actiõis aũt ſunt expꝑtes 6
¶ Secũda cõclo. Principiũ agẽdi eſt appetitus rect⁹: vere ratiõi cõſultatiue mẽtis cõſentaneus. Nã
id in appetitu ꝓſecutio eſt/ atqꝫ fuga: quod in mẽte affirmatio/ atqꝫ negatio. ergo cũ ſecundũ aliquã vir=
tutum moris agimus: oportet appetitũ proſequẽdi/ fugiẽdiqꝫ rectũ eſſe: et mentẽ quid proſequendum/
quidue fugiendũ: vere dicere. hunc vero proſequi aut fugere. nã virtus moris: habitus electiuus eſt.
et electio/ eſt appetitus cõſultatiuus: imo (vt iã alias viſum eſt) precõſiliatus. cõſiliũ autẽ: cõſultatiua
parte mentis perueſtigatur. oportet igitur (vt dictũ eſt) et appetitũ rectũ eſſe: ſi electio ſtudioſa futura
ſit/et mentẽ que rite proſequenda ſunt: vere iudicare/ appetitũ ꝓſequi: et hec mens actiua dicit̃/ parit̃
et eius veritas actiua. principiũ igitur agendi eſt appetitus rectus: vere rationi mentis cõſultatiue/ 7
adminiſtratiue/ actiueqꝫ cõſentaneus. ¶ Tertia cõcluſio. Bonũ ac malũ cõtẽplatiue mentis minime
agendi/ faciendiqꝫ principiũ eſt. Nam eius bonũ et malũ: verũ / et falſum. hoc enĩ omĩs mentis opus
eſt. ſed hoc intereſt: ꝙ verũ mentis actiue/ appetitui recto cõſentaneũ eſt: verũ aũt cõtemplatiue: non/ ꝙ 8
circa neceſſariũ ſit: cuius ꝓſecutionẽ aut fugã: conſultatione minime molitur appetitus. ¶ Quarta
cõcluſio. Electio agendi principiũ eſt vnde motus/ at nõ finis eſt/ atqꝫ id gratia cuius agendũ eſt. Nã
appetitus electionis principiũ eſt/ pariter et id gratia cuius/ ipſiuſqꝫ finis ratio/ electiõis principiũ.
non eſt igitur electio principium cuius gratia agitur. que cum nota ſit eſſe agendi principium: relin=
quitur eſſe principium vnde motus. ¶ Correlarium. Unde euenit: vt neqꝫ ſine intellectu/ atqꝫ mente/ 9

neqꝫ sine habitu moris: ipsa sit electio. ¶ Primo quidem. nam electio non est sine bona actione/ si studiosa est: aut contraria/ si viciosa. at sine mente/ morisqꝫ habitu non est actio bona/ aut cõtraria. non est igitur electio sine mente/ morisqꝫ habitu. ¶ Secundo. mens ipsa sine habitu nihil ad agendũ mouet: sed mens ipsa formata: vt actiua/ et que est alicuius aut actionis/ aut effectionis gratia. et mens actiua: menti effectrici preest. nam omnis qui facit: gratia huius facit. et mentis actiue: id quod efficitur simpliciter finis non est/ sed ad aliquid et alicuius est: vt eius quod agitur gratia. id aũt quod agitur non ita se habet. nam ipsa bona actio finis/ et appetitus actiuus eius gratia est. non igitur ab re dictũ
10 est: mentẽ actiuã menti preesse factrici. ¶ Secundũ correlariũ. Fit iterũ vt electio: vel intellectus sit
11 appetitiuus/ vel appetitus intellectiuus. et tale principiũ habens homo est. ¶ Quinta cõclo. Electio non est preteritorũ: sed futurorũ/ atqꝫ contingentiũ. Nam nulla res facta/ eligibilis est. vt nemo eligit expugnasse Ilium/ neqꝫ omnino consultat de eo quod factum est. nam quod factum est: infectum esse non potest. et proinde recte cecinit Agatho.

Hoc etiam ipse deus/ soloqꝫ carere videtur:
Infectum vt faciat/ quod iam factum atqꝫ peractũ est.

Sed cõsultamus de futuro/ atqꝫ cõtingẽti. igit᷑ electio p̄teritorũ nõ est: sed futurorũ/ atqꝫ cõtingentiũ.

12 E ipsis igitur rursus dicamus oportet: altius initio sumpto. Sint **Cap. III.**
d itaqꝫ ea quibus verũ anima dicit affirmando/ aut negando numero quinqꝫ. Hec autem sunt ars/ scientia/ prudentia/ sapientia/ intellectus. Fieri enĩ potest: vt fal-
13 sum existimatione/ opinioneqꝫ dicat. ¶ Sciẽtia igitur quidnam sit hinc perspicuũ est: si exacte dicere oportet: et nõ si͞litudines sequi. omnes enĩ putamus id quod scimus/ aliter sese habere non posse. que vero possunt aliter se habere/ post contemplationem latent si sint an non sint. ipsum ergo scibile necessario est: ergo est eternum. que enim necessario
14 simplicit᷑ sunt: eterna sunt oĩa. ¶ At eterna ingenita/ et incorruptibilia sunt. ¶ Preterea
15 omnis scientia doceri/ et scibile disci posse videtur. ¶ At ex antea notis (vt in solutiuis etiam diximus) fit omnis doctrina. Nam alia per inductionem/ alia per ratiocinationẽ efficitur. atqꝫ inductio quidem principiũ est ipsius vniuersalis. Raciocinatio autem est ex vniuersalibus. sunt enim principia ex quibus ipsa ratiocinatio constat/ quorũ non est ratiocinatio: ergo inductio. Scientia ergo demonstratiuus est habitus: et cetera que in
16 resolutiuis determinauim⁹. ¶ Cum enĩ quispiã scit: cum aliquo modo credit/ et sunt ipsi principia nota. si enim non sint magis q̄ conclusio nota: per accidens habebit scientiã. De scientia igitur sit hoc modo determinatum.

¶ Tertij capitis note. ¶ Suspitio/ existimatio/ opinio. ¶ Ratiocinatio: syllogismus/ entymema.
¶ Sub inductione exemplũ: vt sub syllogismo entymema cõprehendimus.
¶ Tertiũ cap. tribus cõclusionibus et quinqꝫ ꝓprietatibus distinctũ est.

12 Tertij Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Expedit altius repetere determinationis exordiũ aliquorũ: que pauloante dicta sunt. Nam pauloante dictũ est: omnẽ mentẽ circa verum vt suum bonum versari. at habitus quibus anima solum verũ dicit: aut affirmando/ aut negando quinqꝫ sunt numero: scientia/ ars/ prudentia/ intellectus ac sapientia. expedit igitur ab ipsis determinatiõis initiũ auspicari. et q̄uis existimatio/ opinioqꝫ: mentis sit habitus: non tamen anima verum eo solum
13 dicit. nam plerũqꝫ vsu euenit: vt existimatione/ opinioneqꝫ falsum dicat. ¶ Secunda cõclusio. Scientia/ exacta quidem et non translatitie dicta: scibiliũ necessariorũ/ atqꝫ eternorũ est. Nam si de scientia exacte loquimur/ neqꝫ si͞litudines querimus. hinc quod dictũ est perspicuũ esse potest: ꝙ si omẽs quidẽ putamus idip̄m quod scimus: sese aliter habere non posse. nam que aliter sese habere possunt: post cõsiderationem ipsam nos fugiunt sintne an non sint. ipsum igitur scibile: necessariũ est. quod autem necessariũ: eternum est. que enim necessaria simpliciter sunt: eterna sunt omnia. scientia igitur exacta/ et
14 non translatitie sumpta: scibiliũ necessariorũ est/ atqꝫ eternorum. ¶ Tertia cõclusio. Scientia itidem ingenitorũ/ incorruptibiliũqꝫ est. Nam scientia (vt modo dictum est) eternorũ est. igitur ingenitorum/
15 atqꝫ incorruptibiliũ: si quidem omne eternũ/ ingenitũ/ et incorruptibile est ¶ Affectiones/ ꝓprietatesqꝫ scientie. Prima. Omnis scientia doceri potest/ et omne scibile disci. Secunda. Omnis scientia est ex antea notis. nam vt in posterioribus analyticis dictũ est: omnis doctrina ex precedenti fit cognitione. Tertia. Omnis scientia ratiocinatiõe efficitur. Nam doctrinarũ alia inductione paratur/ alia vero ratiocinatione. que inductiõe paratur ea est que vniuersalis/ atqꝫ ipsius scientie principij. igitur sciẽtia ratiocinatione efficitur. est enĩ inductio: via/ principiũqꝫ ipsius cognoscendi vniuersalis: et ratiocinatio ex vniuersalibus constat. hec autem vniuersalia pricipia sunt. nõ ab re igitur euenit/ cũ ipsorũ non sit ratiocinatio: ipsorum esse inductionem. Quarta. Omnis scientia demonstratiuus est habitus/ et reliqua que in posterioribꝫ analyticis determinata sunt. Quinta. q̄squis habet scientiã: principijs credere debet/ atqꝫ illa ipsi esse nota/ et magis quidẽ q̄ ipsa cõclusio. alioqui si ipsa principia nõ sint magis conclusione nota: per accidens dũtaxat habebit scientiam. sed de scientia satis: hoc modo determinatum sit.

16 Orum autẽ que aliter sese habere possunt: est et aliquid quod sub **Cap. IIII**
e effectionem/ ⁊ aliquid quod sub actionem cadit. Diuersa vero sunt effectio: atqꝫ actus de his autem ipsis et externis sermonibus credimus. Quare et habitus qui cum ratione actiuus est: diuersus est ab eo habitu qui cum ratione est effectiuus.

neqꝫ alterũ ab altero cõtinet. neqꝫ enĩ effectio actus est: neqꝫ actus effectio. ¶ Atqui cũ 17
extruẽdarũ ediũ facultas: ars q̃dã sit/ ac habit⁹ quidẽ faciẽdi cũ rõne: nullaqꝫ sit ars que
non sit habitus faciendi cum ratione: nec vllus habitus talis qui non sit ars: fit vt idem 18
sit ars/ atqꝫ habitus faciendi vera cũ ratione ¶ At vero circa generationẽ ars om̃is ver=
satur: et inuẽtionẽ/ contẽplationẽue/ quonã pacto fiat eorũ aliquid que et esse/ et nõ esse
possunt: et quorũ principiũ nõ in eo quod efficitur: sed in ip̃o est faciẽte. ¶ Nã neqꝫ coꝝ 19
que necessario sunt/ vel fiũt est ars: neqꝫ eorũ que sunt secundũ naturã. Hec enĩ in seip̃is
habent principiũ ip̃m ¶ Cũ aũt effectio/ atqꝫ actus diuersa sint: artẽ effectionis esse/ non 20
actus: necesse est. ¶ Atqꝫ circa eadem quodãmodo versatur ars/ et fortuna: queẽadmo= 21
dum et Agatho dicit.

Quippe ars/ fortunã: fortunaqꝫ diligit artem.

Ars igitur (vt diximus) habitus est quidã faciendi/ vera cũ ratione. Contrariũ aũt artis
habitus est faciendi/ falsa cũ ratione: circa id quod sese aliter habere potest.

¶ Quarti capitis note. ¶ Factiuus/ effectiuus. ¶ Factio/ effectio. ¶ Alio in loco/ externis sermoni=
bus/ in methaphisicis.

¶ Quartũ cap. sex cõclusionibus partitũ est. 16

Quarti Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Habitus qui est cũ ratione actiuus:
ab eo diuersus est qui cũ ratione effectiuus est: neqꝫ alterũ sub altero cõtinetur. Nam cõtingentiũ/ atqꝫ
eorũ que aliter sese habere possunt: quoddã est quod sub effectionẽ cadit/ quoddã vero sub actionẽ. at
effectio/ et actio diuersa sunt: vt alio quoqꝫ in loco declarata credere debemus. igit̃ habitus qui est cũ 17
ratione actiuus: ab eo diuersus est qui cũ ratione effectiuus est/ neqꝫ alterũ quidẽ sub altero cõtinetur.
nam neqꝫ effectio/ actio est: neqꝫ actio/ effectio. ¶ Secũda cõclusio. Idẽ est ars/ et habitus vera cũ ra=
tione factiuus. Nam cũ ediũ extruendarũ facultas sit ars/ et eadem sit habitus vera cũ ratione facti=
uus/ et nulla inueniri queat ars: que eadem non sit habitus vera cũ ratione factiuus: atqꝫ contra nul=
lus habitus vera cũ ratione factiuus: qui idem non sit ars. fit igitur recte vt idẽ sit ars/ atqꝫ habitus 18
vera cũ ratione factiuus. ¶ Tertia cõclusio. Omnis ars circa generationẽ/ artificijqꝫ ꝓductionẽ ver=
satur. Nam artifex om̃is totus occupatus est circa inuentionem/ considerationemqꝫ: quonam pacto
fiat aliquod artificiorũ: que quidẽ et esse possunt/ atqꝫ possunt non esse/ ꝛ quorũ principiũ non in eo est:
quod efficitur/ sed in ip̃o est efficiẽte. ars igitur omnis: circa generationẽ/ productionẽqꝫ rei versatur. 19
¶ Quarta cõclusio. Ars neqꝫ eorũ est que necessario sunt/ fiuntue necessario: neqꝫ eorũ que sunt secun= 20
dum naturam. Nam hec in seipsis principiũ sui habent: artificia vero nõ. ¶ Quinta cõclusio. Ars nõ
est actionis. Nam effectio/ et actio diuersa sunt/ diuersorũqꝫ habituũ. at ars est effectionis/ igitur ars 21
non est actionis. ¶ Sexta conclusio. Circa eadem quodãmodo versatur ars/ atqꝫ fortuna. Hoc ipsum
Agathon affirmat id quidem hoc carmine testatus.

Quippe ars fortunam/ fortunaqꝫ diligit artem.

Ex iam dictis igitur colligere possumus: artem esse habitum vera cum ratione factiuum. Et atech=
nia/ artisqꝫ contrarium: identidem circa idipsum quod aliter sese habere potest esse habitum/ sed fal=
sa cum ratione factiuum.

Cap. V. 22

De prudentia vero quenam sit hoc perceperimus pacto: si contemplabimur 23
quosnam ipsos prudentes dicimus esse. ¶ Videtur itaqꝫ prudentis esse/ bene
consulere posse circa ea que sibi sunt bona/ ac ꝓsunt: non aliqua ex parte/ vt que=
nam ad sanitatẽ vel vires: sed quenã ad bene viuendũ om̃ino conducant. Argumento
est id ita esse: eos etiam qui circa aliquid versantur prudentes dici: cum bene ad finem
studiosum aliquem/ excogitauerint ea: quorũ nulla est ars. quare et om̃ino prudens is 24
est/ qui ad cõsultandũ est aptus. ¶ Consultat aũt de ijs nemo: que aliter sese habere nõ 25
possunt: aut de ijs que ipse agere nequit. ¶ Quare si scientia quidẽ est cũ demonstratiõe
(quorum autem principia aliter sese habere possunt: eorũ non est demonstratio/ cuncta
enim et aliter sese habere possunt) neqꝫ de ijs que sunt necessario/ consultatio fieri potest:
ipsa prudentia profecto/ neqꝫ scientia/ neqꝫ ars esse potest. scientia quidem: quia quod
sub actionem cadit aliter sese habere potest. ars autẽ: ꝙ aliud actionis/ aliud effectionis 26
est genus. ¶ Restat ergo habitũ ip̃am esse agendi/ vera cũ ratione: circa ea que sunt bo= 27
na homini atqꝫ mala ¶ Finis enim effectionis: est quid aliud preter ipsam effectionem. 28
actionis vero non semper. est enim ipsa bona actio/ finis. ¶ Quocirca Periclem et vi=
ros tales arbitramur esse prudentes: quia que sibijpsis/ et que ceteris hominibus sunt
bona/ perspicere possunt: esse autem eos tales putamus/ qui ad rem familiarem atqꝫ ad 29
rempublicam administrandam sunt apti. ¶ Vnde et temperantiam conseruatricem
prudentie appellamus. Conseruat autem talem existimationem. Voluptas enim et

dolor non omnem existimationẽ corrũpit/atq; peruertit.non enĩ hanc triãgulũ tres an-
gulos equales duobus rectis habere.sed eas que circa id habẽtur :quod cadit in actio
nem.nã principiũ quidẽ rerũ agendarũ id est/gratia cuius sunt ipse.ei vero qui corrup-
tus est ob voluptatẽ aut dolorẽ:cõtinuo nõ videtur principiũ ipm̃.nec huius gratia/ac
propter hoc ipm̃:expetenda esse vniuersa atq; agenda. Viciũ enĩ principij corruptiuũ
est.Quare prudentiã habitũ esse agendi circa humana bona/ vera cũ ratiõe :necesse est.
¶Atuero artis quidẽ est virtus:prudentie vero non est.Et in arte quidẽ qui sua sponte
30 peccat magis est expetendus. circa vero prudentiã minus. quẽadmodũ et circa virtu-
tes.patet igitur prudentiã virtutẽ quandã esse:non artẽ. ¶Cũ aũt due sint anime ptes
31 rationẽ habẽtes:alterius erit ipsa prudentia virtus. ipsius inq; opinatiue. nã opinatio
circa id versatur/quod aliter sese habere potest:et prudẽtia ipsa.Atqui neq; habitus est
cũ rõne solũ.hui⁹ aũt idiciũ est/talis quidẽ habitus obliuionẽ esse:prudẽtie xo nõ esse.
¶Quinti capitis note.¶Pericles/quidã atheniẽsiũ dux/philosophus fuit/Orator/Anaxagore di-
scipulus.vna cũ Sophocle Tragico Lacedemoniorũ iniurias repressit. et cũ lacedemonij atticos fi- Pericles
nes depopulaturi essent:Athenienses ad cõsiliũ cõuocauit/cõsuluitq; rem ad vltionis tẽpus esse diffe- Anaxagoras
rendam/cũ tunc illis sine pĩculo resisti nõ posset.et futurũ vt ipsi suos agros nõ tangerẽt: vt aduersus Sophocles
ipm̃ populũ cõcitarent/ inuidiã cõflarent et ex suspitione ꝓditionis infamiã:et ꝓinde ex tũc agros su- Lacedemõij
os ad inuidie impetũ declinandũ:reipublice cõcessit.que res cũ(vt ꝓuiderat)cõtigisset: vnde sibi peri- Atheniẽses
culũ quesitum fuerat:sua prudẽtia magnã sibi cõsecutus est gloriã.Ex Iustino. Iustinus
¶Quintũ cap.nouẽ cõclusionibus/et vna diffinitione partitũ est.

Quinti Capitis cõmentarius ad litterã.¶Prima cõclusio.Expedit de prudente : determinatio-
22 nem suscipere.Nã si determinauerimus quos prudẽtes esse dicimus:hoc pacto de prudentia quenam
ipsa sit:facilis erit deprehensio.expedit igitur ciusce rei cõsideratio. ¶Secunda cõclusio. Prudẽtis
23 est non modo secundũ partẽ posse bene cõsulere:sed de ijs omino que ad bene/ beateq; viuendũ condu-
cunt.Nam prudentis munus/officiũq; est:nõ modo qualia ad sanitatẽ/ vel robur in republica cõferãt
consulere:sed omino que ad beatã vitã:cuiusquidẽ rei argumentũ id est. nã eos prudẽtes dicere solẽt
qui circa aliquid eorũ versantur:que opificia non sunt/et circa que ars nulla versatur : cũ ea quidem
bene ad aliquẽ studiosum finem excogitauerũt.omnino igiẽ prudens is erit:qui omnino ad cõsultãdũ
aptus/idoneusq; erit.nõ est igitur prudẽtis solũ particulariter cõsulere posse:sed omino/atq; vniuer-
saliter q̃ ad beatũ vite statũ efficiũt/cõducũtq; ¶Tertia cõclusio.Prudẽtis nõ est de oĩbus cõsultare.
24 Nam nemo cõsultat de ijs que aliter sese habere nõ possunt/aut de ijs que nullo pacto agi possunt:quẽ-
admodũ ipa necessaria sunt/atq; ĩpossibilia.igitur prudẽtis nõ est:de talibus cõsultare.nõ itaq; de oĩ-
bus cõsultat.¶Quarta cõcl'o. Prudentia neq; scientia/ neq; ars esse potest. Sciẽtia quidẽ primo nõ
25 erit:q2 scientia cũ demonstratione est:prudẽtia aũt sine demonstratione:nã quorũ principia aliter sese
habere possunt:nõ est demonstratio.quãdoquidẽ et cũcta que sequũtur:aliter sese habere possunt. Se-
cundo.q2 sciẽtia est eorũ que necessaria sunt:prudentia vero nõ/sed de ijs quorũ est cõsultatio.atqui de
ijs q̃ necessaria sũt / cõsultatio fieri nõ potest.prudẽtia igiẽ sciẽtia nõ est. nã nihil quod prudẽtia agiẽ:
necessariũ.at q' ars nõ sit/ideo est:q' actionis aliud est genus/ atq; aliud effectiõis¶Diffinitio prudẽ-
26 tie.Ex his hec restat prudẽtie diffinitio elicienda. Prudẽtia est circa hõis bona/ atq; mala habitus:
vera cũ ratione actiuus. ¶Quita cõcl'o.Actio/ effectioq;:fine differunt.Nam semp effectionis finis
27 aliud quicq; est preter effectionẽ:actionis vero nõ semp aliud quicq; preter actionem.est enĩ ipsa bona
actio finis.¶Sexta cõcl'o. Prudentes tales existimari debent: vt qui ad rem familiarẽ gubernãdã/
28 pariter et ciuilẽ sint apti/atq; idonei.Nã ob idipm̃ Periclẽ/virosq; similes prudẽtes existimauerũt:q'
que sibiipsis/sueq; familie/ceterisq; ciuibus bona essent:bene ꝓspicerent.qui aũt hec & sibiipsis/et cete-
ris bene ꝓspiciũt: ad rem familiarẽ/pariter et publicã ministrandã apti/idoneiq; sunt.tales igiẽ esse
prudentes:merito existimari debent.¶Septima cõclusio.Tẽperãtia prudentiã saluat:voluptas aũt
et dolor eandẽ peruertit.Nam tẽperantia incolume seruat iudiciũ/rectãq; circa agẽda existimationẽ.
29 ergo merito tẽperantiã iustitie custodẽ/cõseruatricẽq; nũcupamus.Sed voluptas(atq; dolor(etsi non
omne iudiciũ corrũpit: nã iudiciũ non corrũpit triangulũ scilicet tres angulos duobus rectis equos
habere)tamẽ iudiciũ/rectãq; existimationẽ oẽm:circa agenda corrũpit/ atq; ꝑuertit.nec ab re quidẽ.
nam rerũ agendarũ principiũ: finis est/atq; id cuius gratia.at vero qui ob voluptatẽ/aut dolorẽ cor-
ruptus est:ei protinus tale principiũ minime apparebit:neq; apparebit eius gratia/atq; ob idipm̃ ex-
petenda/agendaq; esse vniuersa.perturbatio enĩ principiũ corrũpit.quare summopẽ omibus expedit
humanis:prudentiam habitum esse ad recte/ veraq; cum ratione circa ea ipsa bona humana:agendũ.
¶Octaua conclusio. Prudentia virtuti annexa est:non autem ars ipsa. ¶Primo. q2 arti/virtute
30 opus est:non aũt prudẽtie.¶Secũdo.q2 qui in arte/sua sponte peccat:magis est eligendus.circa aũt
prudentiã:qui spõte peccat/minus:quẽadmodũ et qui spõte circa moris virtutes peccat. est igiẽ pru-
dentia virtus quedã/ virtutiq; annexa:non aũt ars ipsa¶Nona cõclusio.Prudẽtia opinatiue partis
31 mentis habitus existit:attamẽ ab opinione altera est. Nã cum due sunt partes mentis que rõnis par-
ticeps est:earũ alteri⁹ partis prudẽtia virtus asciscenda est.at nõ nisi opinatiue:quãdoquidẽ et opĩo/
et prudentia circa ea versentur vtraq;:que aliter sese habere possunt.at ab opinione alterã esse/hinc li-
quet:q' opinatio in sola ratione cõsistit/nõ aũt prudẽtia:quod hoc indicio deprehẽdi potest. nã opinio-
nis potest esse obliuio:prudẽtie aũt esse nõ cõtingit.cõstat igitur prudẽtiã:opinatiue partis mẽtis ha-
bitum esse.at ab opinione tamen alteram esse.

Cap. VI.

Cum autem scientia existimatio sit de vniuersalibus et ijs que necessario sunt: 32
c sintqꝫ demonstrabiliũ/scientieqꝫ omnis: principia (est enim ipsa scientia cum ra-
tione) principij rei scibilis nec est scientia/nec ars/nec prudentia. scientia: qz ip̄m
scibile demonstrabile est. ars et prudentia: quia in ijs versantur/ que sese aliter habere
possunt. At neqꝫ sapientia est. est enim sapientis/ de quibusdã demonstrationẽ habere.
¶ Quod si ea quidẽ quibus verum dicimus/ et nũq̃ falsum in ijs que possunt aut non 33
possunt aliter sese habere: hec sunt/scientia/ prudentia/ sapientia/ intellectus: horũ autẽ
trium habituum nullus esse potest: atqꝫ tres dico: prudentiam/ scientiam/ sapientiam:
restat intellectum esse principiorum.

¶ Sexti capitis note. ¶ Intellectus: est habitus principiorũ. ¶ Principia sunt: que per se ipsa/et nõ
per alia fidem habent. Alia/alia principia.
¶ Sextũ cap. duabus cõclusionibus partitũ est.
Sexti Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Principiorũ scientiarũ: neqꝫ scientia/ 32
neqꝫ ars/neqꝫ prudentia/neqꝫ sapientia est. Nã cũ sciẽtia sit et vniuersaliũ/ et necessariorũ certa quedã
comprehensio. et cũ taliũ necessariorũ/imo vniuerse scientie sint principia: est enĩ scientia ex ratiocina-
tione. hinc ergo scientie principij/scientiã non esse: cognoscere est perfacile. nam scibile: demõstrabile
est. principiũ autẽ ip̄m minime. Neqꝫ ars quidẽ/aut prudentia erit. nam ars/ et prudentia eorum sunt
que aliter sese habere possunt. pricipiũ aũt aliter sese habere nõ potest. neqꝫ sapientia. nã sapientis est
de quibusdã demonstrationẽ afferre. principiorũ aũt demonstratio nulla est. igitur principiorũ: neqꝫ 33
scientia/ars/prudẽtia/neqꝫ sapiẽtia est ¶ Secunda conclusio. Intellectus: habitus est principiorum.
Nam cũ habitus quibus verũ dicimus/ ⁊ nũq̃ falsum/cũ in ijs que possunt: tũ que nõ possunt alit̃ sese
habere: sint sciẽtia/ars/prudẽtia/intellectus/et sapiẽtia. et habitus principiorũ/ vnũ e quattuor: sciẽ-
tia/prudẽtia/intellectus/aut sapiẽtia summope esse videat̃: nõ sit aũt aliquod triũ scientia/prudẽtia/
aut sapientia: relinquitur igitur vt principiorum habitus: sit intellectus.

Cap. VII. 34

Sapientiam autem in artibus ijs tribuimus/ qui in ipsis sunt exactissimi Phidi-
f am enim sapientem sculptorem lapidum dicimus: et Polycletũ statuariũ iden-
tidem sapientẽ. Atqꝫ hic sapientiã nil aliud intelligimus q̃ ip̄ius artis virtutem
At quosdã etiam esse sapientes omino / nõ aliqua ex parte: nec aliquid aliud q̃ sapiẽtes
arbitramur. vt in margite dixit Homerus.
Diuum is munere: nec fossor nec durus arator.
Nec sapiens alia vlla nimirũ extitit arte.
Quare cõstat exactissimã scientiarũ ipsam sapientiã esse. ¶ Sapientẽ ergo non solũ ea 35
scire que ex pricipijs cognoscũtur: sed etiã circa principia dicere vera oportet. quare sa-
pientia/intellectus est et scientia: et (vt caput habens) scientia eorũ que honorabilissima
sunt. ¶ Perabsurdũ est autẽ si quispiã facultatẽ ciuilẽ/ aut prudentiã studiosissimã esse 36
putet: si non sit homo eorũ optimũ que sunt in mundo. ¶ Quod si sanũ quidẽ/ac bonũ
aliud est hominibus/aliud piscibus/album autẽ et rectũ semper est idem: et sapiens oẽs
idem profecto/prudẽs vero diuersum dixerint esse. Singula namqꝫ quod suũ perspicit
bonũ: id prudens dixerint esse: eiqꝫ seipsa gubernanda cõmiserint. Quapropter et non
nulla mutorũ animaliũ prudentia dicunt esse: quecunqꝫ sua in vita prouidendi vim ha-
bere videntur. Cõstiterit autẽ eandem non esse sapientiam et facultatẽ ciuilẽ. ¶ Nam si
eam facultatem sapientiã esse dicent/que circa cõmoda propria versatur: multe sane sa-
pientie erunt. nõ enĩ vna circa omniũ animaliũ bonũ: sed alia/atqꝫ alia circa vnũquodqꝫ
versatur: nisi de omibus que sunt: vna sit et facultas medendi. quod si homo prestantis-
simum esse ceterorum animalium diceretur: nil refert. etenĩ homine sunt alia longe diui-
niora natura. vt hec manifestissima/ ex quibus ipse cõsistit mũdus. Patet igitur ex ijs
que diximus: sapientiam scientiam esse et intellectũ/ eorũ que honorabilissima sunt na- 37
tura. ¶ Quapropter Anaxagorã/et Thalem/et similes sapientes quidẽ: at nõ pruden-
tes inquiũt esse. cũ vident ip̄os ꝑpria cõmoda ignorare: et superflua quidẽ/ et admirã-
da/et difficilia cognitu/diuinaqꝫ scire ip̄os: sed inutilia dicunt quia non querũt bona hu-
mana. prudentia autẽ circa humana versatur: et in quibus habet consultatio locũ. pru-
dentis enĩ hoc maxime opus dicimus esse/ bene inq̃ cõsulere. ¶ Cõsultat aũt de ijs ne-
mo: que aliter sese habere non possunt: et quorũ nõ est aliq̃s finis/atqꝫ is bonũ agendũ.
Is autẽ ad bene cõsulendũ est simpliciter aptus: qui cõiectura quod est homini optimũ

eorũ que cadũt in actionẽ: excogitando mente capere poteſt. ❡ Neq; prudentia eſt vniuerſaliũ ſolũ: ſed ſingula etiã oportet cognoſcere. eſt eni actiua: et actio circa ſingľa ipa
38 verſatur. ❡ Quapropter et neſciẽtes nonnulli/ magis ꝙ nonnulli ſcientes: idonei ſunt ad agendum: et in ceteris ij qui ſunt experti. Nam ſi quiſpiam ſciat leues carnes facile concoqui/ ac eſſe ſalubres/ que vero ſint leues ignoret: non efficiet ſanitatem. ſed qui ſcit auium carnes leues eſſe/ atq; ſalubres: is efficiet magis. prudentia autẽ eſt actiua. quare vtramq; cognitionem/ aut hanc potius habere oportet. fuerit autem quedam et hic architecture ſubiens rationem.

❡ Septimi capitis note. ❡ Sapientia/ ſcientia eſt vt caput habens: ꝙ diuinorũ contemplatrix ſit/ et vt in altiſſima ſpecula longe cũcta digniſſime ꝓſpectãs ❡ Manifeſtiſſima/ celi/ entia beata. ❡ Fuerit autẽ et hec: hec/ altera ſcilicet vniuerſalis cognitio. Nam ea iis eſt vt artifex et architectus. particularis aũt ijs eſt vt expertus. artifex autẽ preeſt precellitq; experto.

❡ Septimũ cap. tribus cõcluſionibus/ et tribus correlarijs partitũ eſt.

34 Septimi Capitis cõmentarius ad litterã. ❡ Prima cõcluſio. Sapientiã ſcientiã eſſe exactiſſimã: par/ atq; conſentaneũ eſt. Nam ſapientiã in artibus tranſlatitie ijs tribuimus artificibus: qui in ipis ſummi/ exactiſſimiq; euaſerũt. vt Phidiam ſapientẽ lapidũ afformatorem/ effigiatoreq; dicimus: et Polycletum identidem ſtatuariũ ſapientẽ. atqui his hunc in modum ſapientiã tribuentes: per ſapiẽtiam nihil aliud intelligimus ꝙ ipius artis virtutẽ/ ꝑfectioniſq; apicẽ. at vero quoſdã omino eſſe ſapientes arbitramur: non quidem aliqua ex parte/ et ex additiõe quadam: ſed ſimpliciter/ neq; ob aliud quicq;: quẽadmodũ de Margite canit Homerus.

Hunc neq; foſſorem/ neq; dij fecere colonum:
Nec reliqua ſapiens vlla fuit arte ſtupendus.

35 Conſentaneũ igitur eſt: ſapientiã ipſam ſcientiarũ eſſe exactiſſimã. ❡ Secunda cõcluſio. Sapientia intellectus et ſcientia eſt. ſcientia quidẽ vt caput/ aliarũq; apicẽ tenens: eorũ ꝗ in natura ſunt honorabiliſſima. Nam ſapientẽ non ſolũ decet ea cognoſcere: que ex principijs dinoſcũtur/ ſed et eundẽ circa principia/ vera determinare oportet: et quidem honorabiliſſimorũ in natura. eſt igitur ſapientia intel-
36 lectus/ pariter et ſcientia: eorũque honorabiliſſima ſunt in natura: caput/ ſummitateq; tenens: nam vt predeterminatũ exactiſſima. ❡ Tertia concluſio. Sapientia non eadẽ facultati ciuili/ aut prudentie: exiſtimanda eſt. ❡ Primo quidẽ ꝗ virtutũ mentis: ſapientia optima eſt. atqui abſurdũ eſt peritiã ciuilem/ aut prudentiã: virtutũ exiſtimare optimã: niſi homo optimũ ſit eorũ que in vniuerſo exiſtũt. nõ eſt igitur ſapientia: ciuilis facultas/ aut prudentia ❡ Secũdo. vt albũ/ vt rectũ ſemp eſt idẽ: ita quoq; quod ſapiens eſt: ſemp vnũ eſſe dixerint omẽs. et vt ſanũ quidẽ/ ac bonũ aliud eſt hoibus/ aliud eſt piſcibus: ita ſane quod prudens eſt: variũ/ diuerſũq; eſt. cuncti eni ea que ſibi bona ſũt ꝓſpicere valẽtem illum prudentẽ dicũt. et proinde ſui curã/ atq; gubernamẽ ei tute cõmittũt. et nonnulla mutorũ aialiũ prudentia eſſe dicunt: vt quecũq; vim circa ſuam vitã ꝓuidendi: retinent. conſtat igitur ſapientiã non eſſe eandem/ ac facultatẽ ciuilẽ/ aut prudentiã. ❡ Tertio. ſi ſapientiã: eam facultatẽ eſſe poneremus/ que circa propria cõmoda verſatur: iam valde varias ſapientias efficeremus. nam nõ vna circa oim aialiũ bonũ facultas: ſed alia/ et alia circa vnũquodq; verſať: niſi forte dixeris oim vnã eſſe medendi facultatẽ. et ꝙuis homo ceterorũ animaliũ perfectiſſimũ eſſe ſtatuatur: nihil refert. nam ſunt alia pleraq; longe homine diuiniora natura: vt hec manifeſtiſſima ex quibus coaleſcit mũdus. non igitur ſapientia: ciuilis facultas eſt/ aut prudentia: ſed quẽadmodũ ex ijs que diximus patuit/ ſapientia: intel-
37 lectus eſt/ et ſciẽtia eorũ que honorabiliſſima ſunt in natura. ❡ Correlariũ. Quapropter Anaxagorã/ Thalem et ſimiles ſapientes quidẽ: at non prudentes eſſe dicũt. Nam eos videt propria negligere cõmoda/ et vite ſupuacanea/ admiranda/ ſcitu difficillima/ diuinaq; ipos callere. ſed hec inutilia putãt: ꝙ ea non querãt bona: que ſunt hũana. nã prudẽtia circa hũana bona verſať/ et in quibus habet conſultatio locũ. prudentis eni/ vel omniũ maxime opus eſt: recte/ beneq; conſulere. ❡ Quinto. ſapientia eſt eorum que aliter ſe habere non poſſunt: et que alicuius gratia non ſunt. ac de iis que aliter ſeſe habere non poſſunt. nemo conſultat/ et quorum non eſt aliquis finis. eſt enim finis agendorum bonorum. et omnino is ad bene conſulendum idoneus eſt: qui in rebus agendis quod homini optimum eſt: bene ratiocinando cõiectura cõſequitur/ menteq; capit. ❡ Sexto. ſapientia ſolum vniuerſalium eſt: prudentia non vniuerſaliũ ſolũ/ ſed et ſingula prudentẽ metiri oportet/ atq; cognoſcere. Eſt eni prudẽtia actiua/ adminiſtratiuaq;. et actio circa ipſa ſingula verſatur. nõ igiť ſapientia: aut ciuilis peritia/
38 aut prudentia ipſa eſt. ❡ Correlarium. Quapropter nonnulli neſcientes/ potius ꝙ ſcientes nonnulli: ad agendũ magis idonei reperiuntur/ et vt ſummatim dicatur: in ceteris magis ad operationẽ idonei ſunt: qui ijdem ſunt experti. Nam ſi quiſpiam ſciat leues carnes perfacile concoqui/ digeriq;/ ac eſſe ſalubres: at vero que carniũ leues ſint ignoret/ is profecto ſanitatẽ non efficiat/ ſed qui ſcit auium carnes leues eſſe/ atq; ſalubres: is potius efficiet ſanitatẽ. at prudentia actiua eſt. hanc igiť vtramq; cognitionem habet/ aut hanc potius: que experti eſt/ opuſq; dirigit. et que vniuerſalem norit: hec precipua eſt/ architecioniceq; rationem ſubiens.

39 Et qui ciuilis facultas/ et prudẽtia idẽ eſt habitus: eſſe tamẽ ipſarũ Cap. VIII.
a non idẽ eſt. Eius aũt que in ciuitate verſatur: ea quidẽ (que eſt vt architectura) prudẽtia/ legũ eſt ferendarũ facultas. que vero in ſingulis verſatur: ciuilis/ nomine cõmuni vocatur. ❡ Hec autem eſt actiua/ et deliberatiua. decretum enim in actionem venit vt vltimũ. icc irco rem ciuilem hos ſolos gerere dicunt. hi namq; ſoli agunt:

perinde atq; ij qui suis manibus artis cōficiūt opus. ¶ Videtur autē ea maxime prudē tia esse: qua sibipsi quispiam vni querit ac prospicit bona, atq; hec ipso cōmuni nomine 40
prudentia nūcupatur. Illarū aūt alia gubernandi rei familiaris: alia ferendarū legū facultas/ alia ciuilis vocatur. atq; huius alia est deliberatiua/ alia iudicialis. ¶ Cognitiōis 41
igitur quedā species fuerit: ea que bona sunt sibi scire. sed magnā differētiā habet. Atq; qui sciunt ea que sibipsis sunt bona in illisq; versantur/ prudentes esse videnī: ciuiles autem negociosi. Quapropter et Euripides dixit.

Qui namq; prudens sum: negocio sine.
Licebat inter milites cui viuere:
Equamq; partem habere/ cunctis ex bonis?

Querunt eni quod sibipsis est bonū/ et hoc arbitrātur esse agendū. ex hac igiī opiniōe est ortum/ prudētes hos esse. et tamē ꝓpriū vniuscuiusq; bonū non est fortasse sine rei familiaris gubernatione/ atq; ciuilis. ¶ Preterea eni quonā modo sua cuiusq; administranda sit res/ non est manifestū: atq; considerandū est. Indicatur id quod dicitur illo signo. Geometre eni iuuenes: et mathematici/ ac sapientes in talibus fiunt: prudentes autem fieri nō vidētur. causa autē est/ ꝙ et singularū rerū est ipsa prudentia. que quidē per experientiā note fiunt. Iuuenis aūt non est expertus. experientiā eni tēporis efficit longitudo. Nā et hoc quispiā cōsiderauerit: cur puer mathematicus quidē fieri potest/ sapiens autē/ aut naturalis nō potest? ¶ An q2 mathematica quidē sunt per abstractio-
nem: horū vero principia experientia innotescunt. ⁊ hec quidē adolescētes nō credunt/ 42
sed dicunt: illorū aūt diffinitiones nō sunt obscure. ¶ Preterea peccatū quod fit in cō-
sulendo: aut circa vniuersale/ aut circa singulare fieri solet. ignorare nāq; quispiā potest: 43
aut omnes aquas ponderosas esse prauas: aut hanc pōderosam esse. ¶ Prudentiā aūt non esse scientiā patet: est eni (vt dictū est) ipius extremi. Tale eni id: quod cadit in actionem. opponitur igitur intellectui. hic eni est terminorū: quorū ratio nō est. Hec autē est vltimi cuius non est scientia/ sed sensus: non propriorū quidē/ sed qualis est is quo sentimus id: quod vltimū in mathematicis est/ triangulū esse. stabitur eni et ibi/ sed hic prudentia magis est sensus/ illius autē est alia species.

[Margin: Seuerus, Vlpianus, Helius, Philippus, Epaminūdas, Homerus, Vlisses, Minerua, Pittacus, Bion, Antisthenes, Hesiodus]

¶ Octaui capitis note. ¶ Negocium/ opera: ꝙ ociū neget. ¶ Prudentia et intellectus ideo dicuntur habitus oppositi: ꝙ intellectus a singularibus ad vniuersale euadit: prudentia vero cōtra ab vniuersalibus ad singulare. Et de prudentia accōmodatior est huic discipline determinatio ꝙ̄ de scientia/ intellectu et sapientia: qui sunt habitus morali virtute sup̄iores: et de arte que est virtute morali inferior iccirco bono iure de illis Aristoteles sermonē cōtraxit. De prudentia vero latius expandit/ exactiusq; subinde prosequitur. huic eni mentis actiue virtuti: semꝑ virtutes morales sunt comites/ et ipa vicissim semꝑ virtutibus moralibus comes. ideo non ab re fuerit et de virtutibus moralibus: ita quoq; hic de prudētia adducere exēpla. Huic in primis virtuti triplicē oculū tribuūt memoriā/ intelligentiam/ ꝓuidentiā. primo preterita respicit/ secundo presentia/ et tertio futura: virtus oculatissima/ tota salubribus intenta cōsilijs. Alexander Seuerus adeo vsus legitur Vlpiani iurisperiti prudētis viri consilijs: vt Helius Lampridius litteris demandarit: hunc principē adeo fuisse summū imperatorē/ ꝙ Vlpiani precipue cōsilijs rempublicā rexerit. nec iniuria: nā nūq; ij errare possunt: qui prudentē ducē sequūtur/ ipmq; audiūt. Quod nō minus exemplo Philippi Macedonū regis cognoscitur. Philippus enim Macedo obses triennio Thebis: virtutibus Epaminūde prudentis viri adeo formatus est: vt regno Grecie/ Asieq; potit⁹ fuerit/ et obscurū prius Macedonū nomen rerū gestarū gloria/ illustrauerit. Et tota Homeri in Odyssea fictio de Vlyxe et Minerua huc cōtendit: vt viro debeat semꝑ prudentia eē comes. quis enim nō intelligit Homerū per mineruā illic prudentiā intelligere: quā semper inducit Vlixi rerū agendarū cōsilia prestare/ et quorū cōsilijs semꝑ inititur Vlixes. De prudētia dicebat Pittacus: prudēticeest priusq̄ aduersa contingant: ꝓuidere ne veniant. imo vero eius officiū est preteritorū argumento presentia metiri/ et futura sapienter coniectare: mediaq; p̄stare quibus futura bona assequamur: deuitemus aūt noxia. Dicebat et Bion quantū visus a ceteris sensibus: tantū prudentia a ceteris virtutibus. Et Antisthenes atheniensis. Murus tutissimus prudentia est: non eni decidit/ neq; proditur. et hunc murū in nostris inuiolabilibus cogitationibus esse struendū: qui in se custodem habet semper peruigilē/ et attentū/ et caute omnē vite partem explorantē/ ne nostrā ciuitatē hostes occupent. Hostes eni vicia sunt. Et Hesiodus.

Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos.
Leditur aduerso qui negligit vndiq; fato.
Si sit pingue solum/ grauide inclinantur ariste:
Felices operum successus/ ab Ioue summo.
Hinc capias.

Itaq; vult Hesiodus aduerso fato semper laborare: qui imprudens est. cōtra vero prudentē: deū habere/ rebus suis aspirantē. hanc igitur tutissimā vite nostre comitē nobis vendicem⁹ prudentiam: res nostras quascūq; susceperimus agendas suis consilijs/ fidelissime moderantem.

39 ¶Octauum cap. quinq conclusionibus partitum est.
Octaui capitis Cōmētari⁹ ad litterā. ¶Prima cōclusio. Prudentie multe sūt partes. Nā ciuilis facultas/et prudentia idē reip a habit⁹ est: esse aūt/atq ratio nō eadē. et ciuilis facultatis multe sunt partes. igitur et prudētie. prudētia eni que ceteris preest/atq principat: legū ferendarū facultas nūcupatur/que vero in singulis agendis/cōsultandisq versat: cōmuni appellatione facultas ciuilis nominat: et hec in deliberatiuā/et actiuā diducit. nā alteri⁹ est deliberare/alterius vero est decretū/sententiāq ferre. et hec in actionē venit/quod est prudentie vltimū. et proinde hos solos inquiūt rē ciuilē gerere/atq administrare: qui talē iudiciariā/ferendiq decreti potestatē habent. nā hi soli agūt: peride atq qui suis manibus artis cōficiūt opus. prudētie igit multe sunt partes. ¶Secunda conclusio.
40 Specierū prudētie hec maxime prudētia dici videt: qua quispiā sibiipsi vni q̄ bona sūt pspicit/ac puidet. nā hec/cōmune nomē prudētie sibi vēdicat: alie aūt species alia peculiaria noīa. vna qdē gubernande rei familiaris disciplina/alia legū ferendarū facultas/alia facultas ciuilis. Et ciuilis facultatis pars vna deliberatiua dicit, alia vero iudicialis. ¶Tertia cōclusio. Vni⁹ speciei prudentie/ea
41 cognitio est que sibiipsi bona sunt cognoscere: at id differētiā/et difficultatis arduitatē habet. ¶Primo. nā qui sciūt ea que sibiipsis bona sunt/in illisq occupant: prudentes existimant. similiter et ciuiles/et negociosi. Quapropter de quodā qui ocio marcesceret: inquit Eurypides.
Qui namq prudens sim negocio sine:
Licebat inter milites cui viuere/
Equāq partē habere cunctis ex bonis.
Ex hac opinione ductū est: hos etiā prudētes esse/qui supfluo sibi cōgerunt. querunt eni quod sibi bonum est/et id arbitrant esse agendū. at forte id sibiipsis addictū/propriūq bonū nō est: nisi illis gubernationis rei familiaris cura sit/atq ciuilis. et id variū est/atq difficile. vni⁹ igit speciei prudētie ea cognitio est: qua quisq que sibi bona sunt cognoscit/et discrimē/et difficultatē habēs ¶Secūdo quonam pacto sua cuiusq administrāda sit res: nō est manifestū/sed lōga indagatione eget. quod hoc deprehendit indicio. nā iuuenes: geometre/mathematici/ac in talibus sapiētes fiunt: prudētes aūt minime fieri vident. et nulla in hoc causa est: nisi quia ipsa prudentia singularū est: que per experientiā nota sunt. experiētiā aūt efficit tēporis lōgitudo. et pinde iuuenis expert⁹ nō est. nimirū igit si que sibi bona sunt/pspicere: differentiā/ac difficultatē habet. Sed hoc in loco queri forte dignū est: quid cause est cur puer: mathematic⁹ fieri queat: sapiēs aūt/aut naturalis nō queat: Hoc ideo esse potest. Primo q mathematic⁹ cognitione abstrahit/neq experiētia eget. at sapiētis/et naturalis principia: depmo
hendunt experientia. quapropter adolescētes illa quidē dicūt: attamē illis nō credūt. ¶Secūdo. ma-
42 thematicoꝝ diffinitiōes nō obscure sunt. obscuriores autē sūt: et sapiētis/et naturalis. ¶Quarta cōclusio. Prudentia et circa vniuersale/et circa singulare versat. Nā in psulendo: et circa vniuersale/et circa singulare peccatū fieri ptingit. potest eni qspiā ignorare/aut oēs aquas pōderosas: prauas esse/
43 aut hāc pōderosā esse. versat igit prudētia: et circa vniuersale/et circa singulare. ¶Quinta pclusio. Prudētia nō est sciētia. Nā (vt dictū est) prudētia ipsi⁹ est extremi. extremū aūt ipsū agēdum est/ atq sub actionē cadit. prudentia igit nō modo sciētia nō est: sed intellectui opponit. couenīūt tamē prudētia/et intellect⁹: q hic extremoꝝ est/quoꝝ nō est demōstratio: illa aūt vltimi est: cui⁹ nō sciētia/sed sensus est. non sensus quidē exterior/qualis est pprioꝝ sensibiliū: sed internus/vt qualis is est: quo sentimus in mathematicis triangulū quid vltimū esse/ q in illo statur/infimiusq in mathematicis non descendit. at vero is sensus qui ipsi addicitur prudētie: magis sensus es. is aūt qui pprys sensibus sensus est: altera species est.

44 Uero querere/ac cōsultare differūt. Cōsultare nāq et aliqd **Cap. VIIII.**
a querere. Oportet aūt et de bona cōsultatiōe quidnā sit accipere: vtrum scientia
45 quedā sit/an opinio/an coniectatio bona: an aliquod aliud gen⁹. ¶Sciētia igit non est. Non eni de ijs querūt que sciunt. At bona cōsultatio quedā est consultatio. qui
46 vero consultat querit/rationēq subducit. ¶Atqui neq bona coniectatio est. Ipsa nāq sine ratiōe/et cito fit: ad cōsultationē vero longū tēporis spaciū adhibet. atq aiunt celeriter quidē deliberata esse agēda/cū mora aūt consulendū. ¶Preterea diuersa sūt so-
47 lertia/et cōsultatio bona. Solertia vero/bona quedā est cōiectatio. ¶Atq neq opinio
48 vlla est. ¶Sed cū is qui male deliberat peccet: is aūt qui bene cōsultat recte deliberet: constat bonā consultationē rectitudinē esse quandā. non autem sciētie/ neq opinionis. Scientie nāq nō est rectitudo: quippe cū neq peccatū sit: opiniōis vero rectitudo / veritas est. Et insup determinatū iā est id oē: cuius est opinatio. atuero neq sine ratiōe est ipsa cōsultatio bona. deficit ergo a mente. Hec eni nondū est enunciatio. Etenī opina-
49 tio nō inquisitio: sed quedā iam enūciatio est. ¶Qui vero consultat siue bene/siue male cōsultet: querit aliquid/rationēq subducit. sed ipsa consultatio bona/consilij quedā est rectitudo. Quapropter querendū est primū quidnā sit consiliū: et circa quid ipsū verse-
50 tur. ¶Cū vero multipliciter rectitudo dicatur: cōstat nō oēm rectitudinē/ bonā consultationē esse. Incontinēs eni/et prauus id quod videre pponit attinget: cogitādo/rationēq subducendo. quare recte quidē consultabit. malū autē magnū / existimabit. Bene vero cōsultasse/bonū quoddā esse videt. talis enim rectitudo cōsilij/ qua bonū quispiā

assequi potest: bona est consultatio. ¶ At potest quispiā et hoc ratiocinatiōe falsa attin 51
gere: atq; id quidē quod facere oportet/ assequi: non autē per quod oportet/ sed falsus
medius terminus esse potest. Quare nec ipsa bona est cōsultatio/ qua quispiā adipiscit
quidē id quod oportet: non tamē per quod oportet. ¶ Preterea fieri potest/ vt ali⁹ lon= 52
go deliberās tēpore id consequat: alius cito. igit nec illa bona est consultatio: sed eadē
rectitudo bona est cōsultatio: qua quispiā ratiōe cōducētis assequit/ quod oportet/ & vt
oportet/ et cū oportet. ¶ Insup fit vt et absolute quispiā bene cōsultet: et ad aliquē finē. 53
Atq; bona quidē consultatio absolute est ea: qua ad eū finē qui est absolute finis pergit
recte. quedā autē ea: qua ad aliquē finē. Quod si bene consultare prudentiū est: consul=
tatio bona rectitudo est ea/ qua ratione conferentis ad aliquē pergit finē: cui⁹ ipsa pru=
dentia est existimatio vera.

¶ Noni capitis note. ¶ Inquirere subducēdo rationē: est inquirere quantū/ quale/ gratia cui⁹/ quis/ quo/ quādo/ vbi/ et quomodo: que regule sūt prudentie ¶ Rectitudo cōsilij multipliciter dicitur: ꝓprie in bonis/ et translatitie in malis.

¶ Nonū cap. decē cōclusionibus partitum est.

Noni capitis Cōmentari⁹ ad litterā. ¶ Prima cōclusio. ¶ De bona cōsultatiōe aptus hic sese of= 44
fert determinādi locus: an scientia/ bona ꝯiectatio/ an opinio sit/ an genus aliud quodcūq;. Nā q̄rere
et cōsultare differūt: cōsultare eni ꝓtin⁹ querere est: at cōtra nō oportet. hec aūt inquirūt: sciētia/ bona
cōiectatio/ atq; opinio. consentaneū igit est: examinare an bona ꝯsultatio scientia sit: bona cōiectatio/
opinio/ an aliud quicq;. ¶ Secūda ꝯclusio. Bona ꝯsultatio: scientia nō est. Nā qui sciunt: rationē sub= 45
ducendo non querūt/ ea que sciūt. at bona ꝯsultatio hoc pacto querit. nā bona ꝯsultatio: cōsultatio que=
dā est/ qui vero cōsultat querit/ rationēq; subducit. nō itaq; scientia est. ¶ Tertia conclusio. Bona cō= 46
sultatio: minime bona cōiectatio est. ¶ Primo. quia bona cōiectatio: et sine ratiōe/ atq; cito fit. at bo=
na cōsultatio: neq; sine ratiōe/ neq; cito. nā ad cōsultandū maturū exigit tēpus/ atq; est (vt aiūt) multo
tēpore consulendū: at que natura deliberata sunt/ celeriter exequendū. igit bona consultatio: minime
bona cōiectatio est. ¶ Secūdo. bona ꝯsultatio solertia non est. bona aūt cōiectatio est solertia. non igit
sunt eadē bona cōsultatio/ et bona coniectatio. ¶ Quarta conclusio. Neq; itē bona cōsultatio: opinio 47
vlla est. Id ostendit ea ratioue: qua bona consultatio: scientia non est. nā qui opinātur: rationē nō sub=
ducunt. ¶ Quinta cōclusio. Bona consultatio: rectitudo q̄dā est/ nō sciētie/ aut opiniōis. Nā is q̄ ma= 48
le ꝯsultat: peccat. q̄ vero bene ꝯsultat: et is q̄dē recte cōsultat. est igit bona ꝯsultatio: rectitudo q̄dā/ sed
ꝙ neq; sciētie/ aut opiniōis: hoc ideo est/ ꝙ scientia rectitudine non eget. cū ea ipsa necessaria sit/ circa
quod peccatū nullū est. Et ꝙ opinionis rectitudo nō sit cōstat. primo ꝙ opiniōis rectitudo: veritas est:
id autē bone ꝯsultationi non satis est. ¶ Secūdo determinatū omne est: cui⁹ opinatio est. at id cui⁹ est
bona ꝯsultatio: indeterminatū est/ et adhuc inquirit. nā sine inquisitiōe/ subductioneq; rationis: bona
consultatio non est. ¶ Tertio. bona ꝯsultatio deficit a mēte: enūciādo sic esse aut non sic esse: sed inq̄rit
quid enunciet. opinio eni non inq̄rit: sed iā enunciat/ vt esse quēadmodū opinatur/ aut nō esse. nō igitur
bona ꝯsultatio: rectitudo est: aut scientie/ aut opinionis. ¶ Sexta conclusio. Bona ꝯsultatio rectitudo 49
ꝯsilij est. Nā qui ꝯsultat siue bene id sit/ seu perperā: querit aliquid/ rationēq; subducit. sed qui bene cō=
sultat: recte querit/ recteq; rationē subducit. bona igitur ꝯsultatio: rectitudo quedā cōsilij est. Quo fit
vt qui bonā consultationē bene deprehensurus sit: primū quid consiliū sit/ et circa que verset tenere/ di
noscereq; debeat. ¶ Septima cōclusio. Non oīs rectitudo consilij bona consultatio est. Nā cū rectitu 50
do multipliciter dicatur: et prauus/ et incōtinens quod assequi proponit: volutando animo/ rationēq;
subducendo attinget. recte igitur ad id cōsequendū consultat. At forte id grāde malū est: quod conseq̄
existimat. nā bene cōsultasse bonū quoddā videtur esse. non igitur oīs rectitudo cōsilij: bona ꝯsultatio
est: sed ea sola potius/ qua boni quicq; nos assequi possumus. ¶ Octaua ꝯclusio. Neq; quidē oīs cōsul 51
tatio/ qua bonū assequimur/ atq; quod oportet: bona ꝯsultatio censenda est. Nā nichil vetat assequi bo=
num/ quodq; facere oportet ratiocinatione falsa. cū aūt id fit non fit per id quod oportet/ vt neq; in di=
sciplinis cū medius terminus/ ipsūq; antecedēs falsū est. non igitur ea consultatio: bona est. non itaq;
omnis consultatio qua bonū/ quodq; oportet consequimur: bona consultatio putāda est/ verū ea poti⁹
qua quispiā quod oportet assequitur/ et per id quod oportet. ¶ Nona ꝯclusio. Neq; satis est quo bona 52
ꝯsultatio dicatur: vt bonū per id quod oportet assequatur/ sed quanto tēpore oportet ꝯsultandū est. Nā
fieri potest: vt quis longo tempore/ atq; mature deliberās id assequatur quod decet/ et per quod opor=
tet: alius autem cito/ et precipitanter. atqui ea consultatio preceps: bona consultatio non est. igitur nō
bone consultationi satis est: vt bonum/ per id quod oportet assequatur/ sed potius ea consilij rectitudo:
bona consultatio dicatur/ qua quispiam: ratione conducentis/ honestiue permotus/ quod oportet asse=
quitur: per quod oportet/ et quanto tempore oportet. ¶ Decima conclusio. Quedā bona cōsultatio ab= 53
solute est/ et quedam particularis. Nam vsu euenit vt quispiam absolute/ et in omnibus bene consul=
tet. euenit etiam vt quispiam bene consultet ad aliquem finem / et non de omnibus. est igitur bona cō=
sultatio que absolute est: et ea est qua ad totius vite bonum/ et ad finem qui absolute finis est: recte con
sultando pergimus: et consultatio quedam/ atq; particularis. et est qua recte consultando ad aliquem
finem peruenimus. Quo fit vt si bene consultare prudentiū est (est eteni) vt bona consultatio ea recti=
tudo consilij sit: qua conferentis habita ratione ad aliquem proficiscitur finem: cuius ipsa prudentia:
vera/ rectaq; existimatio est.

Cap. X.

54 Est autem et ipsa sagacitas: cui cõtrariũ est hebetudo/ quibus sagaces dicimus/
e ac hebetes: nec idẽ omnino qđ sciẽtia aut opinio (oẽs enĩ scientes vel opinantes
sagaces essent) nec vna quedã scientia: vt aut medicina de sanis/ aut geometria
55 circa magnitudines. ¶ Neqꝫ enĩ de ijs est que sunt sẽper/ ⁊ non mouenť: neqꝫ de ijs que
a quouis fiũt. sed de quibus dubitauerit quispiam/ aut consultauerit. Quapropter est
56 quidẽ de ijs circa que versať prudentia. ¶ Nõ est autẽ idẽ sagacitas/ et prudẽtia. Prudentia nãqꝫ preceptiua est. finis enĩ ipsius est/ quidnã sit agendũ/ aut non agendũ precipere: sagacitas aũt iudicatiua est solũ. Idem est enĩ sagacitas/ et bona sagacitas: quip-
57 pe cum sagaces sint et boni sagaces. ¶ Neqꝫ autẽ habere/ neqꝫ accipere prudẽtiam: est
ipsa sagacitas: sed in opinationis vsu ad ea bene iudicanda de quibus est prudẽtia/ alio
dicente consistit. fitqꝫ hic perinde atqꝫ cum discipulus ea discit/ ac comprehendit que a
scientiam tradente precipiuntur.

¶ Decimi capitis note. ¶ Altero dicente/ altero decretum/ legemue statuente.
¶ Decimũ cap. quatuor conclusionibus partitum est.

54 Decimi capitis Cõmentariꝰ ad litterã ¶ Prima cõclusio. Sagacitas/ et hebetudo a quibus sagaces/ hebetesqꝫ denominamꝰ: non omnino idẽ sunt quod scientia/ ac opinio. ¶ Primo. nã oẽs scientes/ aut opinantes: sagaces essent. ¶ Secũdo. neqꝫ vna quidẽ scientiarũ videť esse sagacitas: vt medicina que circa sana/ et egra versať: sagacitas non est. nec geometria: que contẽplať circa magnitudines/ et ita de reliquis esse videtur. quare et tanto minꝰ hebetudo. nõ itaqꝫ sagacitas/ et ipsi ꝯtraria hebetudo:
55 idẽ sunt vt sciẽtia/ ac opinio. ¶ Secunda conclusio. Sagacitas eorũ est: circa que prudẽtia versatur. Nã sagacitas non eorũ est que semper sunt/ et a nullo fiunt: neqꝫ de ijs que a quouis fieri queunt: verũ de ijs de quibus merito dubitauerit aliquis/ atqꝫ consultauerit. ea autem sunt circa que prudentia ver
56 satur. igitur sagacitas eoꝝ est: circa q̃ prudentia intenta est/ atqꝫ versať. ¶ Tertia conclusio. Sagacitas/ et prudentia non oĩno idẽ sũt. Nã q̃dã prudentia est ꝓceptiua. est enĩ ipsiꝰ prudentie finis: quidnã sit agendũ/ aut non agendũ precipere. atqui sagacitas iudicatiua solũ est: non autẽ preceptiua. et nos hoc in loco sagacitatem/ et bonã sagacitatem idem intelligimus: quippe cũ eosdẽ dicamꝰ et sagaces et
57 bonos sagaces. ¶ Quarta conclusio. Sagacitas non idem est ac habere prudentiã/ prudentiãue accipere. Nã sagacitas in vsu bone existimationis cõsistit: ad ea que iudicãda sunt altero dicente: de q̃bus q̃dem ipsa est prudentia. fitqꝫ perinde vt quis dicatur sagax: atqꝫ cũ discipulus ea discit/ ac ꝯprehendit/ iuxtaqꝫ preceptoris mentẽ interpretať: que a docente audiuerit/ sepenumero sagacem appellare solemus. Et synesis appellatione greca. sagacitas dicitur: a qua Syneti hoc est sagaces dicuntur/ et eu quidem bene significat. hinc eusyneti bene sagaces dicti sunt: qui in discendo sapiunt/ recteqꝫ dicentis precepta callent/ ac capiunt.

58 Ea vero que vocatur sententia: qua bene sentiẽtes hoĩes dicimꝰ **Cap. XI.**
e sententiãqꝫ habere: iudiciũ est rectũ equi et boni viri. Cuiꝰ hoc indiciũ est. Bonum enĩ et equũ virũ ad ignoscendũ ꝓcliuẽ dicimꝰ esse. et veniã in aliquibꝰ dare
bonũ/ et equũ esse. at venia sententia est iudicatiua recta equi et boni viri: recta autẽ est
59 ea que est ipsius veracis. ¶ Oẽs autẽ habitꝰ non sine ratiõe ad idem tendũt. Nã sententiam/ sagacitatẽ/ prudentiã/ et mentẽ ad eosdem afferentes prudẽtes illos atqꝫ sagaces: et sententiã habere/ menteqꝫ dicimus. Omnes enĩ he potentie extremorũ sunt/ ac singularium. Atqꝫ idẽ ea ratione qua est idoneꝰ ad ea iudicanda de quibus est prudẽs: sagax est/ beneqꝫ sentiens: aut ad dandã veniã aptus. bona enĩ et equa omnibꝰ sunt communia bonis: ea ratione qua ad aliũ tendũt. sunt autẽ singularia et extrema ea: omnia que agi possunt. et prudentẽ oportet ipsa cognoscere. et sagacitas et sententia circa hec ipsa ver-
60 satur. hec autẽ sunt extrema. ¶ Et intellectus extremoꝝ est ad partẽ vtraqꝫ. etenĩ primorũ terminorũ: ac extremoꝝ/ intellectus est et non ratio. is quidẽ qui ad demonstratiões attinet imobiliũ terminoꝝ/ atqꝫ primorũ. is autẽ qui in agendis rebus versať/ extremi ⁊ contingẽtis: atqꝫ alteriꝰ ꝓpositiõis. hec enim principia sunt eius/ gratia cuiꝰ. ex singulis enim emergit ipsũ vniuersale. hoꝝ igiť sensũ habere oportet. hic autem est intellectus.
61 ¶ Quapropter et naturalia hec esse videnť. Atqꝫ sapiẽs quidẽ natura est nemo: sententiã autẽ habet/ et sagacitatẽ/ et intellectũ natura. signũ autẽ est nos hec etates sequi putare: atqꝫ hãc etatẽ intellectũ dare sẽtẽtiãqꝫ habere: vtpote que a natura proficiscuntur.
62 ¶ Quocirca principiũ/ et finis est intellectus. Ex his enĩ et de his ipse demõstrationes
63 efficiũť. ¶ Quare nõ minꝰ eoꝝ q̃ sũt experti/ et senioꝝ vel prudentiũ indemõstrabilibꝰ sententijs/ opinionibusue: q̃ ipsis demonstratiõibus mentem adhibere oportet. Quia namqꝫ iam experientia visum habent: principia ipsa cernunt. Quid igitur prudentia/ et sapientia est/ et in quibus vtraqꝫ versatur. et diuersarum anime partium vtraqꝫ virtutẽ esse: iam diximus.

¶Undecimi capitis note. ¶Mentis nomē/non habitꝰ sed potentie nomē est. ¶Primi termini/pri-
me ꝓpositiones/immediate ꝓpositiões/principia. ¶Duplex est intellectꝰ: contēplatiuꝰ scilicet et acti-
uus. Intellectus contēplatiuus finis est actiui (quēadmodū pars mentis actiua ad contēplatiuā or-
dinatur) cū scilicet ascendimꝰ. cū autē ꝓpriū immediatūq; finē respicimꝰ: intellectus actiui/et mētis
actiue finis est actio. ¶Singulariū preter sensū exteriorē: est sensus internus/precipuusq;: qui est in-
tellectus actiuꝰ/atq; de illis recte iudicans/imo superior sēsu est: sed quadā similitudinis responsiōe:
ꝙ circa singularia negociat̄/vt ij qui ꝓprie sunt sensus: hoc in loco internū sensū nuncupamꝰ. vt vero
singularia deserit/et prudentie vniuersalia cōsiderat: intellectus actiuus noiat̄. itaq; idē intelligat̄ sē-
sus actiuus/et intellectꝰ actiuꝰ. sed sensus actiuꝰ singulariū: intellectus aūt vniuersaliū. ¶Alterius ⁊
alterius. nā sapiētia partis contēplatiue est: prudentia vero actiue ¶Ex his eni et de his id est ex vni-
uersalibus et de vniuersalibꝰ qui fines sūt est demonstratio. quare ex singularibꝰ et de singularibꝰ que
sunt principia (nā ab illis ad vniuersalia ꝓcedimus suntq; vnde incipimus) est ratiōis subductio. ad-
iungimus tamen plerūq; subductionibus rationis vniuersale experientia prudentum cognitū. nichil
igitur mirum fuerit: si nō minus suo modo ⁊ in ratiocinio actiuo indemonstrabilibꝰ sententijs scitisq;
prudentū ꝙ̄ ipsis demōstratiōibꝰ acquiescere oporteat. ¶De sapiēte et prudēte hic aliquantulū nō ab
re ex nota ludendū. Sapiēs habet altissimū intellectū. prudens infimū. nā ille maxime vniuersalium/
hic aūt maxime singulariū. fit etiā vt prudētis intellectus multiplex: sapiētis vero vnus sit et simplex.
nā sapiētis intellectus soliꝰ vniuersalis: prudentis/vniuersalis et singularis. et si prudens est sciens/
singulariter est sciens. subducendi eni ratio ex vniuersali et singulari est. ꝯclusionē igit̄ colligi singu-
larem oportet. et si sapiēs sciēs maxime est vniuersaliter sciens. et quod sane est in prudētia subducē-
di ratio: id in sapientia est demōstratio. demōstratio igit̄ prudentis est ratiōis subductio. et sapientis/
ratiōis subductio: est simpliciter demonstratio. fit etiā vt prudentia et prudēs vt contingenter sciens/
corruptibilis/diuisibilis/multiplex/mobilis/et mortalis. sapientia vero et sapiēs necessario sciēs/in-
corruptibilis/indiuisibilis/simplex atq; vnus/imobilis/et imortalis.
¶Undecimū cap. tribus conclusionibus/et tribus correlarijs partitum est. 58
Undecimi capitis Cōmentariꝰ ad litterā. ¶Prima conclusio. Sententia a qua bene sententiātes
hoies dicimꝰ/sententiāq; habere: boni et equi viri rectū iudiciū est. Cuiꝰ rei hoc indiciū est/ꝙ bonū et
equū virū: ad ignoscendū procliuē esse dicimus. et ignoscere aliquo euentu: bonū et equū est. ac igno-
scere est ipsū bonū et equū virū: recte iudicando sententiā ferre. recte autem iudicat quoniā verax est. 59
sententia ergo boni et equi viri: rectū iudiciū est/recteq; iudicandi habitꝰ. ¶Secūda conclusio. Oēs
hi habitus prudentia/sagacitas/sententia/atq; mens ipsa administratiua: in idē rationabiliter ten-
dunt. ¶Primo. nā prudentiā/sagacitatē/sententiā/ac mentē: ad eosdem afferimus/eosq; prudentes/
sagaces/sententiāq; habentes/atq; mentē dicimus. et omnes hos habitus atq; potentias externorum
esse cognoscimus / atq; singulariū. omnes igitur huiusmodi habitus: in idem rationabiliter tendunt.
¶Secundo. vnus idemq; quatenus idoneꝰ est ad ea iudicāda de quibꝰ est prudēs: aut sagax noiatur/
aut bene sentiens et ad veniā elargiendā aptus. et reuera equa et bona ad omnia bona se extendunt vt
ad alterū fiunt. at ea bona oia singularia sunt/et extrema que agi queunt. et prudentē illa cognoscere
oportet. id autē non fit sine mente. et sagacitas/et sententia circa hec ipsa versant̄: hoc est extrema. sūt
igitur merito circa idē prudentia/sagacitas/sententia/atq; mens ipsa. ¶Tertia conclusio. Utriusq; 60
partis mens ipsa/ipseq; intellectus extremorū est. Nā aut primorū terminorū/et quorū non est ratio:
aut extremorū atq; singulariū intellectus est. is eni intellectus qui contēplatiuus est/ac ad demōstra-
tiones accōmodus: terminorū est necessariorū/atq; a sua veritate immutabilium/ac primorū: et is qui
actiuus est/in rebusq; agēdis versat̄ extremoꝝ est/et contingentiū/alteriusq; nature (ac cōtēplatiuꝰ)
ꝓpositionū. et hec quidē extrema: principia sunt vniuersalis: quod eorū finis/et causa gratia cuiꝰ est.
ex singulis enim ipsum vniuersale colligimus. et singulariū vim percipiendi/intimūq; sensū esse opor-
tet. hic autem in agendis intellectus actiuus est. ¶Primum correlarium. Quo fit vt qui hunc conse- 61
quuntur intellectum: existimauerint complures naturalia esse. Nam existimauerunt sapientem quidē
natura esse neminem: sed sagacitatem/sententiam/intellectumq; natura habere. hoc illis signū: ꝙ nos
hec/etates sequi putamus. atq; hanc etatē intellectū dare/hanc sententiā habere: quasi hec a natura/ 62
certaq; eius lege proficiscantur ¶Secundum correlarium. Fit iterum vt intellectus principium sit/
pariter atq; finis. Nam ex his/et de his principijs demonstrationes efficiuntur. vt igitur intellectus 63
singulerium est: principium: vt vero vniuersalium: finis est. ¶Tertiū correlarium. Quapropter rur-
sus euenit vt non minus expertorū/seniorūq;/atq; prudentiū sententijs indemonstrabilibusq; opinio-
nibus: ꝙ̄ demonstrationibus ipis mentem adhibere debeamus. Nā hi longa iā experiētia visū habēt:
atq; bene ipsa principia cernūt. non igit̄ vllo pacto a suis sententijs/nobis mente recedendū est: sed il-
lis firmiter adherendū. Sed quid prudētia/quid sapientia/et circa que vtraq; verset̄/⁊ vtrāq; alteriꝰ
et alterius partis anime esse: dictum iam satis est.

D Ubitauerit autē ꝗspiā ad quidnā habitus hi sunt vtiles? Cap. XII. 64
Nā sapientia quidē nichil eorū contēplat̄: ex quibus fuerit homo felix. nullus
enim est generationis: prudētia autem hoc quidem habet. Sed cuiusnam gra-
tia opus est ipsa? si prudentia quidem est ea que circa iusta et honesta/ bonaq; homini
versatur: hec autem sunt ea que viri boni est agere: atq; ipsa sciendo non magis ad agē-
dum nos sumus idonei/siquidem virtutes sunt habitus: quemadmodum nec ea sana/
que non efficiunt bonam corporis habitudinem: sed ab ipsa proueniunt. non enim ma-
gis apti sumus ad hec agenda/medendi artem/aut exercendorū corporum facultatem

habendo. ¶ Quod si non horum gratia sit prudens ponendus: sed vt studiosi homiẽs fiant: iis non fuerit vtilis sane qui iam sũt studiosi. At nec etiam iis qui studiosi non sũt: nichil enim refert siue ipsi habeant: siue aliis habentibus pareant. Atqꝫ hoc satis est nobis: quemadmodum et in sanitate. nam etsi valere volumus: medicinam tamẽ nõ discimus. ¶ Insuper absurdum sane videbitur si prudentia que quidem est inferior sapientia/ sit magis domina q̃ ipsa/ magisqꝫ princeps. nam ea que agit: dominatur in singulis
65 atqꝫ iubet/ de his igitur est dicendũ. nũc enim de ipsis dubitauimus tantum. ¶ Primũ itaqꝫ dicimus: has expetendas necessario per seipsas esse. quippe cum sint partiũ vtrarumqꝫ
66 virtutes. etiam si neutra ipsarum quicq̃ efficiat. ¶ Deinde et faciunt quidem. at non vt medicina sanitatem. sed vt sanitas: sic sapientia felicitatem. nam cum sit pars totius virtutis: felicem efficit: ex eo quia habetur/ ac operatur. Preterea opus ipsũ et per prudentiã/ et per virtutem moris efficitur. etenim virtus quidem propositum ipsum efficit rectum: prudentia autem ea/ que in illud perducunt. Quare autem partis anime q̃ quidem est principium vegetandi/ nulla est talis virtus: quippe cum in ipsa non sit agere/
67 aut non agere situm. ¶ De eo vero quod dictum est nõ esse magis aptos ob prudẽtiam homines ad honesta/ iustaqꝫ agenda: paulo altius insipiendum est: hoc principio sũpto. Nã vt et iusta agẽtes quosdã nondũ iustos esse dicimꝰ: vt eos qui faciũt ea q̃ legibꝰ sũt instituta inuiti/ vel ob ignorationẽ/ vel ob aliq̃d aliud/ et nõ ob ipsa: et si agũt ea q̃ oportet et qđ virũ oportet agere studiosũ: sic (vt videt̃) agere singula vnũquẽqꝫ oportet modo quodã affectũ/ vt sit homo bonus: ob electionẽ inqꝫ/ et ipsorũ gratia que agũtur. Electionẽ igitur rectam efficit virtus. Sed ea que illius gratia sunt agenda nõ sunt ipsius virtutis: sed ad aliã potentiam spectant. ¶ Dicendum autem de ipsis dilucidius est. Est igitur quedam potentia: quam habilitatem vocant. hec talis est vt ea possit agere atqꝫ attingere que ad suppositã intentionem conducunt. Si igit̃ propositum sit honestum: laudabilis est. sin improbum: versutia est. Quapropter et ipsos prudentes habiles/ et versutos dicimus esse. ipsa vero prudentia non est quidẽ hec dicta potentia. nõ tamen est sine ipsa. habitus autẽ ipse huic oculo imprimitur anime. Neqꝫ absqꝫ virtute sicut diximus: atqꝫ constat. ratiocinationes enim agendarũ rerum principiũ habent/ cũ talis sit ipse finis: et ipsum optimum/ quicquid tãdẽ sit illđ. sit enĩ (verbi gratia) quicq̃d contigerit. hoc autẽ non nisi bono viro videt̃. prauitas enĩ peruertit: facitqꝫ vt circa pricipia rerum agendarum homo fallatur. Quare patet prudentem neminem esse posse/ nisi sit bonus. *et contra numero 71 ostẽditur*

¶ Duodecimi capitis note. De felicitate contemplatiua intelligitur. ¶ Propositum fortis: est seexponere intrepide periculis pro cultu diuino/ pro salute patrie/ pro parentibus/ coniuge/ liberis / amicisqꝫ saluandis. et prudentie officiũ: est inuenire media recta propositum exsequendi. Et liberalis ꝑpositum: est visitare infirmos/ potare sitientes/ cibare famelicos/ redimere captiuos/ operire nudos. ⁊ prudentie est inuenire gratia cuius/ et quos/ et quibus/ quando/ vbi et quomodo. Et secundum vnamquamqꝫ virtutem: rectum habemus propositum ad ea solum agenda que bona sunt: solumqꝫ iis de se ad recta inclinamur. prudentia media prebet. ¶ Quod oculus ad artificẽ hoc intellectus ad studiosum. et quod lumen ad artificem hoc prudentia viro bono studiosoqꝫ. vt igit̃ artifex vt scriptor ⁊ edificator opus suum sine oculo et oculi lumine non bene perficit. ita quoqꝫ neqꝫ studiosus virtutemqꝫ habens moralem non bene sine intellectu eiusqꝫ prudentia bene suum opus peraget. q̃ igitur lumen artifici ad efficiendum necessarium tam prudentia aut etiam magis secundum virtutem morisqꝫ habitũ quicunqꝫ is sit operanti. non enim virtutum opera in tenebris fieri nata sunt. semper igitur studioso prudentie est opus. et non modo id: verumetiam ac si quis robustus et arte currendi preditus: si cecus currat aut currat in tenebris ars sua nocet detrimentumqꝫ affert et errat vehementer eo ꝙ visum non habet. haud secus virtutes morales sine prudentia atqꝫ mente (si sine illis esse posse dixeris) nocere possent/ detrimentumqꝫ afferre. sed et de hoc in sequenti capite. ¶ Illa habilitas: naturalis potẽtia est insitaqꝫ menti preparatio/ ad similia opera operibus prudentis peragenda. ¶ Principia rerum agendarum supponuntur esse bona: neqꝫ ostendenda sunt esse bona/ cũ talia ip̃a sint ad que intellectus actiuus quodammodo sic se habeat: sicut contemplatiuus ad dignitates. vt pro cultu diuino/ et seruanda in deum pietate: se inconcusse periculis esse committendum. vnicuiqꝫ quod suum est esse tribuendum. alteri quod sibi fieri nollet: non esse faciendum. crapulam esse vitandam. ebrietatem esse malam. adulterium vitandum. et similia: que per omnes virtutes inquirantur tum affirmantia / tum negantia/ tũ iubentia/ tum vetantia.

¶ Duodecimũ cap. vna questione et tribus conclusionibus partitum est.

64 Duodecimi capitis Cõmentariꝰ ad litterã. ¶ Questio. Ad quidnam hi habitus sapientia scilicet/ ac prudentia: vtiles sunt. Et videtur sapientia ad nichil vtilis. nam sapientia nichil eorũ contemplatur: ex quibus homo futurus est felix. neqꝫ vnius quidem effectionis operis sapientia est. at prudẽtia

hoc quidem habet vt etiam non sit alicuius operationis effectrix. sed quonam modo iccirco vtilem es-
se statuamus: nam prudentiam ponimus circa ea cognoscenda: que iusta/honesta/bonaqꝫ sunt homi-
nibus: hec autem sunt que boni viri peragunt. atqui nos ea sciendo non magis iccirco sumus ad agē-
dum idonei (si virtutes ipse a quibus hec bona proficiscunt: sunt habitus) q̄ aut medicinam/aut exer
citatiuam habentes: iccirco diceremur hec sana facere: que quidem non bonam valitudinem efficiūt/
sed contra que a bone valitudinis efficiuntur habitu. non enim magis apti sumus ad hec agenda me-
dicandi artem/aut exercendi corporis facultatem habendo. ¶ Q; si dixerint non vt agatur gratia/il
lorumqꝫ gratia bonorum statuendum esse prudentem: sed cum studiosi non sint homines tunc opus esse
prudentia/vt studiosi efficiantur. ergo prudentia eorum sententia minime vtilis esset ijs: qui iam stu-
diosi euaserunt. sed nec etiam vtilis/necessariaqꝫ putanda esset ijs: qui nōdum studiosi sunt: nam nichil
refert an ipsi prudentiam habeant/an alijs prudentiam habentibus pareant/atqꝫ hoc satis esset: per-
inde atqꝫ nobis in paranda sanitate contingit. si enim non valemus/atqꝫ nos ipsi valere volumus: non
iccirco tamen medicinam discimus/sed medicinam habentibus parere nobis satis est. non igitur vti-
lis etiam esset ijs qui studiosi non sunt. Preterea si prudentiam ad agendum vtilem posueris: deridi-
culum apparebit. Nam absurdum est prudentiam que longe sapiētia inferior est: magis sibi dominā-
di/principandiqꝫ retinere imperium. atqui prudentia (si actiua est) singulis que ad agendum dirigit
dominatur/singulaqꝫ iubet. non igitur videtur ad agendum vtilis. sed de his hactenus est dubitatū/
nunc autem de eisdem secundum veritatem dicendum est. ¶ Prima conclusio. He virtutes: sapientia 65
scilicet/atqꝫ prudentia per seipsas expetendas esse necesse est. Nam vtriusqꝫ partis anime virtutes sūt
prudentia quidem actiue/sapientia vero contemplatiue. Q̄uis etiam neutra earum quicq̄ ad felicita
tem efficeret. sunt igitur per se expetibiles. ¶ Secunda conclusio. Sapientia/et prudentia ad felici- 66
tatem momentum habent/aliquidqꝫ faciunt. Sapientia quidem non vt medicina sanitatem/sed vt sa-
nitas sanam operationem: ipsam felicitatem facit. nam cum totius virtutis sapientia pars sit optima
eo ipso felicem efficit/ꝙ ipsa habeatur/opereturqꝫ secundum eam felix. prudentia vero in hoc felicita-
ti conducit: ꝙ actio ipsa per prudentiam/et per virtutem moralem efficitur. nam virtus ipsa proposi-
tum rectum efficit: prudentia vero media recta/que in illud perducunt: inuenit. Quo fit vt partis ani-
me que vegetandi principium est: nulla virtus moralis ponenda sit. nam in eius potestate situm non
est: aut agere/aut non agere. ¶ Tertia conclusio. Non contingit virum prudentem esse: qui idem bonꝰ 67
non sit/habitumqꝫ non sit consecutus moralem. Id enim ideo hic discutiendum expedit: ꝙ pauloante
addubitando sumptum erat. nichilo magis homines ob prudentiā ad iusta/honestaqꝫ peragenda ap-
tos esse. sed id paulo altius resumpto principio falsum esse constat. ¶ Primo. nam vt iusta agentes:
quosdam nondum iustos esse dicimus: vt eos qui aut inuiti faciunt que legibus precipiuntur: aut per
ignorantiam/aut ob aliud quicq̄: et non ipsorum honestorum gratia: Q̄uis ea agāt que oportet/et que
virum studiosum agere oporteret: ita quosdam iusta agentes iustos/bonosqꝫ dicimus. qui autem ita
agūt: par est/equumqꝫ videtur vnumquemqꝫ singula agere quodam modo affectum: vt scilicet ob ele-
ctionem/et ipsorum que aguntur gratia/vt homo bonus sit. atqui propositum/electionemqꝫ rectam:
ipsa virtus efficit. sed ipsius virtutis moralis non est ea explorare: que illius gratia suscipienda sunt/
et que ad huiusmodi perducunt propositum: sed ad alteram pertinent potentiam. hec autem est prudē-
tia: vt et id adhuc dilucidius euadet. igitur prudentia/morali virtuti coniuncta est/atqꝫ ipsam coad-
iuuat. ¶ Secundo. de eisdem dilucidius/apertiusqꝫ dicendum est. nam quedā est insita potentia (quā
habilitatem vocant) que talis est: vt ea possit attingere/que conducunt ad aliquam suppositam/decre-
tam/determinatamqꝫ intentionem peragendam. et si hec intentio/idqꝫ propositum honestū est: lauda-
bilis est: sin improbum/versutia dicitur. et proinde ipsos prudentes: habiles/versutosqꝫ dicere solemꝰ
quasi ipsa prudentia: ea vis/potentiaqꝫ sit. at ipsa prudentia: dicta potentia non est/nō tamen sine ipsa
est. Nam habitus ipse qui prudentia est: huic oculo imprimitur anime/ sed non sine morali virtute vt
dictum est. Quod adhuc/et hinc constat. nam consilia/ratiocinationesqꝫ rerum agendarum: principi
um habent. supponunt enim quicq̄ esse bonū/atqꝫ prosequendum: et tale/ipse finis est: imo et ipse/op-
timum quicquid illud existat. neqꝫ hoc in loco vim faciamus: quid nunc id sit/sed sit quicquid esse po-
test. hoc autem bonum: non nisi a bono viro videtur/perspiciturqꝫ. nam prauitas: iudicium peruertit/
facitqꝫ vt circa principia rerum agendarum homo fallatur. non igitur contingit prudentem esse: qui
idem bonus non sit/virtutemqꝫ non sit consecutus moralem.

Cap. XIII.

Onsiderandum autem iterum est et de virtute. Etenim vt prudentia sese habet 68
c ad habilitatē/que non est idem/sed simile: sic et proprie virtus sese habet ad na-
turalem virtutem. Omnibus enim singuli mores inesse quodam modo natura
videntur. etenim et iusti natura/fortesqꝫ/ atqꝫ ad temperantiam nati videmur: ceteraqꝫ
continuo habemus ex ipso ortu. ¶ Sed esse tamen querimus aliquid aliud / quod est 69
proprie bonum: et talia nobis alio modo inesse. ¶ Pueris enim ac beluis naturales ha
bitus insunt. ¶ At absqꝫ mente nocere videntur. Atqꝫ vt robusto fit in corpore sine ocu
lis se mouente (errat enim vehementer ex eo quia non habet visum) sic et hic accidit. Si
vero mentem acceperint/in agendo differt. atqꝫ habitus ille similis tūc erit proprie vir-
tus. ¶ Quare vt in opinatiuo due sunt species habilitas/atqꝫ prudentia: sic et in morali 70
sunt due: vna naturalis virtus/altera proprie virtus. ¶ Atqꝫ harum ea que est proprie 71
virtus non fit sine prudentia. Quapropter inquiunt virtutes omnes prudentias esse. et

Socrates partim recte querebat/partim peccabat: peccabat quia virtutes omnes pru-
dentias esse putabat. bene dicebat ꝙ non esse sine prudentia ipsas aiebat. ¶ Hoc autem
huius indicium est. etenim nunc omnes cum virtutem diffiniunt/dicentes ipsam habi-
tum esse: et afferentes ea circa que versatur: addunt secūdum rectam rationem. at recta
est ea que est secundum prudentiam. Videntur igitur omnes vaticinari quodam mo-
do talem habitum esse virtutem qui est secundum prudentiam. oportet autem parū per
migrare. est enim is habitus virtus: qui non solum est secundum rationem rectam: sed
cum recta etiam ratione. recta autem de talibus ratio ipsa est sane prudentia. Socrates
igitur virtutes ipsas rationes esse arbitrabatur. Omnes enim scientias esse dicebat. At
nos cum ratione esse censemus. Patet igitur ex dictis fieri non posse/ vt sine prudentia
72 sit homo proprie bonus: et absq; morum virtute prudens. ¶ Ateni et ea ratio qua quis-
piam disseruerit separari virtutes: hinc solui potest: non enim idem ad omnes suscipiē-
das aptissimus est ingenio: quare aliam iam accepit: aliam nondum accepit. Hoc enim
in naturalibus quidem virtutibus fieri potest. at ī ijs quibus absolute dicitur homo bo-
nus fieri nequit. Etenim cum prudentia que est vna/simul inerunt vniuerse. ¶ Constat
autem et prudentia opus esse/ etiā si nō esset actiua/quia partis est virtus. et sine pruden-
tia/sine q; virtute: electionē rectā non fore. altera nāq; finē: altera ea que sūt ad finē age-
re facit. At vero neq; sapiētie preest/neq; prestabilioris est partis: sicut neq; ars medēdi
presidet sanitati. Non enī vtit̄ ipsa/sed videt vt fiat. Illius igitur gratia (non illi) iubet.
Preterea simile est ac si quispiam facultatē ciuilē principē esse deorū asserat: ꝓpterea ꝙ
precipit de omnibus que aguntur in ciuitate.

¶ Decimitertij capitis note. ¶ Naturales/insiteq; virtutes sunt ipse rationalis appetitus: aut natu-
rales quedam potentie que ipsi appetitui natura insunt: vt preparamenta virtutum/et vt virtutū que-
dam iacta fundamenta. quemadmodum sanitas/et bona ad videndum dispositio natura inest oculo.
Et de appetitu sensitiuo suo modo. ¶ Cum diffiniebant fortitudinem: dicebant fortitudinem esse ha-
bitum circa timores et fiducias secundum rectam rationem. At non satis esset dicere virtutem habi-
tum esse secundum rectam rationem. nam quis altero dirigente posset acquirere habitum secundū re-
ctam rationem: non tamen haberet virtutem. sed qui dicit secundum rectam rationem ⁊ cum recta ra-
tione: id excludit. ¶ Prudentia/perfecta prudentia. Et vt logica omnium argumētationum vna est:
ita prudentia omnium virtutum vna est.

¶ Decimūtertiū cap. quatuor conclusionibus/et vno correlario partitum est.

68 Decimitertij Capitis Cōmentari⁹ ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Vt prudentia sese habet ad ipsā
natiuam habilitatem / que ipsa prudentia non est/sed aliquid persimile: sic proprie virtus/ sese habet
ad insitam/naturalemq; virtutem. Nam omnibus singuli mores quodammodo natura insiti videnť.
videmur enim et natura iusti/et fortes/ad temperantiamq; nati/ ⁊ ad reliquos mores protinus ab ipō
natiuitatis exortu. virtus igitur sese habet ad huiusmodi insitas vires: vt ⁊ prudentia ad suam nati-
69 uam habilitatem. ¶ Secunda conclusio. Preter huiusmodi insitos mores: querendum est aliud vere/
precipuumq; bonum. et huiusmodi vere bona/nobis non insunt a natura. Nam insiti/naturalesq; mo-
res vera/precipuaq; bona non sunt. ¶ Primo. quia naturales mores: insunt pueris/et beluis. nō sunt
igitur vere bona. ¶ Secundo. naturales virtutes absq; mente/mentisq; discretione: nocere videntur.
et quemadmodum in robusto corpore sine visu sese motante/plerūq; vsu euenit vt erret vehementer: ob
idipsum quia visum nullum habet: ita quoq; et illic euenit. at si mentem acceperit qui huiusmodi vir-
tutum igniculos/insitasq; vires habet: tunc plurimum in agendo refert. nam habitus ille natiue vir-
70 tuti assimilis: tunc adulta/proprieq; virtus est. ¶ Correlarium. Unde fit vt quemadmodum in parte
mentis deliberatiua/due sunt species: habilitas/atq; prudentia: ita quoq; in parte anime morali/atq;
71 appetitiua due: vna naturalis virtus/altera vero proprie virtus/atq; precipua. ¶ Tertia conclusio.
Harum specierum virtutū: que proprie virtus est sine prudentia non est. ¶ Primo. quia virtutes aiūt
esse prudētias anime. et Socrates quidem partim recte querebat: partim vero peccabat. peccabat enī
ꝙ virtutes omnes prudentias esse putabat/at recte sentiebat: ꝙ eas ipās sine prudētia non esse aiebat.
proprie igitur virtus: sine prudentia non est. ¶ Secundo. illud idem/hoc iterum patet indicio: ꝙ om-
nes nunc virtutem diffinientes dicunt ipsam esse habitum: et postq̄ adiecerunt circa que versatur/ad-
dunt secundum rectam rationem. at recta ratio ea est: que est secundum prudentiam. videntur igitur
omnes augurari virtutem: eum esse habitum qui sit secundum prudentiam. et q̄q̄ ita est: paulo tamē
longius progrediendum est. nam virtus is habitus est/non qui solum secundum rectam rationem est:
sed cum recta etiam ratione esse oportet. et recta de ipsis agendis ratio: prudētia est. neq; similiter So-
crati nos ipsi sentimus. nam Socrates virtutes ipsas: rationes esse putabat. et proinde virtutes: sciē-
tias esse ponebat. nos autem virtutes ipsas: cum ratione esse censemus. patet itaq; ex his/atq; superi-
72 us dictis: neq; virum proprie bonum sine prudentia: neq; prudentem sine virtute esse posse. ¶ Quarta
conclusio. Dilui satis potest ratio qua disceptant virtutes abinuicem separari posse: ita enī argumen-
tantur. non idem ad omnes suscipiendas virtutes: ingenio aptissimus est. ergo vnā iam accepit/ et al-
teram nondum accepit. Solutio hinc depromptu facilis est: ꝙ q̄q̄ id in naturalibus virtutibus fieri
potest: in ijs tamen virtutibus/quibus homo absolute dicitur homo bonus: fieri nō potest. nec iniuria.

nam cum ipsa prudentia (que omniū virtutum vna est) inerunt vniuerse virtutes. Et simili facilitate dilui possunt argutie: quibus instabatur prudentiam vtilem non esse. nam constat prudentiā vtilē esse: q̃uis etiā actiua non esset. nam vnius particule mentis est virtus. constat et actioni cōducere. nam sine prudentia/ et virtute: electio recta non completur. Virtus enim finem: et prudentia ea que sunt ad finem agere facit. et falso sumebatur: prudentiam/ sapientie pricipari/ atq3 preesse. nā prudentia: prestabilioris particule mentis virtus non est. Tum non sequitur prudentia est ad agendum: non autem sapientia. ergo prudentia sapientie preest. nam prudentia non vtitur sapientia: vt neq3 ars medendi/ preest sanitati que sanitate non vtitur/ sed eius officium est videre/ ac prospicere: quo pacto fiat/ salueturq3 sanitas. sanitatis igitur gratia ars medendi iubet: non ipsi sanitati. itaq3 et sapientie gratia prudentia iubet/ et precipit: at sapientie nichil precipit. preterea id vt refellatur perq̃ paratum est. Simile enim est ac si quispiam ciuilem facultatem dijs ipsis principari/ preesseq3 astruat: quoniam/ ea facultas de omnibus que in ciuitate aguntur: precipiat. sed de virtutibus mentis hactenus.

Sexti Ethicorum Aristotelis finis.

p

Ost hec dicendū est alio sumpto principio: tres esse species Cap. I. 1
corū que circa mores sunt fugienda: viciū/ incontinentiā/ feritatē. Atq3 cōtraria quidē duobus manifesta sunt. aliud eni virtutē/ aliud continētiā appellamus. Ad feritatē autē et immanitatē: maxime virtutē eam conuenit dicere/ que est supra nos: heroicam inq3 quandā atq3 diuinā. vt Homerus de Hectore: propterea q3 eximia bonitate prestabat: dicentem Priamum introduxit.

Nec iam hominis sane mortalis filius ille
Esse videbatur: sed diuo semine natus.

¶ Quare si ex hoibus ob virtutis exuperationē dij fiunt (vt aiunt) talis quidā is habit⁹ fuerit/ qui feritati opponitur. Etenim vt fere: neq3 vicium est neq3 virtus/ sic neq3 dei sed hoc quidē prestabilius est virtute: illud autem diuersum quid est/ a vicio genus. Atq3 vt raro fit virum esse diuum: vt apellare Lacones consueuere cum valde aliquē admirant (dicunt enim vir diuus hic est) sic et ferus/ atq3 immanis est inter homines raro. Maxime vero inter nationes barbaras est. fiunt autem quidam tales ⁊ ob morbos/ lesionesq3 principij. et eos etiam homines qui in vicijs exuperant: hac infami consueuimus appellatione notare. Sed de tali quidem dispositione mentio aliqua posterius fiet. ¶ De vicio vero prius est dictum. Nunc de incontinentia/ mollitudine/ luxurie: et de continētia/ 2
atq3 constantia est dicendum. Neq3 enim vt idem quod virtus et vicium/ neq3 vt diuersum genus hec sunt putanda. 3 ¶ Atq3 vt in ceteris egimus: afferre ea que vidētur oportet: et dubitare primum. Deinde omnia que probabilia sunt aut saltem plurima/ maximeq3 precipua circa hos affectus: ostendere. Nam si soluantur quidem ea que difficultatem afferunt/ relinquantur autem ea que probabilia sunt: satis sane fuerit demonstratum. 4 ¶ Videtur itaq3 continentia quidem/ constantiaq3/ studiosa eē ac laudabilis. Incontinentia vero et mollitudo praua/ atq3 vituperabilis. et idem esse continens/ et persistens in ratione: et idem etiam incontinens/ et rationē egrediens. ¶ Et incontinens q̄dem improba sciens improba esse/ agit ob perturbationē. continēs aūt cupiditates sciens prauas esse non sequit̄ ob rationē. ¶ Et tēperantē quidē continentē esse aiunt atq3 constantē. Talē autē alij tēperantē esse oēm: alij nullū dicunt. Et itē intēperantē incontinentē esse/ et incontinentē intēperantē/ cōfuse nonnūq̃ diuersos inquiūt esse ¶ Interdum etiā ipsū prudentē incontinentē esse non posse. interdū nonnullos hoies qui prudentes/ ac habiles sunt: incontinentes esse dicunt. Preterea incontinētes et ire/ et honoris/ et lucri dicuntur. Ea igitur que dicuntur/ hec sunt.

Primi capitis note. ¶ Heroica virtus est que supra nos existens: communem humanarum virtutum modum excedit. Et feritas est vicium communes hominum malicias magnitudine excedēs. Et heroica virtus temporibus apostolorum/ et circa illa/ maxime efflozuit: postq̃ domin⁹ virtutū/ duxq3 vite: sue conuersationis odore totum resperserat orbem. tunc enim heroici fuere fortes/ temperantes/ liberales/ heroiciq3 magnifici/ et tunc virtus omnis in sublimitate quadam enituit. nec iniuria: nam ad res mortales/ et ad horam transitorias que supra nos non sunt: non est heroica virtus. sed ad diuinas ad quas tunc toto mentis conatu ferebantur/ et caduca calcabant/ et quicquid sue sortis neglecta dignitas/ propriaq3 ignorantia facit magnum videri: vt opes/ diuitias/ honores. nichil enim in hoc sensibili mundo magnum preter mentem diuinorum capacem. et sola tunc magistri vite/ precepta cogitabant/ nullaq3 illis alia studia placebant. et tunc celestes heroes cum hominibus conuersabantur quadam vite conformi bonitate allecti. Heroes eni celestes angeli sunt beati. Et proide qui hui⁹ virtutis exempla requirunt sacras litteras adeant: et veras sanctorū historias nō stulta quadā pietate effictas lectitant. sancti eni mendacio nō gaudent: q̄ semp summā coluerūt/ colentq3 semper veritatē. Et eadē etas que sāctos/ heroasq3 tulit: tulit ⁊ imanes. ¶ Et in vmbrā veroꝝ heroicoꝝ Herculē finxit gētili-

tas: et plurimū immaniū gentiliū meminerūt historie. vt Diomedis/ Busyridis/ Mezentij/ et similiū De Mezentio Virgilius. Diomedes Busyris Mezentius Virgilius Tereus Thyestes Nero

Mortua quinetiā iungebat corpora viuis.
Componēs manibusqꝫ manus/ atqꝫ oribus ora
Tormenti genus: et sanie/ taboqꝫ fluentes:
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Sed in his immorandū diutius nō est. neqꝫ tragicorū viciorū/ vt Terei Thyestis/ et Neronis/ et similium narrationibus: sacri de moribus sermones sunt polluendi.

¶ Primū cap. tribus cōclusionibus/ et vna narratione partitum est.

1 Primi Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Consentaneū est aliquā virtutē heroicam/ atqꝫ diuinā que supra nos sit: statuere ¶ Primo. nā tres species sunt eorum que circa mores sunt fugienda: viciū/ incōtinentia/ feritas. et cōtraria quidē duobus: vicio scꝫ/ ac incōtinētie: permanifesta sunt. nam aliud virtus/ et aliud cōtinentia est. feritati vero maxime cōsentaneū esse videtur: vt quedam virtus que supra nos est: cōtrarietur. et hec virtus inqꝫ heroica q̄dā/ atqꝫ diuina est: queadmodū Homerus de Hectore quoniā nimia excelleret bonitate/ introduxit Priamū ita loquentē.

Non hominis sane mortalis filius ille
Esse videbatur: sed diuo semine cretus.

Par igitur est: aliquā talem virtutē statuere ¶ Secūdo. si ex hoībus ob virtutis superexcellentiā fiūt dij (vt aiunt) consentaneū est hmōi heroicū habitū statuere: quiquidē feritati opponaꝭ. nec iniuria quidem. nam vt fere: neqꝫ viciū est/ neqꝫ virtus: sic neqꝫ dei. et hic heroicus habitus quiddā prestabilius virtute est. feritas vero aliud quoddā a vicio improbitatis genus. Et queadmodū raro fit virum esse diuū: vt Lacones appellare cōsueuere aliquē opido admirantes: tunc eni dicunt/ vir diuus hic est. sic ferus/ atqꝫ immanis inter homines rarenter admodū est: sed maxime inter nationes barbaras. fiunt enim quidam feri ob morbos/ lesionesqꝫ principij. sed maxime omniū eos homines qui magnitudine viciorū excedunt: hac infami cōsueuimus appellatione notare. verū hec de heroico habitu/ et feritate.

2 ¶ Secunda cōclusio. Nunc de continentia/ et incōtinentia determinatio rationabiliter incumbit. Nā de virtute/ et vicio prius actū est. et cōtinentia/ ac incōtinentia: neqꝫ prorsus idē quod virtus/ et viciū: neqꝫ vt prorsus diuersum/ absimileqꝫ genus putanda sunt. par est igitur de continētia/ atqꝫ incōtinentia determinationē suscipere.

3 ¶ Tertia cōclusio. Par est etiā primū que alijs visa sunt adducere/ subindeqꝫ dubitare. mox que probabilia sunt/ et maxie que proposito cōducūt ad hos affectus pernoscendos adducendo: dubitationes diluere. Nā in ceteris ferme ita egimus: et si ea soluātur que circa hos affectus difficultatē ingerūt: relinquātur autē ea que probabilia sunt/ maximeqꝫ rationi cōsentanea: satis horū affectuū fuerit demonstrata natura.

4 ¶ Que alijs visa sunt: hec sunt. primū continentiā/ cōstantiam/ perseuerantiāqꝫ esse studiosorū/ atqꝫ laudabiliū: incōtinentiā vero/ et mollitudinē: prauorū atqꝫ vituperabiliū. Secundū. idē esse continentē/ ⁊ persistentē in ratione: et idem incōtinentē/ et ab ratione egredientem. Tertiū. continentē: cupiditates scientem prauas esse/ non sequi ob vincentē rōnem. incōtinentē vero improba etiā scientē esse/ ea iprobā agere ob perturbationē. Quartū. temperātē esse continentē/ ac constantē: et intēperantē incōtinentē esse/ atqꝫ mollē. sed in his cōtrouersias agunt. nam quidā astruunt oēm temperantē: cōtinētem esse. alij vero nullū. et quidā oēm intēperantē/ incōtinētem esse: at alij intēperantē/ incōtinentēqꝫ esse diuersos. Quintū prudentē incōtinentē esse non posse. sed obuersantur aliqui/ astruentes nōnullos prudētes/ habilesqꝫ: esse incōtinentes. Sextū aliquos dici cōtinentes: et ire/ et honoris/ et lucri. et hec sunt que alij dicunt/ astruuntqꝫ.

5 Dubitauerit aūt quispiā qui fit: vt recte quispiā existimās agat incōtinenter? Scientem igitur inquiunt quidā īpossibile esse. nam absurdū est vt arbitrabatur Socrates/ si scientia insit: aliud quippiā vincere: et ipm perinde atqꝫ mancipiū trahere. Socrates enim omnino contra rationē ipsam pugnabat/ incōtinentiamqꝫ extermiabat. neminē enim existimantē/ preter id quod est optimū agere/ sed ob ignorationē dicebat. Hec igitur sententia ijs aduersatur/ que manifeste apparent. Atqꝫ querere oportet quisnam in ipsa perturbatione si ob ignorationem agit: ignorationis sit modus? constat enim incōtinentē non putare illud esse bonū/ anteqꝫ in perturbatione sit constitutus. Sunt autem qui hec partim cōcedunt. partim non cōcedūt. eteni sciētia quidē nihil esse validius cōfitentur. at huic nō assentiūtur neminē agere preter id quod visum est melius. Quapropter inquiūt incōtinentē a voluptatibus superari: nō scientiā quidē/ sed opinionē habentē. atuero si sit opinio/ nō scientia: neqꝫ vehemēs existimatio que resistit sed remissa (sicut in ābigētibus) venia danda est/ si non in his psistit adūsus vehemētes cupiditates. at prauitati nō est venia dāda: nec aliorꝫ cuiquā q̄ vituꝑabilia sunt. Cap. II.

6 ¶ Est ne igiꝭ id quod resistit prudētia? Hec eni est validissima. ¶ At est absurdū. erit eni idem prudens atqꝫ incōtinens simul. Nemo aūt dixerit prudentis esse ea sponte agere: que prauissima sunt.

7 ¶ Et insuper demonstratū est antea prudentē aptū ad agēdum esse (est enim quidem extremorum) et ceteras virtutes habere. ¶ Preterea si continens est ex eo quia vehemētes ac prauas habet cupiditates/ neqꝫ temperatus cōtinens erit: neqꝫ cōtinens tēperatus. etei neqꝫ vehementes habere cupiditates neqꝫ prauas/ est

temperati. At oportet: nã si cupiditates sint bone: prauus est habitus ille/ qui prohibet
non sequi. quare non omnis continentia est studiosa. sin imbecilles et non praue/ nõ est
quid egregium: nec etiam magnum quid/ si sint praue ac imbecilles. ¶ Preterea si con=
tinentia in quauis opinione facit persistere/ praua est: vt si et in falsa. Et si incontinentia
a quauis opinione dimouet: erit aliqua incõtinentia studiosa. quale fecit Neoptolem⁹
apud Sophoclem in Philoctete. est enim laudabile: quia non perstitit in ijs que suase= 8
rat Vlisses/ ob mẽtiendi dolorem. ¶ Preterea captio mentiens / dubitatio est. Quia
namq; admirabilia/ preterq; opinionẽ sophiste inferre volunt redarguendo: vt cum at=
tigerint/ videantur acuti: ratiocinatio facta dubitatio fit. ligatur eñi mens cum manere
quidẽ nõ vult/ q2 cõcl'o nõ placet: pcedere aũt nõ potest/ q2 rõem soluere nequit. ¶ Fit
autẽ aliqua rõne vt iprudẽtia cũ incõtinẽtia sit virtus. Qui nãq; habet vtrũq;: cõtraria
ijs que existimat ob incõtinẽtiã aget. existimat aũt bona esse mala: ⁊ agere nõ oportere. 9
Quare bona aget/ et nõ mala. ¶ Preterea qui persuasus agit/ voluptatesq; sequit̃ atq;
eligit: melior eo videbitur esse: qui non ob rationẽ sed ob incõtinentiã agit. nam facilius
curari potest: quippe cũ possit illi dissuaderi. At incontinens obnoxius est ei prouerbio
quo dicimus: quid in super bibere opus est: cũ strangulat aqua? eteñi si non persuasum
esset ipsi ea non agenda esse que agit: dissuasus tandem cessasset. nunc vero persuasum 10
est ei/ et nihilominus talia agit. ¶ Insuper si circa vniuersa continentia sit/ atq; inconti=
nentia: quisnam sit ille qui est incõtinens absolute. Nemo eñi habet incõtinẽtias omẽs.
dicimus autem quosdam simpliciter incontinentes esse. Tales igitur quedã hac in ma=
teria dubitationes emergunt. horum autem alia tollere/ alia relinquere oportet. dubita=
tionis enim solutio/ inuentio est.

¶ Secundi capitis note. Incontinens non agit: suasus ea agere que agit/ sed agit suasus ea non esse
agenda que agit. ¶ Eteñi si non persuasum esset ipsi. littera greca sic habet.
ει μερ γαρ εωι πειστο α πρασιτει μεταπεισθεισ αρ επαυσατο ρυρ Δε πεπε=
ισμεροσ ουΔερ ηττορ αλλα πραττει.
hoc est si eñi non esset persuasus ea que agit dissuasus sane desisteret: nunc autem suasus: nihilominus
alia agit. hec ad litteram grecam primam particulã intelligo de temperantia. secundã nũc aũt suasus
intelligo de incõtinentia. et credo litteram Argyropili in prima particula fuisse viciatam vbi secunda
apponitur negationis nota/ et esse simplici negatione proferendum. 5
¶ Secundum cap. sex dubitationibus partitum est.
Secundi Capitis cõmentarius ad litteram. ¶ Prima dubitatio. An cõtingat scientẽ/ recteq; exi=
stimantem: incõtinẽter agere. ⁊ quidam aiunt id impossibile esse/ vt Socrates. Nam absurdũ arbitra=
tur Socrates: si scientia assit/ aliud quippiam ipsum scientem vincere: atq; ipsum velut mancipiũ tra=
here. at Socrates omnino rationi obluctabatur: incõtinentiam exterminans. dicebat eñi sciẽtem age=
re neminem: preter id quod est optimum/ sed ob ignorationẽ. verum hec Socratica sentẽtia: ijs aduer=
satur que vel manifestissime apparent. et querere liceret si ob ignorationem agit: quisnam ergo in ipsa
perturbatione ignorationis modus sit? nam constat incõtinentem non putare id quod agit esse bonũ
priusq; perturbatione occupatus sit. Et sunt nonnulli qui partim Socratis dictis consentiunt: et
partim dissentiunt. concedunt enim nihil esse scientia validius. at inficias eunt neminem agere preter
id quod videtur melius. et proinde inquiunt incontinentem superatum iri a voluptatibus: non eum
quidem qui scientiam/ sed qui opinionem habet. Sed id parum constare videtur/ nam si non sit ipsius
incontinentis scientia/ aut vehemens existimatio: sed remissa/ tenuis/ elanguidaq; opinio. (vt plerũq;
in ancipitibus fit) prestanda est venia: si nõ in hisce persistit/ aduersus vehemẽtes cupiditates. at pra= 6
uitati nullus est venie locus: neq; iccirco alicui vituperabilium. non igitur in talibus videtur inesse
eiusmodi remissa opinio. ¶ Secunda dubitatio. Vtrum id quod in incontinente resistit prudentia sit?
et videri forte potest. nam prudentia/ validissima est. ¶ Sed id absurdum esse primo videtur. quia idẽ
esset: et prudens/ et incontinens simul. ¶ Secundo. non est prudentis ea sponte agere: que prauissima
sunt. agit autem ea incontinens. ¶ Tertio supra monstratũ est: prudentem aptum esse ad agendum.
est enim vnus quidam eorum/ qui circa extrema/ singulariaq; versando occupantur. ¶ Quarto. dictũ
est etiam: et prudentem ceteras virtutes habere. non igit̃ prudens/ incontinens. neq; quod in inconti= 7
nente resistit: prudentia est. ¶ Tertia dubitatio. An temperatus sit continens: atq; contra continens/
temperatus. et videtur haudquaq; ita esse. nam neq; temperati est magnas/ vehementesq; cupiditates
habere/ neq; prauas. continens autem: et vehementes/ et prauas habet cupiditates. nam si continen=
tis cupiditates bone essent: prauus is esset habitus/ qui eas prosequi non sineret. quare non omnis cõ=
tinentia studiosa/ bonaq; esset. etsi cupiditates ille imbecilles sint/ at non praue: nihil egregium est il=
las non sequi. sin vero imbecilles sunt/ et praue: eas non sequi nihil magnum. habet igitur continens: 8
vehementes/ prauasq; cupiditates ¶ Quarta dubitatio. An continens sit qui in opinione perseuerat:
incontinens vero qui ab opinione discedit/ disgrediturq;. at non ita esse videtur primo. nam si continẽ=
tia in quauis opinione persistere facit: aliqua continentia praua est/ vt que in falsa opinione detinet. et
si incontinentia a quauis opinione dimouet: aliqua incontinentia studiosa est/ quemadmodum apud

Sophoclem in Philoctete: laudatur Neoptolemus / quia non persisterit in ijs que suaserat Ulisses: ob
mentiendi dolorem. ¶ Secundo captio sophistica: quedam dubitatio est: quotiẽs sophiste quedam ad-
mirabilia / preterq; opinionem inferre volunt redarguendo: vt cum redarguerint scioli videantur / et
acuti. et factus paralogismus dubitationem reliquit: nam ligatur mens cum minime persistere velit:
quia conclusio ipsa non placet / sed longius ꝓgredi nõ valet: quia rationẽ ipsam diluere nescit. at qui
huiusmodi dubitationem egreditur: non iccirco sit incontinens. ¶ Tertio. si incontinentia a quauis
opinione dimoueret: eueniret aliqua ratione vt imprudentia cum incontinentia virtus esset. nam qui
vtramq;: et imprudentiam / et incontinentiam haberet: contraria iis que existimat / ob incontinentiam
ageret: at imprudẽs existimat bona esse mala: et ea quidem bona que mala putat: nõ esse agenda. aget
autem ea quia incontinens / et non mala. est itaq; imprudentia cum incontinentia: vt quedam virtus.
9 ¶ Quinta dubitatio. Utrum intemperatus incontinente sit deterior. et videtur incontinens deterior
esse. Nam qui persuasus agit / voluptatesq; sequitur / atq; eligit: melior / minusq; malus est / eo qui non
persuasus agit sed ob incontinentiam. nam qui persuasus agit facilius curari potest: quippe cum illi
possit dissuaderi. at incontinens non persuasus agit / obnoxiusq; est prouerbio: quo dici solitum est:
quid insuper bibere opus est / cum strangulat aqua? enimuero si intemperanti persuasum non esset ea
esse agenda que agit: dissuasus tandem desisteret. at vero incontinenti persuasum iam est ea non esse
agenda que agit ⁊ nihilominus alia agit q̃ sit persuasus. deterior igitur intemperato: ipse incõtinẽs.
10 ¶ Sexta dubitatio. Utrum continentia / et incontinentia: circa vniuersa / circa que et virtus versent.
id autem non videtur. Nam nullus esset absolute incontinens: quandoquidem incontinentias omnes
habet nemo. atqui quosdam dicimus simpliciter / absoluteq; incontinẽtes. non ergo continentia / et in-
continentia: circa vniuersa circa que et virtus / versantur. Et tales quedam hac in materia difficul-
tates irrepunt: quarum nonnulle diluende sunt / alie vero relinquende. nam recta dubitationis solu-
tio: veritatis inuentio est.

Cap. III.

Primum itaq; considerandum est: si incontinentes / scientes agant necne: et quo-
11 nam modo scientes. Deinde circa que sit incontinens ponendus / et continens:
vtrum circa voluptatem omnem atq; dolorem / an circa definitas quasdam vo-
luptates / atq; dolores? Et vtrum idem sit: an diuersus: cõtinens / atq; constans? Simi-
liter et de ceteris que ad hanc attinent cõtemplationem. Est autem considerationis ini-
tium / vtrum continens et incontinens / ijs circa que versantur differant / an modo. dico
autem hoc pacto vtrum incontinens ex eo solum sit incõtinens: quia circa hec versatur /
an non: sed ipso modo / an vtrisq;. Deinde si continentia / et incontinentia sint circa vni-
uersa: necne. Neq; enim circa omnia versatur is / qui est incontinens absolute: sed circa
ea circa que est intemperans. neq; simpliciter sese habet ad illa. esset enim incõtinentia /
ac intemperantia idem: sed hoc modo. Nam ille quidem eligens ducitur: putans sem-
per oportere / persequi voluptatem presentem. incontinens autem non putat quidem:
12 persequitur tamen. ¶ Si itaq; vera sit opinio sed non scientia / qua transgredientes in-
continenter homines agunt: nihil refert ad rationem. Nonnulli namq; eorum qui opi-
nantur non ambigunt: sed arbitrantur exacte se scire. ¶ Si igitur opinantes ex eo quia
remisse credunt magis q̃ sciẽtes / contra suã agent existimationem: nihil differet ab opi-
nione scientia. Sunt enim qui non minus opinioni sue / q̃ alij sue scientie credunt: vt
ex Heraclito patet. ¶ Sed cum dupliciter dicatur scire (Nam et is qui scientiam qui-
dem habet non autem vtitur ipsa: et is qui vtitur / dicitur scire) hec inter sese different:
habentem inq̃ scientiam at non contemplantem / et habentem ac cotemplantem: age-
re ea que agere non oportet. hoc enim videtur absurdum. sed non si non agat contem-
plando. ¶ Preterea cum propositionum duo sint modi: nihil prohibet vt quispiam
agat contrarium eius quod scit / si habeat quidem vtrasq;: vniuersali tamen / et non
particulari propositione vtatur. Nam ea que aguntur: singularia sunt. Differt autem
et ipsum vniuersale. nam aliud est in ipso / aliud in re. Ut omni homini sicca condu-
cunt. et hic est homo. vel siccum est quod est tale. sed si hoc sit tale: aut non habet / aut
non operatur. Magna igitur per hos emerget vtiq; differẽtia modos / atq; adeo vt hoc
quidem modo non absurdum esse / alio vero modo mirabile videatur. ¶ Preterea fit vt
homines scientiã habent / alio modo q̃ nuper diximus. Nam in habẽdo quidẽ / sed non
vtẽdo differentẽ cernimus habitũ: vt quispiã et habeat quodãmodo et nõ habeat ipm.
qualis est dormiens / et furens / ac ebrius. At hoc modo disponuntur ij qui sunt in per-
turbationibus constituti. nam ire et cupiditates veneree / ceteraq; similia: corpus etiam
manifeste permutant. atq; nonnullos et in furorem / ac insaniam adigunt. patet igitur

dicendum eſſe incontinentes perinde ſeſe habere atq; hi ſunt affecti. Dicere autem eas
ſententias que a ſcientia proficiſcūtur/ nullū eſt ſignum. eteni ij qui ſunt in hiſce ꝑtuba-
tionibus cōſtituti/ demōſtrationes/ ⁊ carmina dicūt Empedoclis. Et qui primū diſcūt/
nectunt quidē oratiōes: ſed nōdū ſciūt. oportet eni ipſorū inſideāt mēti: ad quod tēpore
opus eſt. Quare putandū eſt/ vt hiſtriones poemata recitant: ſic et incōtinēter agentes
ſentētias dicere. ¶ Inſuper et hoc modo quiſpiam naturaliter inſpexerit cauſam. Opi-
nionum eni alia eſt vniuerſalis: alia de ſingularibus eſt/ quibus iam ipſe preſidet ſenſus.
atq; cū ex ipſis ratio fuerit vna: anima cōcluſum ipm incōtēplandis quidē dicat: in agē-
dis autem rebus cōtinuo agat neceſſe eſt. Nam ſi omne dulce guſtare oportet/ ⁊ hoc eſt
dulce vt vnū quid ſingulariū: is hoc ſimul et agat qui poteſt nec ꝓhibetur/ neceſſe eſt.
Cū igitur vna quidē vniūſalis ineſt opinio guſtare vetans. alia vero dicit/ omne dulce
voluptatē afferre: et hec inſuper hoc eſſe dulce: hec operatur/ atq; ineſt forte cupiditas.
illa quidem hoc fugere dicit: cupiditas aūt ducit. mouere enim partes ſingulas poteſt.
Quare fit vt a ratione quodāmodo/ et opinatione incōtinenter agatur: non tamē per ſe
contrarie/ ſed per accidens. cupiditas enim recte rationi: ſed non opinatio aduerſatur. 13
¶ Quare et propter hoc belue: non ſunt incōtinentes: quia non vniuerſalem exiſtima- 14
tionem/ ſed ſingulariū imaginotionem/ atq; memoriam habent. ¶ Quomodo autem
ſoluitur ignoratio/ ac rurſus fit incōtinens/ ſciens: eadem eſt ratio/ ⁊ de ebrio et dormiē-
te: et non eſt huius propria perturbatiōis: quam quidem a naturalibus audire oportet. 15
¶ Cum autē vltima propoſitio rei ſit ſenſibilis opinatio/ atq; actuū domina: hanc incō-
tinens aut habet dum eſt in perturbatione: aut ſic habet vt in habendo non ſit ſcire: ſed
dicere/ perinde atq; temulentus Empedoclis carmina profert. Et quia terminus extre-
mus non eſt vniuerſalis: nec ad ſcientiam vt vniuerſalis attinere videtur. atq; id accide-
re videtur quod Socrates querebat. non enim ea que proprie ſcientia videtur eſſe pre-
ſente/ fit perturbatio nec ipſa ob perturbationē diſtrahitur: ſed ſenſitiua. De his igitur
ſi ſciens inq; incontinens/ an non ſciens: et quonam modo ſciens incōtinenter agat: tot
a nobis ſint dicta.

Heraclitus ¶ Tertij capitis note. ¶ Heraclitus Epheſius odio vanitatis hominū permotus: vitam in montibus
Democritus agebat/ et cōtinuo miſerias hominū deplorabat. et contra: eorū meras inſanias/ meraq; deliramenta:
Iuuenalis continue Democritus ridebat. de quibus Iuuenalis.
Laertius

Iam igitur laudes/ ꝙ de ſapientibus alter
Ridebat: quotiens a limine mouerat vnum/
Extuleratq; pedem. flebat contrarius alter.
Mirandum eſt vnde ille oculis ſuffecerit humor.
Perpetuo riſu pulmonē agitare ſolebat
Democritus: q̄q̄ non eſſent vrbibus illis
Pretexta/ et trabee/ faſces/ lectica/ tribunal
Ridebat curas/ necnon et gaudia vulgi.

Heraclitus iuuenis ſe nihil ſcire dicebat: factus aūt vir ſe nihil ignorare. autor eſt Laertius. ¶ Dif-
fert autem et ipſum vniuerſale. Nam aliud eſt vniuerſale in ſe id eſt ſecundum ſeipſum conſideratum
et ſola mentis cogitatione. et aliud eſt vniuerſale in re id eſt vniuerſale rebus ipſis applicatum. fieri
enim poteſt vt agnoſcas in ſe vniuerſale omnem numerum duorum circunſtantium et ab eo equalita-
te diſtantium eſſe medietatem et ignores ipſum in re. vt ꝙ 29 ſit medietas 22 et 26 ſimul iunctorum. eſt
enim vniuerſale in ſe vt numerus formalis et in ſola mente exiſtens. et vniuerſale in re vt numerus re-
bus applicatus ¶ Non tamen per ſe contrarie. vt facta opinione/ ratiocinationeq; rationis: nihil tur-
pe admittendum/ hoc turpe/ hoc non admittendum. et ratiocinatione ſenſus omne dulce guſtandum
hoc dulce/ hoc igitur guſtandum. neq; propoſitio propoſitioni neq; aſſumptio aſſumptioni/ neq; con-
cluſio concluſioni proprie eſt contraria vt notū eſt. ſed ſi ratiocinatio ſenſus ita eſſet: omē turpe perpe-
trandum id eſt turpe id igitur eſt perpetrandū ratiocinatio ratiocinationi eſſet per ſe cōtraria ¶ Sub
particulari: ſingularem comprehendimus. ¶ Non modo vitant autores dicere que falſa ſunt: ſed ⁊ ea
que videntur abſurda. vt abſurdum videtur ꝙ quis ſciat vniuerſale/ et particulare: et nihilominus
agat contra huiuſmodi ſcientiam/ atq; iudicium. quamuis ex eius libertate/ abſolute poſſit. ¶ Deſi-
nente perturbatione/ atq; corporis motione: potentie ſuis officijs/ ſuiſq; functionibus relinquuntur
apte: vt poſtq̄ fumi et vapores in ebrio reſederint: efficitur ſui compos. ¶ Quāuis ligetur recta opi-
nio vniuerſalis in incontinente: tanto magis ligatur ſingularis: que domina eſt ad agendū.
¶ Tertiū cap. tribus cōcluſionibus/ vno correlario/ et vna queſtione partitū eſt.

Tertij Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima cōcluſio. Incōtinens abſolute/ neq; circa omīa 11
verſatur: neq; incōtinēs dicitur qr ſimpl'r circa aliqua ſit. Que primū cōſideranda ſunt: hec ſunt. vtrū
incōtinētes: ſcientes agant/ necne. et ſi ſic: quo modo ſciētes. circa que cōtinens/ et incōtinēs ponēdus
eſt: vt vtrū circa voluptatē oēm/ atq; dolorē: an potius circa quaſdā definitas/ determinataſq; volup-

tates:et circa definitos/determiātosq; dolores. vtrū cōtinens/et constans idē:an diuersi sint. et cetera
id genus questionū:que huius discipline contēplatiōib9 cognata/affiniaq; sunt.et nostre cōsideratio-
nis initiū auspicabimur:an cōtinēs/et incōtinēs per ea ipsa differant: circa que ꝟsant/an sese habēdi
modo. vt vtrū incōtinens eo solo sit incōtinēs:q2 circa hec versatur/an nō:sed q2 hoc modo versat/aut
vtrisq;:ꝙ sit circa hec/et versatur hoc modo.et vtrū cōtinentia/et incōtinētia circa omia versent. Sed
statim incōtinēs absolute:nō videt circa omia versari.nā solū circa ea versat:circa que est intēperās.
intemperās aūt non circa omia est neq; incōtinēs ideo dicitur:ꝙ simpl'r circa illa versat. nā incōtinē-
tia/et intēperantia idē esset. Verū eo dicit incōtinēs:ꝙ circa hec/et illo modo se habeat. intēperās enī
eligens ducit:putās semꝑ expedire presentē sequi voluptatē:incōtinēs aūt nō id quidē putat:ꝓseqtur
12 tamen ¶ Secūda cōcl'o. Nihil refert ad rationē/ atq; ad ea que intēdimus:an opinio vera sit/an sciē-
tia:qua transgrediētes hoīes incōtinēter agunt ¶ Primo quidē.q2 nōnulli eorū qui opinātur:nō am-
bigunt sed arbitrant se exacte scire. ¶ Secūdo.q2 si opinātes ex eo ꝙ remisse credūt:magis q̄3 sciētes
contra suā agent existimationē:nihil differt in hoc ab opinione scientia. nā ꝓfecto sunt:qui nō minus
sue opinioni q̄3 alij sue scientie credūt: vt ex Heraclito notū esse potest.non igitur ad questionē/referre
putandū est:an scientiā/an opinionē verā habentes:transgrediātur/peccētq; incōtinentes. ¶ Tertio.
cū scire dupliciter dicatur:et actu/et habitu(nā tam is qui scientiā habet quidē at ea nō vtitur: q̄3 qui
ea vtitur/scire dicitur)et hec longo interstitio inter se distent: habentē sc3 scientiā at non contēplantē:
ea agere que non oportet:et scientiā quidē habentē et cōtemplātem idētidem ea agere que nō oportet.
nam hoc videtur absurdū:illud vero non.nihil enī absurdū videtur scientiā habentem/sed non cōtem-
plantem:ea agere que non oportet.nihil igitur vetat dicere scientē.incōtinēter agere. ¶ Quarto.duo
sunt ꝓpositionū modi:et vniuersalis/et particularis.quēadmodū et duo sciēdi modi in vniuersali sc3/
et in particulari. at nihil ꝓhibet vt quispiā vtrasq; has ꝓpositiones habens/ agat cōtrariū eius quod
scit: vniuersali ꝓpositione vtens/eāq; cōtemplās:nō aūt vtens particulari.nā ea q̄ agūtur/ singularia
sunt.nihil igitur ꝓhibet eū etiā qui scientiā actu habet:incōtinēter agere.item differentias habet ipm
vniuersale.nā aliud est secundū seipm cōsideratū:aliud vero singulari applicatū. vt omni homini sic-
ca conducūt si absolute cōsideratur.et omni homini sicca conducūt:et hic est homo/omni homini sicca
couducunt:hoc aūt est siccū sic cōsiderātes singulari applicamus. Et si vniuersale tale sit: vt singulari
cōparatū sit:aut quis tale vniuersale non habet ipm quidē actu cōtemplans:aut nō operatur.ipm aūt
vniuersale secundū se habere atq; operari nihil prohibet. et magna admodū differentia per hos duos
vniuersalis modos emergit:adeo vt vniuersale primo modo sciendo/actuq; cōtemplando incōtinēter
agere nihil incōmodi/absurdiq; videatur: secundo aūt modo sciendo/atq; cōtemplando agere: mira-
bile videat. ¶ Quinto. fit iterū vt quis alio q̄3 dictū est modo scientiā habeat.nā habitu sciens/scien-
tiamq; habendo/et nō vtendo:differentias habet.et fit vt quis quodāmodo habeat ipam/et quodāmo-
do non habeat.quis enī liberū habet hmōi habitū vt vigilās/et omni perturbatiōe vacuus:et quis li-
gatum/ipeditūq; vt dormiēs/furens/et ebrius:quo modo et scientiā habētes possumus astruere ipos
delinquere incōtinētes.nā qui ꝑturbationibus agūtur: perinde ac furentes/ atq; ebrij disponūtur. nā
ire/cupiditates veneree/⁊ cetera id gen9 similiū ꝑturbationū:corpus etiā perq̄3 manifeste permutāt:
et nōnullos in furore/insaniāq; adigunt.non ergo inmerito astruendū est:incōtinentes perinde se ha-
bere/atq; qui superioribus ꝑturbatiōibus sunt affecti. Et ꝙ incōtinentes eas sententias dicant que a
scientia ꝓficiscūtur:eos liberū habere sue scientie vsum/nullū signū est ¶ Primo.q2 qui in ebrietate/
et in manifesta insania sunt cōstituti:demōstrationes/et carmina dicūt Empedoclis ¶ Secūdo. quia
qui primū discunt:orationes nectūt/sententiasq; dicunt.at nondū tamē ipsi sciunt. verū eniuero opor-
tet vt eorū bene insideāt menti:ad quod tēpore opus est. Quapropter ita putandū est/incōtinēter agē-
tes sententias depromere:perinde atq; histriones poemota recitant. ¶ Sexto. si naturalē causam in-
cōtinentie ꝑspexerimus:facile notū erit quod querimus. Opinionū enī alia vniuersaliū est/et alia sin-
gulariū/ quibus iam ipe presidet sensus. et cū in cōtemplatiuis ex vniuersali et singulari/ vna ratio-
cinatio fit: vt anima id quod cōclusum fuerit dicat/acceptetq; necesse est/ ita in agendis ex vniuersali
et singulari/ratiocinatione cognita:quod cōclusum est vt agat ipse si potest/et nō ꝓhibeat:oportet. vt
si in agendis quis cognoscat oīs dulcis gustū ꝓsequi oportere:et hoc esse dulce: vt is simul/ cōtinuoq;
hoc dulce prosequat si potest/nec ꝓhibeatur:necesse est. Cū ergo vna erit vniuersalis opinio agere ve-
tans: vt que dicit nullū dulce gustare oportere:⁊ altera dicit omne dulce delectabile esse/⁊ insuper hoc
esse dulce:secundū vltimā fiet opatio/ atq; huius dulcis ꝓsecutio. et illa forte est que a cupiditate na-
scitur.et prima idē dulce nō gustare/atq; fugere dictabat:sed cupiditas vincit.mouere enī partes vel
singulas potest. Quo fit vt quodā modo a ratiocinatione/ac opinione incōtinenter agat: vt ea quā su-
scitat cupiditas.et ea opatio/et recta ratio per se cōtrarie nō sunt/sed per accidēs. sed cupiditas recte
rationi aduersat:nō aūt ipa opinatio. ¶ Correlariū. Unde euenit: vt belue incōtinētes nō sint.nā vni-
13 uersalem existimationē non hūt:sed solū singulariū imaginationē/ac memoriā. ¶ Questio: Cū omis
14 incōtinens/in ꝑturbatione sit ignorās:quo pacto igitur illa ignoratio soluitur/ fitq; iterū sciens. Re-
sponsio. Eadem est ratio vt de dormiente/et ebrio.neq; ratio ꝓpria/peculiarisq; huius perturbationis
15 habetur:sed quedā cōmunis/que quidē ratio a naturalibus requireuda est. ¶ Tertia cōclusio. Quo-
dāmodo recte euenit quod Socrates inuestigabat: vt presente sciētia nō fiat incōtinēs. nā cū recte ra-
tionis vltima ꝓpositio/ac opinatio rei sit singularis/atq; eadē actionū domina:aut hanc incōtinēs in
perturbatione nō habet:aut sic eam habet vt ligata/ꝯpeditaq; sit/neq; sit eam in habendo scire/ sed di-
cere:perinde atq; temulentus Empedoclis carmina profert. ⁊ quia etiā in agēdis vltimus terminus/
vltimaq; propositio nō est vniuersalis/neq; ad scientiā eque et vniuersalis ꝑtinere videt:euenit igitur
quodā modo recte quod Socrates inuestigabat.nam ea scientia(que ꝓprie sciētia est)presente:non fit
pertubatio/neq; ob ꝑturbationē distrahit:sed singularis/sensitiuaq; quedā. Sed de his an sciēs incō-
tinens sit/an vero non sciens/et quo nam pacto sciēs incontinenter agat:tot a nobis dicta satis sint.

Trum autem sit aliquis incōtinēs absolute/an aliqua ex parte sint Cap. IIII. 16
v omnes. ⁊ si sit: in quibusnā sit/dicendū deinceps est. Patet igitur cōtinētes atq;
constantes: et incōtinentes ac molles circa voluptates/doloresq; versari. Quoniā autē
eorū que voluptatē efficiunt alia sunt necessaria: alia per se quidē expetibilia sunt/ exu-
perationē autē habent. atq; necessaria quidē dico: que ad ipm pertinēt corpus: alimētū
inq;/veneris vsum/et huiusmodi cetera: circa que tēperantiā/intēperantiāq; posuimus.
non necessaria vero/per se autē expetibilia victoriā/ honorē/diuitias/ et que sunt similis
generis: que bona sunt/et delectant. Eos quidem qui in his preter rectā rationē que est
in ipsis/exuperant: absolute quidē incōtinētes nō dicimus. sed hec addētes pecuniarū
incōtinentes/et lucri/et honoris/et ire dicimus: vt diuersos/⁊ similitudine nomē idē ha-
bentes. vt homo qui ludo in olympico vicit. Cōis eni ratio parū ab illius ratione ꝓpria
differebat. attamen erat diuersa. atq; huius signū est illud. nā incōtinētia quidē nō solū
vt delictū: sed etiā vt quoddā aut simplr/aut aliqua ex parte viciū vituperatur. At horum
nemo. Eorū autem qui circa corporis voluptates versantur: in quibus temperantē/in-
temperantēq; ponimus qui non eligendo/sed preter electionē ac mentē: efficientiū q̄dē
voluptatē exupatiōes persequitur/dolorē aūt inferentiū fugit: famis/sitis/ estus/frigo-
ris: et oīm que ad tactū/gustūq; pertinent: is non additiōe circa hec inq;(vt circa iram)
sed absolute solum incōtinēs dicitur. Cuius hoc indiciū est. circa nāq; has voluptates/
et non circa vllā illarū intēperantes dicūtur. et ꝓpterea in eodē incōtinentē ponimus et 17
intēperantē/et cōtinentē ac temperantē. ¶ Sed illorū neminē q̄ circa voluptates easdē
quodāmodo/doloresq; versantur. ¶ Atq; sunt quidē hi circa hec eadem: sed non eodē
modo. sed illi quidem eligunt: hi vero non eligunt. ¶ Quapropter potius eū intempe-
rantem dixerimus qui non cupiens/aut remisse exuperationes voluptatū persequitur/
ac mediocres fugit dolores/q̄ hunc qui ob vehemētes cupiditates eadē agit. quid eni
faceret ille si cupiditas adueniret ingens: et circa rerū necessariarū indigentiā vehemēs 18
dolor? ¶ Cum aūt cupiditatū ac voluptatū/ alie genere sint honeste/studioseq;: alie nō
sint (eorū eni q̄ voluptatē efficiūt / quedā expetibilia sunt natura: quedā hisce cōtraria:
quedam media: queādmodū prius distinximus: vt pecunie/lucrum/ honor/victoria) in
omnibus talibus atq; mediis non ex eo vituperantur homines/quia his afficiūtur/ cu-
piunt atq; amant: sed ob modū: et quia exuperant. Quapropter qui preter rationē aut
vincūtur aut sequūtur quippiā eorū que natura sunt honesta/et bona non laudātur. vt
ii qui circa honorem magis q̄ oporteat student: aut erga filios/et parētes. Etenim bo-
na sunt hec: et laudantur qui circa hec student. attamē est et in iis exuperatio quedam:
si quispiam (vt Niobe) et aduersus deos cōtenderet: aut sic erga patrem afficeretur: vt
Satyrus ille qui patris amator appellabatur. insanire namq; nimium videbatur. Circa
igitur hec nulla est prauitas: propterea quod vnūquodq; per se (vt diximus) natura est
expetibile. exuperationes tamen ipsorū improbe sunt/ac fugiende. Similiter nec incō- 19
tinentia. eteni incōtinentia non solum est fugienda: sed etiam vituperanda. ¶ Ob per-
turbationis autem similitudinē adiungentes singula/incōtinentiā circa vnūquodq; di-
cunt: vt malū medicū/aut malū histrionē: quē absolute nō dicerent malū. vt igitur neq;
hic absolute dicit malus/quia nō est viciū quicq; ipsorū: sed rationū cōparatione simile:
sic et illic solam existimandū est incōtinentiā et cōtinentiā esse que in iis est circa que tē-
perantia / intēperantiaq; versatur. circa aūt irā per similitudinē dicimus. Quapropter
et ipsam addentes/incōtinentē dicimus ire queādmodū et honoris et lucri.

¶ Quarti capitis note. ¶ Triplicia sunt efficientia voluptatem. quedam turpem vt ea que exupera-
tiones voluptatum efficiūt. quedam necessariam vt cibus et potus et venerea iis qui ad ꝓlem lege sunt
sociati. quedam honestā et per se expetibilem potius q̄ necessariam. vt honor/ victoria/gloria/ diui-
tie his qui illa vt oportet sequuntur. prime infime sunt et fugiende. tertie/ honeste sunt et magis ex-
petende. secunde vero medie/ et sequende quidem non tamen tam honeste q̄ necessarie. necessitas enim
vltima bonorum conditio. Et re vera bonas voluptates diducere possemus in vtiles et necessarias.
quales sunt gustus et tactus. i delectabiles/quales sunt honores/glorie et similia. et honestas quales
sunt ee que operationes sequūtur virtutū. et ille dumtaxat sunt animi. sed de voluptatibus posterius
¶ Preter rectā rationē que in ipsis est. Propriū est oīm incōtinentiū et absolute et cū addito rectā ha-
bere rationē (nam nondū corrupti sunt) sed ob fortē cōcupiscētiam faciūt oppositū eius quod ex recta
ratione rectoq; iudicio iudicant esse faciendū ¶ Incōtinens habet cōcupiscētias fortes ad turpes de-
lectationes ꝑtrahentes vt ad crapulandū scortandū/mecandū. sed illa sunt semꝑ malitie cōmixta. q̄re

non solum vt delictũ vel peccatũ sed vt quodãmodo viciũ. cõcupiscẽtia aũt honoris vel glorie nõ trahit ad aliquid malicie cõnexũ sed solum peccatur ꝙ plusꝗ̃ oportet. vituperatur igit̃ vt delictũ non aũt vt viciũ. ¶ Niobe vxor fuit Amphiõis Thebani/quondã vana tumiditate numinũ cõtẽptrix. de qua Ouidius sexto sue metamorphosis. ¶ Satyrus amore patris (vt volunt) plane furebat. ¶ Similiter nec incõtinentia. simili modo nec incõtinẽtia absolute est circa hec/ vt neqꝫ circa hec est prauitas.
¶ Quartũ cap. quattuor cõclusionibus partitũ est.

16 Quarti capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Absolute cõtinens/et incõtinens: circa eas voluptates/ac tristitias que in gustu/tactuqꝫ sunt versant̃. Utrũ aliquis absolute dicat̃ incõtinẽs an omnes secundũ partẽ atqꝫ secundũ quid: et si absolute incõtinẽs/circa que versatur postea determinatio suscipienda erat. Et id in primis notũ est: cõtinẽtes/atqꝫ cõstantes: itidẽ incõtinẽtes/ ac molles circa voluptates/tristitiasqꝫ versari. et quoniã efficientiũ voluptatẽ: quedã sunt necessaria/ceu que ad ipm corpus attinent/ vt alimentũ ad salutẽ/⁊ veneris vsus ad sobolem/et similia eiusmodi/ que circa temperantiam/intẽperantiãqꝫ posuimus. alia vero nõ necessaria sunt/sed expetibilia quidẽ per se sũt: vt victoria/honor/diuitie/et que eiusce generis existũt. q̃ bona quidẽ sunt/atqꝫ oblectãt/et vtraqꝫ exuperare queũt. Sed eos qui circa victoriã/honorẽ/diuitias/et cetera id genus preter rectã rationẽ exuperant: non absolute incõtinẽtes dicimus/sed pticulas adijcimus: et eos pecuniarũ incõtinẽtes/lucri incõtinẽtes/honoris/ireqꝫ incõtinẽtes dicimus: quasi ab absolute incõtinẽtibus/diuersi sint. sed quadam similitudine idẽ nomẽ sortiẽtes: quẽadmodũ homo/et homo qui in certamine vicit olympico. vbi cõmunis ratio/a ꝓpria ratione parum differt: attamen altera est: restat igitur vt circa ea voluptuaria/ voluptatẽqꝫ efficiẽtia que necessaria sunt: absolute cõtinens/incõtinẽsqꝫ statuatur. Secundo. Adhuc eius rei id signũ est ꝙ incõtinẽtia nõ modo vt delictũ/sed etiã vt quoddã aut simpliciter/ aut aliqua ex parte viciũ vituperatur. nemo aũt ob honoris/ victorie/lucri et similiũ perturbationẽ/hoc pacto vituperatur: sed is qui circa eas corporis voluptates detinet̃: in quibus tẽperantẽ/intẽperantẽqꝫ locam⁹. qui quidẽ non eligendo sed preter electionẽ/mentisqꝫ deliberationẽ exuperationes eorũ: que voluptatem efficiunt/ꝓsequitur. et cõtra: famis/sitis/estus/frigoris/similiũqꝫ oĩm (que ad gustũ/tactũqꝫ ptinent) dolorẽ inferentũ exuperationes refugit. et is non additione quadã vt is qui circa iram/ et honorẽ: sed absolute dũtaxat incõtinens dicitur. cuius rei iterũ id indiciũ est: ꝙ solũ circa gustus/tactusqꝫ voluptates: intẽperantes dicimus. at cõsentiunt omẽs tẽperantẽ/ac cõtinentẽ: et intẽperantẽ/ac incõtinentẽ circa eadem existere. nõ igitur ab re cõtinentẽ/atqꝫ incõtinentẽ circa easdem voluptates atqꝫ dolores: gustus scꝫ ac tactus collocauimus.

17 ¶ Secunda cõcl'o. Temperantẽ/ac intemperãtem neutrũ talẽ dicimus propterea ꝙ circa easdem voluptates/ ac tristitias versatur. Nam et intẽperantes et incõtinẽtes circa hec eadẽ sunt: verũ non eodẽ modo. nam intẽperantes eligũt: incõtinentes vero non eligunt. quo fit vt eum potius dixerimus intẽperantẽ: qui aut non cupiens/aut remisse quidẽ cupiens: exuperationes voluptate querit/mediocresqꝫ dolores ⁊ horret/et fugit: ꝗ̃ qui ob vehemẽtes cupiditates ipa eadẽ agit. quid eni faceret intẽperans: si cupiditas ingrueret ingens/ et circa indigentiã necessariarũ

18 rerum vehemens dolor? ¶ Tertia cõcl'o. Circa rerũ honestarũ cupiditates/ suas oppositas/ atqꝫ medias: nõ statuitur incõtinẽtia. sunt eni cupiditatũ/voluptatũqꝫ: alie genere honeste/ atqꝫ studiose: alie inhoneste: alie medie. nam eorũ que voluptatẽ efficiunt: quedã natura expetibilia sunt: vt honor/ victoctoria/parentes liberi: quedã opposita/naturaqꝫ fugienda: et quedã media. vt diuitie/ lucrũ: vt prius quodamodo distinximus. ⁊ in omnibus que voluptatẽ efficiũt natura quidẽ expetibilibus et medijs: non iccirco vituperant̃ homĩes quia ijs afficiant̃/ea cupiant/ac ament: sed ob modũ/quia scꝫ et cupiẽdo/et amando exuperãt et perinde qui preter rõem eorũ amore succũbunt/ vincũturqꝫ preter rõem/ et prosequũtur que honesta/bonaqꝫ sunt: non laudantur. vt ij qui circa honorẽ magis ꝗ̃ oportet student/ aut circa filios et parentes. hec eni et bona sunt/et qui circa hec mediocriter studẽt laudatur. attamẽ in his exuperatio quedã cõtingit. vt si quispiã ob filiorũ amorẽ aduersus deos cõtenderet: vt Niobe. aut si quis ita erga patrẽ afficeretur: vt Satyrus ille qui patris amator/hinc appellatus est: qui plane nimium insanire videbatur. attamen circa hec nõ est viciũ/prauitasqꝫ. nã vnũquodqꝫ per se vt diximus natura est expetibile. verũtamẽ exuperationes eorũ improbe sunt/ac fugiende. non igit̃ circa ea

19 incõtinentia est. nam incõtinẽtia nõ solũ fugienda: sed etiam vituperãda est. ¶ Quarta cõclusio. Secundũ vnũquodqꝫ predictorũ: quadã perturbationis similitudine/⁊ singulorũ facta additione incõtinẽtes dicere solemus. Nam secundũ vnũquodqꝫ predictorũ voluptatẽ afferẽtiũ ⁊ nõ necessariorũ quidem: sic dicimus incõtinentẽ: vt dicere solemus malũ medicũ/et malũ histrionẽ. at non absolute malũ medicũ/aut malũ histrionẽ malũ esse diceremus. nam non est viciũ cuiusqꝫ ipoꝝ: sed rationũ cõparatione quiddã simile. igitur neqꝫ hic absolute ꝯtinẽtiã aut incõtinẽtiã existimare oportet: nisi in ijs circa que tẽperantia/intemperantiaqꝫ versatur. sed circa iram/honorem/lucrum/et similia: per similitudinẽ dicimus incõtinentẽ. iccirco dicimus incõtinentẽ ire/incõtinentẽ honoris/et lucri/et siles hmõi.

20 Cum autem quedã/natura voluptatẽ efficiant: quorũ alia simpliciter/ Cap. V. alia generibus animaliũ voluptatẽ/atqꝫ hominũ afferunt/quedã nõ natura: sed partim ob morbos/partim ob cõsuetudinẽ/ partim ob naturas prauas delectẽt licet et circa horũ singula similes habitus cernere. Dico autẽ ipos imanes: vt mulierem illam quã grauidas rescindentẽ/ fetus deuorare aiunt: aut qualibus ferunt nonnullos circa pontum efferatos homines delectari. quorũ alios inquiũt crudis/ alias humanis carnibus gaudere/alios suos filios ĩ cõuiuijs comedẽdos mutuo dare/ aut id quod de Phalaride dicit̃. atqꝫ hi quidẽ sunt habit⁹ ferales. Alij aũt quibusdã ob morbos/ et ob insaniã fiũt. vt qui mactauit matrẽ/atqꝫ comedit: quiqꝫ cõserui iecur item comedit. Alij

ſunt ex morbo/vel ex cõſuetudine: vt euulſiones pilorũ/et vnguium eſus/et carbonũ/et terre: et inſuper venereorũ habitus maribus. Alijs enĩ natura: alijs ex conſuetudine accidunt. vt ijs qui a pueritia cõſueſcunt. Quibus igitur cauſa eſt natura: eos nemo dixerit incõtinẽtes: quẽadmodũ neqꝫ mulieres: ꝙ venerẽ non agant ſed patianꝰ: pari modo neqꝫ eos qui ob conſuetudinẽ/morboſue ſe habẽt. Igitur ſingula quidem horũ habere extra fines eſt vicij: quẽadmodũ et ipſa feritas. Habentem autem vincere aut vinci/non eſt ea que abſoluta eſt ꝯtinẽtia aut incõtinẽtia: ſed ea que per ſimilitudinẽ dicitur. Quẽadmodũ et is qui circa iram ſic ſe habet: dicẽdus eſt cũ affectu/⁊ nõ incõtinẽs abſolute. 21
¶ Omne namqꝫ viciũ exuperans et dementia/et timiditas/et intẽperantia/⁊ acerbitas: aut eſt ferale/aut ex morbo. Nam qui talis eſt natura vt vniũſa formidet: etiã ſi obſtrepuerit ſorex: timidus eſt timiditate ferali quidam etiam muſcipulã ob morbũ pertimeſcebat. et dementiũ qui natura quidẽ ratione carent/ ſenſuqꝫ tantũmodo viuũt/ĩmanes ſunt. quales nõnulle nationes ſunt longe habitantiũ barbarorũ. Qui vero non natura/ſed ob morbos vt cõmitialẽ/aut inſaniã: ij ſunt morboſi. fieri autẽ poteſt vt horũ aliqua quiſpiam interdũ habeat tantũ: ſed nõ ſuperetur. vt ſi Phalaris puerũ ꝓcupiens comedere ſeſe detineret: aut ab nefanda libidine abſtineret. Fit etiam vt non ſolũ habeat/verum etiam ſuperetur. Ut igitur ⁊ prauitatũ ea quidem que eſt humana/abſolute dicitur prauitas: alia vero cũ additione (feralis inꝗ̃/ aut ex morbo) et non abſolute: ſic et incõtinentia alia eſt feralis: alia ex morbo. Abſolute aũt ea eſt ſola que intẽperantie humane non egreditur fines. Perſpicuũ igitur eſt incõtinẽtiam et cõtinentiã in ijs eſſe dũtaxat: circa que intẽperãtia/tẽperãtiaqꝫ verſatur: et in ceteris ſpeciẽ aliam incõtinẽtie eſſe que quidem: non abſolute/ſed per tranſlationẽ incõtinentia dici ſolet.

Pontus
Danubius
Eſſedones
Hircani
Caſpij
Bactriani
Meſſagete
Seianus
Bactri
Ouidius
Phalaris
Parhillus
zeno

¶ Quinti capitis note ¶ Circa pontũ/Danubiũ/et pleriſqꝫ alijs in locis legũtur fuiſſe feri. nã Eſſedones populi/ Danubij accole parentũ et ꝓpinquorũ funera: victimis/ et feſto cõuentu familiariũ celebrant. cadauera aũt laniata/ et pecorũ viſceribꝰ imixta obſonando/epulãdoqꝫ cõſumũt. capita vero auro/argentoqꝫ ornata ꝓ poculis habent. Hircani/ Caſpij ⁊ Bactriani canes ad id officij domi educant: vt illis mortuos deuorandos/laniandoſqꝫ prebeant. Indorũ Meſſagete ꝓpinquos/cognatoſqꝫ cũ ad multã ſenectutẽ ꝑuenerũt/ vel aliquo caſu/morti ꝓpinquant: iugulatos/ante magno epularũ apparatu alijs edulijs mixtos comedunt/ aiuntqꝫ id facere ꝙ peſſimã hominũ fortunã exiſtimẽt a vermibꝰ deuorari. Seianus canes ſanguine paſcebat hũano: quo aduerſus hoſtes in bello ſeuiores eſſent. Bactri ad belli vſum carnibus humanis nutriũt canes/et illis in cibũ obijciunt ſenes. Et hec omĩa immania/feraqꝫ ſunt. ¶ Phalaris Agrigẽtinus Sicilie tyrannus tormentorũ imanitate gaudebat et immania patrare. de quo Ouidius.

Et Phalaris tauro violenti mẽbra parhilli
Torruit: infelix imbuit actor opus.

zenonem tormentis enecauit/ et multa huiuſmodi crudelia facta ¶ Aut ab nefanda libidine. nefanda nõ fanda. ꝙ nefas ſit nõ modo talia patrare: ſed ⁊ noĩare. noĩat enĩ Ariſtoteles ea dũtaxat fera: q̃ horrorem nõ nimiũ ingerũt nominata. ab alijs autẽ abſtinet: vt que infanda ſint qualia fabule de Paſiphae et pretidibus/que nullus honeſtus ob horrorẽ noĩat. et ſacra abſtinẽt eloquia/ſatiſqꝫ ſit noſſe: propter illa mundũ ſemel periiſſe: ignẽ/picem/et ſulfur de celo pluiſſe/et ſe deum manifeſtũ prebuiſſe vindicẽ.
¶ Pilorũ euulſiões. ſunt qui ꝗ̃primũ iraſcũtur pilos ſibi vellitãt/crineſqꝫ furioſorũ more diſrũpunt.
¶ Sorex/mus. ¶ Muſcipula/tendiculũ capiendorũ muriũ. ¶ Morbus cõmitialis quo ſubito tentati cõcidũt: aliquãdiu mortuis ſimiles: qui et Herculeus morbus/et epilepſia dicitur. ¶ Et in ceteris ſpeciem aliam incõtinẽtie. Earũ incõtinẽtiarũ quedã eſt incõtinẽtia cũ adiũcto humana. Alia vero cũ adiecto incõtinentia feralis. ſed viciũ ferale longe deterius fugibiliuſqꝫ ꝗ̃ feralis incõtinẽtia. a quo vtroqꝫ qui vere bonus eſt et ſolus potens det reſpirare mundum.
¶ Quintũ cap. duabus cõcluſionibus partitũ eſt. 20

Quinti Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõcluſio. Circa ea delectabilia que preter/cõtraqꝫ naturã ſunt: minime ſumenda eſt incõtinentia. Nam voluptatẽ efficientiũ: quedã eam natura efficiunt. et horũ quedã ſimpl'r/omĩbuſqꝫ animalibus: porro quedã pluribus animaliũ generibus/ atqꝫ hominibus: quedã hoĩbus ſolũ voluptatẽ afferunt. alia vero nõ natura/ ſed preter naturã voluptatẽ efficiunt. et horũ quedam ob morbos: quedã ob conſuetudinem: quedam vero ob prauas cõplexiones/ atqꝫ naturas. et in his omĩbus huiuſmodi ꝯtra naturã delectabilia: relinquũt ſimiles habitus/ habitꝰ dico vnde ĩmanes/feroſqꝫ dicimus. vt mulierẽ illã quã grauidarũ aluos reſcindentẽ/ fetus deuoraſſe dicunt: ĩmanem dicimus. atqꝫ eos qui talibus oblectarentur/ qualibus ferunt nonnullos circa pontũ efferatos homines delectari. quorum aiunt alios crudis/alios humanis carnibus gaudere/ac veſci: alios in cõuiuijs: filios ſuos mutuo epulandos dare. aut quod de Phalaride narratur. ⁊ hi omẽs habitus ſunt ferales/ĩmaneſqꝫ. quos quidã ob morbos/et ĩſaniã incurrũt: vt is qui matrẽ mactauit/atqꝫ comedit. pariter et is: qui cõſerui ſui iecur mandit. et quidã eiuſmodi feros habitus ex morbo: alij ꝓ cõſimiles ex cõſuetudine trahũt. vt pilorũ euulſiões/ vnguiũ/carbonũ/terre eſus/inſuper et maſculorũ nefanda libido. quidam vero natura fera hos cõſequũtur: et alij eoſdẽ/atqꝫ cõſimiles cõſuetudine. vt ij qui a pueritia ꝯſueſcũt. at vero eos q̃bus natura fera eiuſmodi delectabilia ꝓſequendi cauſa eſt: nemo

dixerit incontinentes. vt neq; mulieres continentes ꝙ generatiōis opus nō agāt sed patiant̃. id enī il-
lis natura astringēte/ꝓuidenteq; ↄuenit. Neq; silꝛ modo eos incōtinentes dicimus: qui ob cōsuetudi-
nem/morbosq; talia sequunt̃. nā qui ex cōsuetudine/aut morbo singula horū ꝓsequunt̃: extra fines est
vicij/quēadmodū et ipsa feritas. incōtinentia autē/vicioꝝ limites nō excedit. circa igit̃ ea delectabi-
lia minime incontinentia sumēda est. et tales ↄcupiscentias habentē/aut vincere/aut vinci: neq; abso-
lute continentia aut incōtinentia est: tametsi silr̃itudine quadā dici nichil referat. quēadmodū is q̄ cir-
ca irā ita se habet dicend⁹ est: cū affectu/ipsiusq; perturbatiōis nois expressione continēs/aut inconti-
21 nens: et non absolute continēs/aut incōtinēs. ¶ Secūda cōclusio. Quedā incontinētia feralis/et q̄dā
ex morbo dicēda est. Nā oē exuperās viciū/oīsq; modū humanū supexcedēs prauitas: vt exuperās de
mentia/timiditas/intēperātia/crudelitas et ita secundū alias malicias: aut feralis est/aut ex morbo.
Nā qui talis est natura: vt vniuersa formidet etiā si obstrepuerit sorex timid⁹ est timiditate ferali. ve-
rū etiā et quidā ob morbū/muscipulā pertimescebat. et sunt quidā dementiū/ qui natura ratiōe carēt:
ac sensu tantūmodo viuūt. et hi quidē immanes sunt: quales nōnulle natiōes longe habitantiū barba-
roꝝ sunt. q̄ vero crudelia quedā tentāt ob morbos: vt ob cōmitialē/aut insaniā: ij morbidi feri sunt. At
fieri potest vt aliquis horū immanū nonnulloꝝ appetitū habeat: sed nō superet̃. vt si Phalaris pueꝝ
mandare percutiēs: sese cōtineret/aut a nefanda libidine abstineret. fieri etiā contra potest vt non solū
talē habeat appetitū: verū etiā superet̃. igitur vt sola prauitatū/que humana est absolute prauitas di-
citur/et alia nō absolute sed cū additione quadā vt prauitas feralis/prauitas ex morbo: ita par/cōsen
taneūq; est/vt incontinentia que humana non est: quedā quidē feralis/et quedā ex morbo dicat̃: et ea
sola absolute dicatur incontinētia/que delectabiliū humane intemperantie fines/modūq; nō egredi-
tur. Sed iā satis perspicuū euasit/simpliciter cōtinentiā ac incōtinentiā in ijs dūtaxat reperiri: circa
que temperātia/intēperantiaq; versat̃. et in ceteris aliū cōtinentie modū/atq; speciē esse: q̄ nō absolu-
te quidē incōtinentia/sed similitudine/translatitieq;: incōtinentia dici solet.

22 Ost hec autē et minus esse turpē ire/q̄ꝫ cupiditatū incontinētiā Cap. VI.

p

ostendamus. ¶ Ira namq; aliqua ex parte et nō perfecte rationē audire videt̃:
perinde atq; veloces ministri/qui quidē anteaq̄ꝫ totū id audierint quod dicitur/
excurrunt: deinde in agendo aberrant. canes etiā anteaq̄ꝫ cōsiderēt: si sit amic⁹/ si tantū
pulsauerit hostiū/latrant. Sic et ira ꝓpter caliditatē/ celeritatēq; nature/ audita quidē
ratione/non precepto aūt audito ad ipsā ꝓperat vltionē. ratio nāq; vel imaginatio con-
tumeliā/aut paruipensionē esse ostendit. illa autem ac si ratiocinatione facta concluserit
oportere tali bellū inferre: statim insurgit. At cupiditas si solum dixerit ratio aut sensus
hoc afferre voluptatē/pergit ad fruendū. Quare ira quidē sequit̃ quodāmodo rationē
cupiditas autē non sequit̃. turpior igit̃ est. nā incontinens quidē ire a ratione quodam-
modo vincitur: cupiditatis autem non a ratione sed a cupiditate. ¶ Preterea magis est
ignoscendū: si quispiā naturales appetitiōes sequatur. quippe cum et cupiditates tales
sequenti/que sunt omnib⁹ cōmunes/et quoad cōmunes sunt: venia magis detur. At ira
atq; acerbitas magis est naturalis/q̄ꝫ ee cupiditates que exuperant/et que non sunt ne-
cessarie. Ut qui se excusabat ꝙ patrē pulsaret. et hic enī dixit suum patrē pulsabat/et ille
suū: et hic etiā (ostenso puero) cū vir fuerit/me pulsabit. est enī nobis gentile. Et qui tra-
hebatur a filio/sistere iubebat in hostio: et se enī patrē eousq; traxisse dicebat. ¶ Preter-
ea iniusti magis sunt ij qui magis occulte procedūt/ac insidias faciūt. atqui iracundus
igitur non insidias facit/nec ira: sed est manifesta. cupiditas autem contra quemadmo-
dum venerem aiunt. Nam ipsam dolos nectere dicunt. et Homerus baltheū ipsi tribuit
in quo fraudem etiam inesse dicit.

Frausquoq; inest: que prudentem persepe fefellit.

Quare si cupiditas magis sit iniusta q̄ꝫ ira: et incōtinētia q̄ est circa ipsā: turpior erit ea
que est circa irā: et absolute incontinētia/atq; quodā modo viciū. ¶ Insup nemo vtitur
libidine dolēs. sed qui facit per irā/dolens omnis facit: qui vero exequit̃ libidinē/id fa-
cit cū voluptate. Si igit̃ ea sūt magis iniusta quibus irasci magis iustū: et incontinētia
ꝓfecto que fit ob cupiditatē/magis erit iniusta. non est enī in ira libido. Incontinentiā
igitur circa cupiditates/turpiorē esse incontinentia circa irā: et continentiā atq; inconti
nentiā circa corporis cupiditates voluptatesq; versari/ex ijs que diximus perspicuum
23 iam euasit. ¶ Harū autē ipsarū differentie sūt sumēde. Nā (vt ab initio dixim⁹) alie sunt
humane ac naturales et genere/et magnitudine: alie ferales: alie ob labefactatū princi-
pium/atq; morbos emergunt. Circa aūt harū tantūmodo primas: tēperantia / intēpe-
rantiaq; versat̃. Quapropter et feras nec tēperatas nec intēperatas nisi ꝑ trāslationem
dicimus: et si quo omnino aliud gen⁹ aīaliū ab alio differt petulantia coitu/voracitateq;
Nō enī habēt electionē/nec rationē. sed dimote sunt a natura: perinde atq; hoīes ij qui

**ſunt mente capti atq̃ inſani. ¶ Feritas autē minus eſt malũ/ꝙ viciũ: ſed terribilius eſt. 24
Nō eni corruptũ eſt id quod eſt optimũ: vt in hoīe. ſed nō habet. Fit igit̃ perinde atq̃
ſi quiſpiā inanimatũ cũ aīato cōpararet/ vtrũ ſit peius. Semp̃ eni prauitas eius quod
non habet principiũ min⁹ nocere poteſt. at mens principiũ. Perinde eſt igit̃ atq̃ ſi quiſ-
piam iniuſtitiā ad iniuſtũ hoīem ꝯpararet. eſt eni vtrũq̃ aliquo modo pei⁹. homo nāq̃
mal⁹ milies plura mala/ꝙ fera facere poteſt.**

¶ Sexti capitis note. ¶ Ratio nāq̃ vel imaginatio. q2 nō ſemp̃ ꝓ veritate ſed opiniōe/ imaginatiōeq̃ iraſcimur/ nō ſemp̃ iuſte ſed etiā nōnũꝙ iniuſte. ¶ Si ſolũ dixerit ratio aut ſenſus. ꝙuis etiā aliquo pacto non oſtēderit. atq̃ ita eſt/ vt puer eni non facile illudit̃ ſed celeriter probabili ducit̃ argumento: cupiditas ad ſolũ nomen procurrit aut ꝙ primũ audito noīe fugit. ¶ Dicunt̃ he voluptates humane genere: quādo eius generis voluptatũ ſunt/ quas hō natus eſt cōcupiſcere. mādere eni pueros/ carbones/ et perſegmenta vnguiũ: non homini ſua natura cōpetit/ neq̃ ad illoꝝ voluptates nat⁹ eſt/ naturaue trahitur. ¶ Perinde eſt igit̃. Perinde eſt cōparare feritatē ad ferā et iniuſtitiā ad hoīem iniuſtũ. Et vtrũq̃ (iniuſtitia inꝙ et iniuſt⁹ homo) aliquo modo deterius feritate et fera. quādoquidē mal⁹ iniuſtuſq̃ homo milies plura mala ꝙ fera facere poteſt.

¶ Sextũ cap. duabus concluſionibus/ et vna differentia partitum eſt.

Sexti capitis Cōmētari⁹ ad litterā. ¶ Prima concluſio. Incōtinentia ire/ minus ꝙ cupiditatum 22
turpis habet̃. ¶ Primo. quia ira aliquo pacto rationē audit/ ꝙuis īperfecte: et haud ſec⁹ ꝙ veloces miniſtri qui priuſꝙ id totũ quod illis mandat̃ audiāt: excurrũt/ et ſubinde in agēdo aberrāt. aut perinde ac canes/ qui priuſꝙ conſiderēt an amic⁹ ſit ꝗ obſtrepuerit/ foreſue pulſauerit: allatrāt. ita quoq̃ et ira ꝓpter celeritatē/ feruorēq̃ nature audita ratione: ſed p̄cepto haud ꝗdē expectato ꝓperat ad vltionem. ratio eni/ aut imaginatio ire: cōtumeliā aut paruipenſionē eſſe oſtēdit: at illa ꝓtinus ac ſi ratiocinatione cōcluſerit tali iniurianti repugnandũ eſſe/ bellũq̃ inferendũ: illico inſurgit. cupiditas vero ſi ſolũ in mentē/ cogitatũq̃ venerit: aut ſenſus quicꝙ afferre voluptatē dixerit/ affeſtinat ad fruitionē. igit̃ audit/ ac ſequit̃ aliquo pacto ira rationē: cupiditas aũt nō ſequit̃. ergo cupiditatũ incontinentia/ ꝙ incōtinētia ire, turpior eſt. Incōtinēs eni ire quodā modo a ratiōe vincitur: incōtinēs aũt cupiditatis nō a ratiōe ſed a ſua vincitur cupiditate. ¶ Secũdo. magis illi ignoſcēdũ eſt: qui naturales appetitiones ſequit̃. nā ille qui tales cupiditates ſequitur que omnibus communes ſunt/ et quatenus communes ſunt/ magis venia dignari ſolet. atꝗ ira/ ireq̃ excādeſcētia magis naturalis eſt: ꝙ ille exuperātes libidinũ ꝑturbatiōes/ et ꝗ minime neceſſarie ſũt. quod exēplo ꝓdidit ille ꝗ ſeſe excuſabat ꝙ ſuũ patrem pulſaret: nā et hic (īquit) patrem ſuũ pulſabat/ et ille ſuũ/ et hic etiā (oſtēſo puello) dũ adoleuerit vir: me ipſe pulſabit. hoc eni nobis gētile/ hereditariũq̃ eſt. et alter qui cũ a filio ꝓtrahebat̃: in hoſtio ſiſtere iubebat. nā eouſq̃ ſe patrē traxiſſe dicebat. incontinēs igit̃ ire magis venia dignus/ ac min⁹ turpis eſt ipō cupiditatũ incontinente. ¶ Tertio. ij magis iniuſti ſunt qui magis occulte ꝓcedũt/ inſidiaſq̃ moliuntur. at nec iracundus/ nec ira inſidias tendũt: eſt eni aperta. cupiditas aũt cōtra: occulta eſt/ molituraq̃ inſidias: quēadmodũ Cyprigenā venerē aiunt. nā (vt dicunt) dolos nectit ipſa ven⁹. et Homerus baltheũ veneri tribuit: in quo fraudē etiā ineſſe dicit. inquit enim.

Fraus quoq̃ ineſt adimens longe mentem ſapienti.

quare ſi cupiditas magis ꝙ ira iniuſta eſt: merito euenit vt cupiditatũ icōtinētia turpior ipā ſit/ ꝙ icontinētia ſit ob irā. imo vero cupidinũ incōtinentia: abſolute incōtinētia/ et quodam modo viciũ eſt. ¶ Quarto nemo vtitur ꝓcacitate dolens. at vero oīs ꝗ per irā quicꝙ agit: dolēs agit. ꝯtra vero/ libidinē/ ꝓcacitatēq̃ exequēs: cũ voluptate exequit̃/ atq̃ gaudet. ſi ergo ea magis iniuſta ſunt/ ꝗbus magis iraſci iuſtũ eſt: voluptatũ ꝑfecto incōtinentia magis iniuſta erit. nā ꝓperā cũ voluptate agit. at in ira nulla adeſt ꝓcacitas/ nullaq̃ voluptas libidinis. cōſtat ergo circa cupiditates/ incōtinētiā turpiorem eſſe: ꝙ circa irā. et ex ijs que iā quoq̃ dicta ſũt ſimplicit̃ incontinentiā circa corporis illecebras/
voluptateſq̃ verſari: iā ſatis euaſit ꝑſpicuũ. ¶ At voluptatũ differentias hic parũper iterũ reſumere 23
par eſt. Nā ab initio determinatiōis huiuſce rei dictũ eſt: earũ quaſdā eſſe humanas ac naturales genere quidem et magnitudine/ et alias ferales eſſe: quarũ ꝗdā ob obleſũ tũ ꝯplexiōis/ tũ ratiōis principiũ ꝯtingũt/ ꝗdā ob morbos/ et ꝗdā ob ꝯſuetudinem: et ſolarũ primarũ temperātiā/ intemperātiāq̃ eē et hinc quoq̃ fit/ vt neq̃ feras tēperatas/ neq̃ intēperatas eſſe niſi trāſlatitie dicam⁹: quāuis prorſus aliquo aliud aīaliũ gen⁹ ab alio genere differat: vt cōtumelia/ ſalacitate/ edendiq̃ voracitate. nā neq̃ electionē/ neq̃ rationē habent: ſed a natura et electiōe/ et ratiōe capte ſũt/ penituſq̃ exortes: ꝑinde atq̃
hoīes ꝗ mente capti ſũt/ atq̃ inſani: ſua inſania/ electiōe/ rationeq̃ ſpoliant̃. ¶ Secũda ꝯcluſio. Aialiũ 24
feritas min⁹ malũ eſt ꝙ humanũ viciũ: ſed terribili⁹ ꝗddā eſt. Nā in feris aīalibus corruptũ non eſt id quod eſt natura optimũ: quēadmodũ in prauo hoīe corruptũ eſt. nā animal ferũ id optimũ natura non habet. fit igitur vt cũ feritas vicio cōparatur: perinde ſit/ atq̃ ſi quiſpiā inanimatũ cum aīato conferat vtrũ ſit pei⁹. ſemper enim prauitas eius quod non habet principiũ: minus nocere poteſt. mēs autem quoddā principium eſt. rurſum cum comparatur feritas vicio: perinde eſt/ atq̃ ſi quiſpiā iniuſtitiā ad iniuſtũ hoīem ꝯferat. eſt eni vtrũq̃ quodāmodo peius: hic cōſuetudine/ hec natura. iniuſtitia deterior feritate/ iniuſtũ ipſa fera. hō nāq̃ mal⁹ milies plura mala ꝙ fera/ facere poteſt. terribilē tamē eſſe animaliũ feritatem: ſatis ꝯſtat. eſt itaq̃ notũ animaliũ feritatem minus malum eſſe ꝙ humanum vicium: ꝙuis terribilius

**It aũt vt circa voluptates doloreſq̃ ꝑ tactũ/ guſtũq̃ et cupiditates Cap. VII 25
f ac fugas/ circa ꝗ verſari tēperātiā et intēperātiā pri⁹ eſt definitũ: ita ſeſe habeat
quiſpiā/ vt aut ſuperet̃ ab yſipſis que pleriq̃ ſuperāt hoīes/ aut ſuperet ea ipſa**

a quib⁹ pleriq₃ vincunt. Atq₃ si circa voluptates ita sese habeat: primo quidē modo incontinens est: secundo autē cōtinens. Sin circa dolores/ primo quidē modo mollis est secundo aūt ꝯstans. In horū autem medio plurimorū hominū habitus collocant: etsi
26 ad deteriores magis declināt. ❡Quoniā autē quedā voluptatū sunt necessarie/ quedā non necessarie: et vsq₃ ad quēdā terminū: exuperatiōes vero defectionesue nō sūt necessarie. Et simili modo res sese habet et in cupiditatibus/ atq₃ doloribus. qui voluptatum exuperationes/ aut exuperātes voluptates ob electionē atq₃ ob ipas/ et ob nullā rē aliā inde ꝓuenientē persequit: intēperans est. hunc enī non penitere necesse est. quare est incurabilis. quē enī nō penitet/ is est incurabilis. Qui vero deficit: opposit⁹ est. Atqui qui
27 inter hos medius collocat: tēperans est. ❡Similiter intēperās est/ et qui (nō quia vincit/ sed ob electionē) dolores corporis fugit. Eorū aūt qui nō eligūt/ ali⁹ ob voluptatē: alius ob eius fugā doloris/ qui a cupiditate ꝓuenit/ ducit. Quare inter sese differūt. cuilibet enī deterior esse videbitur: si quis nō cupiens/ aut remisse/ quippiā ageret turpe: q̄ʒ vehementer cupiens: et si nō irat⁹ pulsaret/ q̄ʒ cōcitatus ira. quid enī ageret: si esset in ꝑturbatiōe? quapropter intēperans incōtinente deterior est. at eorū quos diximus / alter
28 mollitudinis magis subijcitur speciei: alter est incontinēs. ❡Atq₃ incontinēti q̄dē continens: molli vero cōstās opponitur. Constātia namq₃ in resistendo: continentia vero in
29 superando ꝯsistit: suntq₃ diuersa resistere ac superare: sicut haud vinci/ ⁊ vīcere ❡Qua-
30 propter et continentia magis/ q̄ʒ ꝯstantia est expetēda ❡Qui aūt aduersus/ que pleriq₃ resistunt et possunt/ deficit: is mollis est atq₃ delicijs defluens (delicie nāq₃ sunt mollitudines quedā) qui quidē vestē trahit: ne subeat laborē tollēdi/ ⁊ cū imitet egrotātē: se ne
31 putat miserū esse/ qui misero siīis est? ❡Siīiter res sese habet/ et circa cōtinētiā et incōtinentiā. Nō est enī mirū si quis a vehementib⁹ exuperātibus/ aut voluptatib⁹ / aut doloribus vincit: quin ignoscēdū est si resistēs vincit tādē. vt Theodecti poete Philoctetes/ a serpēte morsus. Aut Carcini Cercyon in Alope: et vt hoīes ij/ qui detinere risū enitentes accumulatū illū effundūt: vt accidit Xenophanto. Sed/ si quis ijs quibus multitudo resistere potest: succūbit/ et non aduersari potest: nō ob generis naturā aut ob morbum: qualis est mollitudo que regib⁹ Scitarū inest ob genus: et vt femella a maris di-
32 stat natura. ❡Videt aūt et is qui est ad iocū ꝓpēsior/ intēperās esse: est tamen mollis. Nam iocus relaxatio est: siquidē requies est. qui vero ad iocū ꝓcliuis est: ex ijs est qui ī
nam est quedam alia voluptas/aliaqꝫ operatio felicis:at si illa voluptas/opatioqꝫ felicis bonũ nõ esset
felix cũ voluptate minime viuere posset. ad quid eni felici voluptate est opus: si ipa bonũ non est:igit
pꝛeter coꝛpoꝛeas voluptates:est quedã alia voluptas/que bonũ est.¶Secundo.felicẽ simul cũ doloꝛe
viuere cõtingeret .nã doloꝛ neqꝫ bonũ neqꝫ malũ est:si neqꝫ voluptas aut bonũ aut malũ est. sed tũ cur
felix fugeret doloꝛẽ:est igitur eius voluptas/quiddã bonũ.¶Tertio.si studiosi/atqꝫ felicis opatiões
iucũde non sunt neqꝫ ipsius vita iucunda est.est aũt eius vita iucunda.sunt ergo eius opationes iucũ-
de.est igitur pꝛeter coꝛpoꝛeas/bꝛutasqꝫ voluptates:quedã alia voluptas/que bonũ est. 61

Cap.XIIII.

E coꝛpoꝛis autẽ voluptatibus cõsiderandũ est eis qui dicũt nõ-
D nullas voluptates expetibiles esse valde/et honestas:sed nõ coꝛpoꝛis:et in qui-
bus temperans ipe versatur : cur igitur cõtrarij doloꝛes sunt pꝛaui: malo nãqꝫ 62
bonũ cõtrariũ est.¶An necessarie voluptates sic sunt bone quia et id quod est nõ malũ
est bonũ:an vsqꝫ ad aliquẽ terminũ bone sunt:habituũ eni eoꝛũ ac motuũ/quoꝛũ nõ est
melioꝛis exuperatio:neqꝫ voluptatis est.Eoꝛũ aũt quoꝛũ est:est ꝛ voluptatis exupatio.
At bonoꝛũ coꝛpoꝛis est exuperatio:et pꝛauus in ꝑsequendo exuperationẽ / sed non ne-
cessarias voluptates/cõsistit.omẽs eni gaudent quodãmodo et epulis/et vino/et vene- 63
re.sed non vt opoꝛtet.¶Cõtra aũt: in ipso doloꝛe facit. Nõ eni exuperationẽ:sed oino
fugit doloꝛẽ. Non est exupationi doloꝛ ꝯtrarius:nisi ipsi persequẽti exuperationẽ¶At 64
enim cũ non solũ ipm verũ:sed etiã falsi causam opoꝛteat dicere(hoc eni ad faciendam
fidem cõducit:nã cũ id rationi cõsentaneũ fuerit visum/ ob quod verũ esse videt̃ qd nõ
est verũ/facit vt ipsi vero magis assentiamur)dicẽdũ est cur coꝛpoꝛis voluptates expe-
tibilioꝛes vident̃ ¶Pꝛimũ igitur ex eo qꝛ pellũt doloꝛẽ. atqꝫ ob exuperatiões doloꝛis/ 65
voluptatẽ exuperantẽ vti medelã/et omino voluptatẽ coꝛpoꝛis persequũtur.ipe autẽ/
medele vehementes fiunt.Quapꝛopter et ipsas sequũtur: quia tales vidẽtur cũ cõtra-
riũ adest.et pꝛopter hec igitur duo(sicut dictũ est)voluptas nõ studiosũ esse videt̃:quia
alie pꝛaue nature sunt opationes:aut ab oꝛtu queadmodũ fere:aut et ob consuetudinẽ: 66
quales pꝛauoꝛũ sunt hominũ.alie sunt medicamẽta quia sunt indigẽtis:ꝛ melius est ha-
bere ꝙ fieri.¶Alie accidunt dum perficiũtur.per accidens igitur sunt studiose ¶Pꝛe-
terea ipsas qꝛ sunt vehemẽtes:ij persequũtur qui alijs nequeũt gaudere.ipsi itaqꝫ sitim
quandã sibi cõparant.que cũ sine quidem nocumẽto fit:non est increpandũ.cũ vero cũ
detrimento:perpꝛauũ est. Neqꝫ eni habẽt alia quibus gaudẽt/ et nec aliud habere ple-
risqꝫ permolestũ est ob naturã. Nam animal semp laboꝛat:vt naturales etiã sermones
testantur/videre ac audire doloꝛẽ inferre dicentes:sed consueti iam sumus vt aiunt.Si-
militer in iuuentute quidẽ ob incrementa:perinde disponũtur ac vinolenti. Et iuuẽtus
ad voluptates ꝓpensioꝛ est.Biliosi autẽ atra bili natura semp egent medicamento.con-
tinue namqꝫ coꝛpus ob cõplexionẽ moꝛdetur:ꝛ semper in appetitione sunt vehementi.
voluptas autem cõtraria:et queuis etiam modo sit vehemens pellit doloꝛem. et pꝛop- 67
terea intemperantes homines pꝛauiqꝫ fiunt. ¶Uoluptates autem ee que sine doloꝛe
sunt exuperationẽ non habent. Atqꝫ he pꝛoficiscuntur ex ijs/que natura/et non per acci-
dens afficiunt voluptate.Ea vero dico per accidens afficere voluptate/que medentur:
etenim quia fit vt homini medeatur:eo quod sanum permanet/aliquid agente: ideo ta-
lia afficere voluptate vidẽtur.at ea natura voluptate afficiũt/ que faciũt opationẽ talis

68 nature ¶ Nulla aũt res eadẽ ex eo nos semꝑ delectat/ quia nõ est simplex nostra natura: sed inest et aliquid aliud: quo corruptibiles sumus. Quare si quippiã agat alterũ: id est alteri nature preter naturã. at cum equatur: neq₃ molestum/ neq₃ iucundũ videtur quod agitur. Quod si alicuius natura sit simplex: semꝑ eadẽ operatio iucundissima erit. Idcirco deus vna semꝑ/ simplicíq₃ gaudet voluptate. nõ eni solũ motiõis est oꝑatio: sed et imobilitatis. et voluptas in quiete potius/ ꝙ̃ in motu cõsistit. mutatio vero omniũ dulcissimũ est secundũ poetã: ob prauitatẽ quandã. Ut eni homo prauus/ facile est mutabilis: sic et natura praua est ea/ que idiget mutatiõe. nõ est eni simplex nec bona. ¶ Sed de cõtinẽtia quidẽ atq₃ incõtinẽtia: et de voluptate/ doloreq₃/ ⁊ quid vnũquodq₃ ipsoꝝ est: ⁊ quonãmodo alia ipaꝝ sũt bona alia mala diximꝰ. Deiceps aũt de amicitia dicemꝰ

¶ Decimiquarti capitis note. ¶ Nõ est eni exuperationi dolor cõtrariꝰ. si quis eni nõ gaudet exuperantibus voluptatibus et ijs que illas afferunt: neq₃ ex absentia taliũ tristatur. sic igitur fit vt exuperationi dolor nõ videatur cõtrarius nisi in ijs qui exuperãtes voluptates sequũtur. ¶ Sitim quandam sibi cõparant: hoc est vndecũq₃ sibi querũt modũ suscitandi voluptatũ appetitũ. more illorũ qui nullũ habent cibi aut potus appetitũ et querunt vndecũq₃ sibi ꝓuocare ac facere appetitũ. id eni est sibi appetitus sitim prouocare. ¶ Si oculus/ et intellectus sine motione operant: tanto magis illa simplissima/ beatissimaq₃ entia.

¶ Decimũquartũ cap. septem cõclusionibus/ et vna ratione partitũ est.

61 Decimiquarti Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclo. De corporeis voluptatibus cõsiderandũ expedit. Nam sunt qui dicũt nõnullas voluptates expetibiles esse valde/ pariter et honestas: sed corporis voluptates/ et in quibus versatur intẽperans nõ esse expetendas. cõsiderandũ itaq₃ est ita dicentibus: cur ergo cõtrarij dolores praui sunt: si voluptas bonũ nõ est: cũ tamẽ malo bonũ cõtrariũ

62 est. ¶ Secũda cõclo. Excessus/ exuꝑatioq₃ voluptatũ corporearũ: mala est. Nã necessarie voluptates sic bone sunt: aut quia quod est nõ malũ/ bonũ est: aut quia ad aliquẽ vsq₃ terminũ sunt/ ipsiq₃ excessum nam eorũ habituũ/ ac earũ operationũ quarũ nõ est melioris exuperatio (hoc est quorũ nõ est superãdo atq₃ excedendo a bono egressio) neq₃ suarũ voluptatũ est melioris excessio. et eorũ habituũ quorum est: pariter et actuũ/ identidẽ ⁊ voluptatũ est exuperatio. at bonorũ corporis/ suorũq₃ habituũ est exuperatio: fitq₃ quis prauus in prosequẽdo huiusmodi bonorũ exuperationẽ/ et nõ necessarias voluptates excessus enim minime necessarius. et gaudent omnes quodam modo. et epulis/ et vino/ et venere: sed

63 non vt oportet. igitur excessus corporearũ voluptatũ: malus est. ¶ Tertia cõclusio. Prauus e diuerso in dolore/ atq₃ voluptate sese habet. Nam nõ modo doloris exuperationẽ: sed omino fugit dolorẽ. neq₃

64 enim dolor excessui cõtrarius est: nisi cũ quis exuperationem voluptatis querit. ¶ Quarta cõclusio. Expedit itẽ dicendũ cur corporearũ voluptatũ illecebre: magis ꝙ̃ par est expetibiles videatur. Nam non solum ipm verũ/ sed etiam falsi causam dicere operepreciũ est: hoc eni ad faciendã fidem cõducit. nam cũ id ob quod verũ quicꝙ̃ esse videtur (quod tamen minime verũ est) cõsentaneũ rationi visũ fuerit: facit vt nõ ãplius ob talis rõnis apparentiã/ falso credat: quĩimo id facit vt ipsi ꝟo firmius assen-

65 tiamur. expedit igit id dicendũ ¶ Ratio cur expetibiliores videatur corporee voluptates: est quia corporee voluptates pellũt dolorem/ et exuperantẽ voluptatẽ querũt: veluti medellã exuperãtis doloris. et omino corporis voluptatẽ persequũtur: ꝙ ipe corporis voluptates fortes sunt medelle. Quo fit vt illas tũ maxime sequãtur: cũ dolor cõtrarius adest. nã tunc maxie tales esse videtur. Sed cõtra: duo sũt que faciũt voluptates corporeas/ nõ bonas eẽ videri. Primũ est: ꝙ quedã sunt: ꝙ̃ sũt praue nature oꝑatiões. praue dico aut ab ortu: vt qui talẽ ab ipso ortu ꝯsecutus esset naturã qualis est fere cõsimilibusq₃ gauderet/ aut a cõsuetudine: quales sunt prauorũ hominũ nature. Secundũ quedã sunt que etsi medicamenta sint: nunꝙ̃ tamẽ nisi indigenti/ atq₃ laboranti cõducunt. ex quo nõ sequitur eas bonas esse. et prestat quicꝙ̃ i habitu/ ꝑmanẽsq₃ esse ꝙ̃ dũtaxat in fieri. nõ eni perstat voluptas: sed fugax (dũ fit) ela-

66 bitur. ¶ Quinta cõclusio. Voluptates corporee: bone sunt per accidẽs. ¶ Primo. Nã qedã sunt que ad nature ꝑfectionẽ accidunt. sunt igitur bone per accidẽs. ¶ Secũdo voluptates corporis ij ꝑsequũtur qui per se voluptatibus gaudere nequeũt: ꝙ corporee voluptates vehementes sunt. ipi eni quandã voluptatũ sibi sitim cõparant: que cũ nulli nociua est/ nõ increpãtur: cũ aũt nociua/ increpãtur/ ⁊ praua est. sunt igit bone per accidẽs. ¶ Tertio. sunt pleraq₃ que voluptates per se nõ habẽt ꝙ̃bus gaudeãt et aliã voluptatẽ nullã habere/ ob suã naturã illis durũ atq₃ permolestũ est. nã animal semꝑ laborat: vt naturaliũ sermones fidẽ prestant: qui et videre/ et audire: molestiã/ doloreq₃ ingerere astruũt. at ꝟo ꝙ id nõ iudicamus id ideo esse aiũt: ꝙ horũ perferẽdorũ laborũ cõsuetudinẽ iam traximus. et iuuenes dũ adolescũt: ob ipa incremẽta perinde ac vinolẽti disponũtur. et hinc iuuẽtus nõ ab re ad voluptates propensior est. et qui atra bili laborãt: natura semꝑ voluptatũ medicamẽto egent. nã illis cõtinue corpus ob cõplexionẽ mordetur: semꝑq₃ in appetitiõe existunt vehemẽti. voluptas aũt cõtraria/ et queuis etiam (modo sit vehemẽs) eorũ propellit dolorẽ. sunt igitur quedã voluptates necessarie bone/ ipisq₃ cõuenientes nature. Uerũtamẽ hac de causa/ ꝙ voluptas ipsa pellit dolorẽ: plerũq₃ intẽperantes hoies/

67 prauiq₃ fiunt. ¶ Sexta cõclo. Perfecte voluptates sine dolore sunt: exuperationẽ nõ habentes. Nam he voluptates ex ijs que suapte natura/ et simpliciter voluptate afficiũt/ iucũdaq₃ sunt proficiscũtur: ⁊ non ex ijs que per accidens voluptate afficiũt. igitur perfecte voluptates sunt sine dolore/ et exuperationẽ nõ habentes. ea dico per accidẽs voluptate afficere: que medẽtur. fit eni vt homini hmõi voluptatũ medela sit opus: ꝙ cõtinue aliquid (quod laboriferũ est) agendo: suã sanitatẽ saluat. et ideo illa ꝑ accidens voluptaria: iucunda esse/ et voluptate eblandiri videtur. at ea per se/ naturaq₃ voluptate af-

68 ficiunt. que perfecte nature operationem efficiunt. ¶ Septima conclusio. Nulla eadem res: nos con-

tinue delectat. Nã nostra natura simplex nõ est: sed pter nr̃i meliorẽ/simpliciorẽq₃ naturã/ inest quicq₃ aliud: ex cuius cõtagiõe corruptibiles sumus. quare si quispiã pars alia agat: alteri nature plerũq₃ preter naturam est/illiq₃ aduersatur. et si equatur: pusillũq₃ sit quod agit: neq₃ molestũ/neq₃ iucundũ esse videt̃: quod agit̃. At vo si alicuiꝰ natura simplex sit: sẽp eadẽ opatio iucũdissima erit. quo fit vt deꝰ vna semp simplici gaudeat voluptate. neq₃ id inficias eundũ est: q deus sine motu/agitatiõeq₃ vlla psistat. nam nõ solũ motiõis est opatio: sed status/atq₃ imobilitatis. et voluptas in qete q̃ in motu: potiꝰ ꝯsistit. et iuxta poete sententiã: mutatio ob prauitatẽ quandã omnium dulcissimũ est. neq₃ ab re quidẽ. nam vt homo prauus /facile mutabilis est: sic et ea que mutatione indiget natura: praua est. non enim neq₃ simplex/neq₃ bona est. Sed de cõtinentia/incõtinẽtia/ voluptate/ atq₃ dolore: quid vnũquodq₃ eorum esse possit: et quo pacto eorum quedam/bona: quedã mala sunt/ dictum est. nunc autẽ de amicitia nobis aggrediundum est. Septimi Ethicorũ Aristotelis finis.

Cap. I.

P

Ost hec cõsequens est de amicitia pertractare. Est eni quedã virtus: aut est cũ virtute. ¶ Res est preterea summe necessaria in vita. Nemo eni habens cetera omia bona: sine amicis expeteret viuere. nã et locupletes et in principatu/potestateq₃ cõstituti: plurimũ amicis indigere videntur. quid eni prodest talis ꝓsperitas beneficio sublato? quod quidẽ maxie fit in amicos: ac maxie cõmendatur. aut quonã pacto sine amicis custodiri/ cõseruariq₃ potest? quo nãq₃ magis abundat: eo magis periculis subiacet. In pauptate quoq₃ cetерisq₃ calamitatibus vnicũ esse cõfugiũ amici putant̃. Iuuenibus etiã cõferũt ad cõpescẽda peccata. Et senibus ad obsequiũ/ atq₃ ad eos actus perficiendos quos ob ĩbecillitatem ipsi peragere nequeunt. Et ijs item qui sunt in statu/ad actiones honestas. eteni si duo simul eant: intelligere magis/atq₃ agere possunt. Inesse etiã amicitia videtur natura ei quod genuit: ad id quod est ortũ ab eo. non in hoĩbus solũ: sed in plurimis etiã animalibus/ ⁊ ijs inter sese que sunt eiusdẽ gentis: et homibꝰ maxime. quapropter amatores hominũ laudamus. Cernere etiã quispiam potest et in ipsis erroribus: familiarem omnem hominẽ homini/ atq₃ amicũ esse. ¶ Ciuitates etiã amicitia cõtinere videtur. et legũlatores circa hanc magis q̃ circa iustitiã student: cõcordia namq₃ simile quid amicitie esse videtur. hanc autẽ maxime affectãt: seditionẽ aũt vt inimicã maxime expellũt. Et si sint quidẽ amici: iustitia nõ est opus sin vero sint iusti: indiget amicitia. et id quod maxime iustũ est/ad amicitiã attinere videtur. ¶ Non solũ aũt necessariũ est: sed et honestum. Laudamus eni eos/qui amant amicos copiaq₃ amicorum/honestũ esse putãt. et quidã eosdẽ viros bonos esse/atq₃ amicos putant. ¶ Est aũt cõtrouersia de ipsa non mediocris. Quidam eni similitudinẽ quandã ipam esse posuerũt: ⁊ similes esse amicos Unde et similẽ ad similẽ inquiũt/ ⁊ monedulã ad monedulã/et similia. Quidã cõtra singulos inter sese omnes tales inquiũt esse: et de ijs ipsis altius/ naturaliusue perquirunt Eurypides quidẽ inquiens.

Cũ est sicca tellus: ipsa certe tum hymbrem amat.
Cum turget ether: hymbre cũ celũ tumet:
Affectat vt telluris in sinus cadat.

Heraclitus aũt: cõtrariũ dicens esse cõducẽs: et ex differẽtibus pulcherrimũ concentũ oriri: et per cõtrarietatẽ omia fieri. Sed his cõtraria cõplures alij sentiunt: et Empedocles: qui quidẽ simile appetere simile dicebat. naturales igitur dubitatiões omittamꝰ. non eni ad hanc sunt accõmodate cõsiderationẽ. Que vero sunt humane/et ad mores affectusq₃ pertinent: eas consideremus. vt sit ne inter omẽs homies amicitia: an ipossibile est prauos esse amicos: et vtrũ vna species amicitie sit/an plures. Qui nãq₃ vnã esse putant/quia magis est/atq₃ minus: non sufficienti argumẽto ducũtur. nã et que sunt diuersa specie magis sunt atq₃ minus. ¶ Sed de his antea diximus.

Ulyxes
Diomedes
Achilles
Patroclus
Nisus
Eurialus
Orestes
Pylades
Pythias
Damon
Ouidius

¶ Primi capitis note. ¶ Ulixes comitẽ habuit Diomedẽ. Achilles Patroclũ/Nisus Eurialũ Orestes Pyladẽ/Pythias Damonẽ ¶ Monedula est cornicula quedã tota nigricãs. illis corniculis auri/atq₃ argenti insita furacitas inest. hinc a furãdis monetis hec auis nomẽ inuenit. de qua Ouidius Sytonis accepto quod auara poposcerat auro:
Mutata est in auem: que nũc quoq₃ diligit aurũ/
Nigra pedes/nigris velata monedula pennis.

¶ Amicitia de qua hoc in libro amplam Aristoteles extendit determinationẽ: vltima duodecim virtutum moraliũ est. nõ minima/sed certe aut maxima: aut semp iustitie(q̃ maxia est)cõiũcta. Hec virtꝰ genus/cetusq₃ hominũ saluat: hec virtus ad deũ et ꝓximũ: primũ legis/ et maximũ sibi obtinuit preceptũ quod cetera clauderet. hec caritatẽ sui habet apicẽ. q̃ deo est supra nos debitus amor/ et secũdũ nos ꝓximo debitus. sed qui supra nos deo debet̃: diuina est toto mẽtis feruore cõprehẽsa amicitia/que

summi celestis amoris radio incalescit/et calefacta sursum leuatur. hic enī celestis radius amoris: fauor est/gratiaqꝫ superna que mētibus nūꝗ̃ denegatur paratis/ vt neqꝫ solis illustratio/ corpori denegatur translucido. huius diuini amoris que nos diuinos efficit amātes Piccus Mirandula duodecī cōditiones ānumerat. Prima. Hoc amore vnū solū amare debemus/ ⁊ pro eo cūcta cōtēnere. Secūda. Miserū putare: qui tā digno priueť amato. Tertia. Oīa pati/oīa sufferre/mortēqꝫ ipām etiā libēter diuinū amantē: vt cū amato possit esse. Quarta. Se ornare: vt illi valeat placere. ornamēta enī amantis sunt virtutes/et ante amatū integritas vite. Quinta. Cū illo (etsi re fieri nō potest) cogitatione tm̄ semper esse. Sexta. Oīa propter eū: que ad ipm̄ attinent/amare. vt eius amicos/eius loca/eius insignia/scripta/noīa/eiusqꝫ imagines: atqꝫ in rebus vestigia/adumbratiōesqꝫ qꝛ eius sunt opera. Septima. Nihil aliud cupere ꝗ̃ eius laudes/nec eiꝰ aliquā ignominiā posse sustinere. Octaua. De eo oīa summa credere: et vt idē oēs credant summope affectare. Nona. Optare pro eo pati aliquod incōmodū et illud quoqꝫ incōmodū ꝓpter ipm̄ dulcescere. Decima. Flere pro eo sepe: vel si presens ex leticia exuberante/ vel si absens ex dolore. Undecima. Semꝑ languere/semperqꝫ eius desiderio rapi/ semꝑqꝫ ardere. Duodecima. Illi diligēter seruire: nihil de premio cogitando/aut recipiēda mercede. nā eiꝰ seruitiū per seipm̄ sūmoꝑe est appetibile/et summe dignus est qui debeat amari. optimus enī/pulcherrimus/rerūqꝫ sapientissimus est: et qui nobis ante ꝗ̃ ipm̄ cognosceremus: oīa bona cōtulit abūde/ et qui nos cū nihil essemus: existere fecit. et nos sui amoris/et desiderij capaces esse voluit: cetera aūt infra nos huius muneris participes esse noluit. qui solus dare potest quicquid bonū/pulchrū/aut amabile: desiderare possumus. Propter ergo hunc amorem veneremini hanc virtutem/et discite fieri veri amatores/veriqꝫ amici. et prima vestra intentio ad deum cōuersa sit/et secūda ad superiores/tertia ad equales/ ⁊ quarta ad inferiorū directiones: oēm amicitie gradū cōplexi/ vnicuiqꝫ quod suū est in amicitijs tribuētes: que illius diuine amicitie feruoris vberātia caleant/et ad illā referantur. stultas effugite amicitias. nā quantū vera amicitia eleuat: que de sursum procedit: et mortalia imortalibꝰ counit immortaliaqꝫ reddit: tantū stulte amicitie deprimunt/et mortalia mortalibus copulant. Quapropter nos sūmopere cautos esse decet: ne iprudētius amādo/quod deo debemus: creature tribuamus. quod reuera nisi virtutes nostre vite dirigāt habenas/celestisqꝫ afflatus/atqꝫ presidiū: ꝓculdubio faciemꝰ. et hinc plurimi suas inde cōtrahūt ruinas. Auari enī: plane diuinū amorē transferunt in diuitias. nā illas solas cogitāt/miseros putāt qui illis priuentur/ oīa ferunt/ oīa patiūtur ꝓpter amatas opū fortunas/et morti se exponere nō formidant: dū illis potiātur. Se ornant vt ad illas capiēdas placeāt/ amant diuitiarū loca/et quecūqꝫ ad eas ꝑtineant/laudes earū exquirūt et illas cupiūt/ neqꝫ earū probra sustinent. quid plura: de ijs omnia summa credunt/ꝙqꝫ summū sint in vita bonū/cupiūtqꝫ ita alijs esse persuasum. Pro illis dura tolerant/et probra/ et contemptus/et sibila: que oīa diuitiarū amore dulcescūt. si quicꝗ̃ diuitiarū adimitur/ cogiturqꝫ esse absens: veris ploratur lachrimis. ꝙ si elapsū restituitur: letas pre gaudio iterū inueniunt lacrimas. semper languēt/earū desiderio rapiūtur/ semper ardent/et illis iugiter seruiūt. esuriūt/sitiūt/neqꝫ vsum/ vtilitatēqꝫ aliquā ex illis cogitant: que diuini amoris cōditiones sunt. imortalē ergo dei gloriā cōmutāt in mortalē creaturā/ et ita intēperantes/ et ambiciosi eū qui summo rerū parenti debetur honor: voluptati aut honori tribuūt. et viciosi quiqꝫ illis rebus ad quas sue perturbatiōes eos raptāt deuoluūt/deturbantqꝫ/ atqꝫ detrudūt/ habētqꝫ ij diuitias deū/ij voluptatē/ij defluxā pulchritudinē: a quibus nulla salus/sed sola mors suis amatoribꝰ ꝓuenit. ergo ne ita facite hoīes: per illius summe amicitie pulchritudinē. sed discite vere amare/et veras amicitias (que sine prima habere nō possunt) exquirite. cum enī lux abest: vt oīa tenebre sint necesse est. lux vestra/dux vestra in amando: prima sit amicitia. et verarū amicitiarū exēplar sacre littere vobis suggerent abunde. Atqꝫ interim discite quod postea mōstrabit Aristoteles inter malos amicitias cōstare non posse. qui neqꝫ secū ipi cōcordant/sed plerūqꝫ scelerū cōsciētia seipsos fugitant. Quos diri cōscia facti (vt inquit Iuuenalis)

Mens habet attonitos/et surdo verbere cedit
Occultū quatiens (animo tortore) flagellū.
Pena autem vehemens/et multo seuior illis
Quas ⁊ Cedicius grauis inuenit/et Rhadamanthus:
Nocte/dieqꝫ suū gestare in pectore testē.
Hi sunt qui trepidant/et ad omnia fulmina pallent:
Cum tonat.

Igitur vt vere amicitie participes sitis: operā date virtuti/et studete sūmopere esse boni. Nihil enī hec moralis philosophia aliud mortalibus optat: ꝗ̃ ꝙ viuant fortes/ tēperati/liberales/ magnifici/humiles/ patientes/modesti/mansueti/affabiles/veraces/ dextri/iusti/ ac amici.

¶ Primū cap. vna cōclusione/et tribus opinionibus partitū est.

Primi Capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Conclusio. De amicitia tractare: cōsequēs esse videtur. ¶ Primo. qꝛ amicitia quedā virtus est/aut cū ipa virtute. ¶ Secūdo. qꝛ amicitia res in vita/ summe necessaria est. nā ⁊ nemo (etsi cetera oīa bona possideret) sine amicis eligeret viuere. primū nāqꝫ si locupletes sunt/et in ꝓncipatu / atqꝫ potestate ꝯstituti: plurimū amicis indigere vidētur. nā quid illis talis prodesset ꝓsperitas: facultate beneficij cōferendi sublata? quod maxime oīm in amicos factū sūmoꝑe cōmendatur. et quonā pacto et qui locuples est/ac in potestate cōstitutus: sine amicis custodiri/ seruariqꝫ potest? quādoquidē quo quis magis abundet: eo magis periculis subiaceat. et si pauꝑ est: in paupertate certe/ceterisqꝫ calamitatibꝰ vnicū cōfugiū/ vnicusqꝫ refugij portus: amici esse putanť. si iuuenes sunt: illis sūmoꝑe cōducūt amici/ vt qui eorū vitā dirigūt in melius: viciaqꝫ arcēt/ac ꝯpescūt. si senes vt illis obsequiū prestent: amici sunt ꝑnecessarij/atqꝫ vt eos actus perficiāt quos illi ob etatis imbecillitatē: minime peragere queūt. et si etate sunt florentes: ad res illis preclaras obeūdas/amici cōducūt: nam duo simul eūtes amicitia cōiuncti: magis intelligere/magisqꝫ agere possunt. patet itaqꝫ et cuiuscūqꝫ fortune viris/et cuiusqꝫ etatis: amicitiā rē necessariā esse ¶ Tertio. qꝛ amicitia videť quod-

Mirandula

dam bonũ a natura tributũ ¶ Primo. quia parentes natura amant liberos: non modo homines solũ/ sed et volucres/ et animaliũ ꝗ plurima: et animãtes omẽs que eiusdẽ speciei sunt/ inter sese natiuã seruant amicitiam: ⁊ homines maxime. quapropter eos laudamus qui hominũ sunt amatores/ atqꝫ in ceteros beniuoli. ¶ Secundo. quia in erroribus viarũ/ id plane cernere licet/ oẽm hoĩem: homini natura familiarem/ atqꝫ amicũ. par est igitur vt de amicitia: consequẽs determinatio suscipiatur. ¶ Quarto quia ciuitates/ conuentus/ societatesqꝫ hominum: amicitia continentur/ saluanturqꝫ. hinc legumlatores circa amicitiam magis/ ꝗ circa iustitiã student. nam summopere affectant ciuiũ concordiã stabilire (est autem cõcordia: quid amicitie ꝑsimile) moliũturqꝫ summopere tanꝗ rem ciuitatis cõseruande inimicam/ seditionẽ explodere/ atqꝫ discordiã. ¶ Quinto. quia amicitia magis necessaria/ ꝗ iustitia esse videtur. nam si homines sunt amici: iustitia nõ est opus. si aũt sunt iusti: adhuc opus est amicitia: imo vero quod iustitie maximũ/ preclarissimũqꝫ est: amicitia esse videtur. de ea igitur haudquaꝗ irrationabile est/ determinationẽ suscipere. ¶ Sexto non modo amicitia bonũ quiddã necessariũ est: sed et honestũ. nam et eos qui afficiuntur erga amicos laudamus: et amicorũ copiam possidere/ honestũ esse putamus. et quidam eosdem viros bonos/ atqꝫ amicos: esse arbitrãtur. expedit igitur de amicitia determinatio. ¶ Opiniones de amicitia. De amicitia enĩ complures sunt controuersie/ atqꝫ opiniones. 5
¶ Prima est dicẽtiũ amicitiã similitudinẽ quandã esse: ⁊ amicos esse similes. hinc aiunt simile ad suũ simile/ et cornicula ad corniculã/ et similia huiusmodi. ¶ Secunda est dicentiũ cõtra: simile odire suũ simile. vt figulos omnes inter sese esse similes: attamen figulos/ figulum non amare. verum vt inquit Hesiodus.

Inuidet et figulus figulo/ vel egenus egeno/
Siue faber fabro/ dulcisqꝫ poeta poete.

Et de his ipsis altius/ magnificentiusqꝫ ex naturalibus perquirũt: contrariũ amare suũ contrarium. quemadmodum canit Eurypides

Cum est sicca tellus ipsa certe tum hymbrem amat.
Cum vero pulchrũ pleno hymbre celũ tumet:
Affectat vt telluris in sinus cadat.

¶ Tertia est Heracliti dicentis: ex cõtrariorũ cõcurrẽtia amicitiã gigni. inquit enĩ cõtrariũ cõferre/ et ex differentibus/ contrarijsqꝫ sonis pulcherrimũ suboriri concentũ: et summati per cõtrarietatẽ oĩa fieri. Sed Heraclito cõplures cõtraria sentiunt: vt Empedocles/ qui simile amare/ appetereqꝫ suũ simile dicebat. Sed has naturales dubitatiões/ hoc in loco discutere omittamus. nam presentis discipline contẽplationi: minime accõmodate sunt: verũ potius eas dubitationes/ que humane sunt: et ad mores/ affectusqꝫ pertinẽtes/ discutiamus/ cuiꝰ generis sunt he. Sit ne inter omẽs hoĩes amicitia: an prauos/ amicos esse impossibile sit. An amicitie vna species sit: an plures. ⁊ sunt qui vnã quidẽ esse putant: ꝙ magis est/ atqꝫ minus. sed hi in sufficienti quidẽ ducũtur argumento. nã et que sunt dissidẽtia specie: magis sunt/ atqꝫ minus. sed id ex iam dictis: notũ esse potest. 9

Cap. II.

p Atebunt autem hec fortasse: si ip̄m amabile fuerit notũ. Non enĩ omne quoduis amari videtur/ sed ip̄m amabile. hoc aũt: aut bonũ/ aut iucundũ aut vtile esse videtur. atqꝫ id vtile videbit̃ esse per quod efficitur aliquod bonũ: 4
aut voluptas. Quare fit: vt amabilia sint ip̄m bonũ ⁊ iucundũ/ vt fines. ¶ Utrũ igitur ip̄m bonũ ament homines: an id quod ipsis est bonũ? Discrepant enĩ nõnũquã hec. similiter et circa ip̄m iucundũ. ¶ Uidetur aũt id quisqꝫ amare/ quod bonũ est sibi. et esse simpliciť quidẽ amabile/ ip̄m bonũ: vnicuiqꝫ aũt/ id quod est vnicuiqꝫ bonũ. Amat autẽ quisqꝫ non id quod est sibi bonũ/ sed quod apparet. neqꝫ quicꝗ id refert. erit enĩ ipsum 5
amabile apparens. ¶ Cũ itaqꝫ tria sint ea propter que hoĩes amant: in amatione quidẽ inanimatarũ rerũ/ non diciť amicitia: quippe cũ non sit reciprocus amor: neqꝫ volũtas boni illarũ. Est enĩ ridiculũ forsitã: vino bonũ quẽpiam velle. qꝺ si vult: saluũ illud vult 6
esse/ vt habeat ipse. at oportere aiunt amico bona illius gratia velle. ¶ Eos aũt qui hoc modo volunt bona/ beniuolos dicunt: si non idẽ/ et ab illo fiat. Mutuã namqꝫ beniuolentiam/ amicitiã esse dicunt: an adiungendũ est/ non latentẽ? Sunt enĩ cõplures ijs beniuoli/ quos non viderunt: putant autẽ studiosos esse/ vel frugi. atqꝫ fieri potest: vt illorum etiam quispiam eodem ad hos modo afficiatur. Igitur hi/ mutuo quidẽ sibi beniuoli esse videntur. amicos aũt ipsos quodãmodo quispiã dixerit latentes/ vt erga sese mutuo sunt affecti? Oportet ergo amicos mutuã habere beniuolentiã: et velle sibi mutuo bona non latentes: ob vnum quid eorũ que dicta sunt.

¶ Secundi capitis note ¶ Amabile simpliciter/ amabile alicui/ amabile apparens: bonũ simpliciter/ bonum alicui/ bonum apparens. 3
¶ Secundũ cap. tribus cõclusionibus/ et vna questione partitũ est.

Secundi Capitis cõmentarius ad litteram. ¶ Prima conclusio. Si amabile notũ fiat: amicitiam promptius cognoscemus. Nam non omne quoduis amari videtur/ sed ip̄m amabile. hoc aũt honestũ/ aut vtile/ aut iucundũ esse videtur: et id esse vtile/ per quod aliquod bonũ/ aut voluptatem assequimur. Unde fit vt honestũ/ et iucundũ: amabilia sint vt fines: vtilia enĩ horũ gratia querimus/ ac amamus. 4
atqui amicitia sine amabili nõ est. noto itaqꝫ amabili/ ad amicitiã promptior patebit aditus. ¶ Questio. Utrũ hoĩes: ip̄m bonũ amant/ aut quod ip̄is bonũ est. hec enĩ qñqꝫ discrepãt/ et nõ sũt eadẽ. Itidẽ

vtrũ amant iucundũ/aut quod sibi iucundũ est. ¶ Solutio. Et plerisq; visũ est: vt id amẽt hoĩes quod est sibi bonũ: atq; ipm̃ bonũ/simpliciter esse amabile. vnicuiq; aũt amabile: id quod est vnicuiq; bonũ. Verũtamẽ id nõ oportet. nã nõ quisq; amat: quod est sibi bonũ/sʒ quod sibi bonum apparet. neq; refert
5 q̇cq; vt amet: bonũ ne sit/an a ppareat. nã si apparet bonũ: et ipm̃ erit amabile apparens. ¶ Secunda ꝯclusio. Ad res inanimatas: nulla gerit̃ amicitia. Nã amicitia est reciprocꝰ amor. et tria sũt ꝓpter que ipsi hoĩes amãt: honestũ/ vtile/et iucundũ. at illis nõ volumꝰ aliquid hoꝝ bonoꝝ cõtingere. ridiculum enĩ videt̃: quempiã vino bonũ velle. quod si vult/idipsũ bonũ quod vult: est ipm̃ saluũ manere/ vt habeat ipe. at oportet amicitiã esse reciprocã: et amico/et ipius quidẽ amici gratia (quẽadmodũ aiunt) bo-
6 na velle. nõ igit̃ ad res inanimatas vlla est amicitia. ¶ Tertia ꝯclusio. Nõ satis diffinita est amicitia/ ꝙ mutua beniuolẽtia sit: sed nõ latẽs adijciendũ est. Nã eos qui aliũ amãt/et illiꝰ quidẽ gratia/ etsi ab eo non idẽ rependat̃: beniuolos dicimꝰ. at fieri potest/ vt ꝯplures ijs beniuoli sint: quos nũq; viderunt/ ꝙ eos studiosos esse/aut frugi hoĩes existimãt. et ꝯtra: vt hi ad illos primos hoc modo afficiant̃. quare et ij mutuo q̇dẽ beniuoli esse vident̃: at nemo illos proprie dixerit amicos/nisi forte quodã modo: vt latentes amicos/quẽadmodũ et erga sese mutuo beniuolẽtia sunt affecti. nõ satis igit̃ diffinita est amicitia: ꝙ beniuolẽtia mutua sit/sed adijciendũ est nõ latẽs: vt ita diffiniat̃. Amicitia est aliquoꝝ mutua beniuolentia/et alicuiꝰ quidẽ boni gratia: cũ eos nõ lateat. Et amici sunt qui mutuã habentes beniuolẽtiã: ob vnũ quiddã bonorũ (que dicta sunt) sibi mutuo bona volunt/non latentes.

7 Differunt autẽ hec specie/et amatiões ergo/et amicitie. Tres igitur Cap. III.
sunt amicitie species: equales numero amabilibꝰ ipsis. ob vnũq̇dq; enĩ est amatio mutua/non latens. atq; qui sese mutuo amãt: hoc/bona sibi inuicẽ volũt quo
8 amant. ¶ Qui igit̃ ob vtilitatẽ se mutuo amãt/nõ per se amãt: sed quo aliquod/ ex sese mutuo capiunt bonũ. Similiter et qui amãt ob voluptatẽ. non enĩ facetos amãt/ q2 sũt tales: sed q2 ipsis afferũt voluptatẽ. Qui igit̃ ob vtilitatẽ amant: ob suũ diligũt bonũ. Et qui ob voluptatẽ/ob id quod est ipsis iucundũ: et non quo talis est is qui amatur: sed quo est vtilis aut iucundus. per accidens igit̃ he sunt amicitie. non enĩ amatur quo
9 talis est is qui amatur: sed quo vel bonũ aliquod affert/vel voluptatẽ. ¶ Tales autem amicitie/facile dissolui possũt: non permanẽtibus ipsis similibus. Nã si non vlterius iucundi sint/aut vtiles: amare desistũt. Vtilitas autẽ nõ permanet. sed alias alia fit. dimo-
10 to igitur eo ꝓpter quod erãt amici/dissoluit̃ et amicitia: vtpote q̃ ob illud erat. ¶ Maxime autẽ amicitia talis in senibus fieri videtur. Huiꝰ enĩ etatis hoĩes/non voluptatem: sed vtilitatẽ sequunt̃: et in ijs iuuenibus/atq; viris/qui sue student vtilitati. tales autem nec multũ simul viuũt. interdũ enĩ nec sunt iucundi. nec indigent igit̃ tali cõgressione: si non sint vtiles. Nam eousq; iucũdi sunt/quousq; boni cõsequẽdi spem habẽt. cum his
11 amicitijs et hospitalicia ponunt. ¶ Iuuenũ aũt amicitia: ob voluptatẽ constare videt̃. Viuunt enĩ cum affectu. et id maxime sequunt̃/quod sibi ipsis est iucundũ/ et presens. At cũ mutatur etas: alia fiunt et ipsa iucũda. quo circa cito fiũt amici/citoq; desistũt. nã simul cũ eo quod ipsos afficit voluptate: et amicitia ipsa mutatur: talis vero voluptatis/ celeris fit mutatio. ¶ Proni sunt etiam ipsi iuuenes ad amores. plurimum enĩ amatorie amicitie perturbatione fit/et ob voluptatẽ. quapropter amant/et cito desistunt eadẽ die propositũ sepe mutantes. ¶ Hi volũt totos dies vna versari/simulq; viuere. Sic enĩ fit
12 ipsis id quod per amicitiã suã affectãt. ¶ Bonorũ aũt amicitia/similiũq; virtute / perfecta est amicitia. Hi nãq; mutuo sibi bona similiter volũt: quo boni sunt. boni vero sunt ꝑ seipsos. Atq; ij maxime sunt amici qui bona amicis/illorũ gratia volunt. ꝓpter seipsos
13 enĩ ita sese habẽt: et non per accidẽs. ¶ Permanet igit̃ horũ amicitia/q̃diu sunt boni. At virtus res ꝑmanens est. ¶ Atq; horũ vterq; bonus est simpliciter et amico. boni enĩ ipsi et absolute/et sibi mutuo boni sunt: et vtiles et iucũdi simili modo. Nã boni/ et absolute: et sibi mutuo sunt iucundi. Singulis enĩ proprie actiões sũt voluptati: et que sũt tales. bonorũ aũt actiões tales sũt/aut similes. talis autẽ amicitia/nõ sine ratione ꝑmanens est. Coniungunt̃ enĩ in ipsa oĩa que in amicis esse oportet. Nã omnis amicitia aut est ob bonũ: aut ob voluptatẽ: vel simpliciter/vel amanti: ⁊ ob similitudinẽ quandã hec
14 autem omnia bonorũ per seipsos amicitie insunt. huic enĩ similes sunt et cetere. ¶ Et id q̇d est absolute bonũ/est et iucundũ simpliciter. Maxime igit̃ hec sũt amabilia: et ama-
15 re ac amicitia/in his est maxime: ⁊ optima amicitia. ¶ Sũt aũt merito tales amicitie rare. pauci enĩ sũt tales. ¶ Tẽpore insuper et consuetudine opus est. secundũ enĩ prouerbiũ non fit vt mutuo sese cognoscant: anteaq; simul consumãt dictã salis mensuram. nec igitur fit: vt acceptent̃ antea/sintq; amici/q̃ amabilis vtriq; videatur esse/ atq; credatur vterq;. Qui vero ea celeriter inter sese mutuo faciunt/que ad amicitiã attinent: volũt q̃-

dem esse amici:sed non sunt:nisi sint et amabiles/et idipsũ sciãt.amicitie nãqꝫ voluntas: non amicitia celeriter fit. Hec igiť et tempore/et ceteris perfecta est amicitia: et per hec omnia fit.et vtriqꝫ similis est ab vtroqꝫ quod quidẽ amicis insit oportet.

¶ Tertij capitis note. ¶ Q; amicitia voluptatũ cito venit/citoqꝫ fugit:hinc alatũ fingũt Cupidinẽ
¶ Utriqꝫ ab vtroqꝫ:alterutri ab alterutro:ꝙ idẽ volũt/ijsdẽ gaudẽt/ijsdẽqꝫ tristanť. et ita frequenter
Juuenalis vsus est vocabulo vterqꝫ:pro alteruter/ad quãdã vicariam/et reciprocam functionem designandam.
¶ Paucos esse vere studiosos:clamat Satyricus
Rari quippe boni:numero vix sunt totidem/quot
Thebarum porte/aut diuitis hostia Nili.
¶ Tertiũ cap.nouem conclusionibus partitum est. 8
Tertij capitis Cõmẽtariꝰ ad litterã. ¶ Prima ꝯclusio. Tres sunt amicitie species:honesta/vtilis/
atqꝫ iucũda. Nã tres sunt specie differẽtes amationes.igitur tres sũt amicitie species:et equales nu=
mero/amabilibus ipsis.nã ob vnũquodqꝫ ipsoꝝ:amatio mutua/atqꝫ nõ latẽs fit.fit nãqꝫ vt q̃ sese mu=
tuo amãt:hoc ipso sibi inuicẽ bona velint quo amãt.id aũt est amabile. ¶ Secunda ꝯclusio. Amicitie
ob vtilitatẽ/atqꝫ ob; voluptatẽ:non per se sed per accidẽs sunt amicitie. Nã qui sese ob vtilitatẽ mutuo
amãt:non per se amãt/sed ꝙ aliquod ex sese mutuo capiũt emolumẽtũ.itidẽ et qui ob voluptatẽ amãt.
nã non facetos amant/quia faceti sunt:sed ꝙ eis ipsis voluptatẽ afferũt.qui igiť ob vtilitatẽ amãt: ob
suũ/et nõ ipsius amati bonũ diligũt.et qui ob voluptatẽ ob id quod ipsis amantibꝰ est iucundũ:et non
amant hi quia talis is sit/qui amatur:sed quo vtilis est/aut iucũdus.igitur ob vtilitatẽ/ aut volupta=
tem amicitie/per accidens sunt amicitie.nã qui per se amant:quo qui amantur tales sũt/amant.at ob
emolumentũ/aut voluptatẽ non amať quo talis is est/qui amať:sed quo vel cõmodũ aliquod/vel volu= 9
ptatem aliquã affert. ¶ Tertia cõclusio. Amicitie ob vtilitatẽ/atqꝫ voluptatem:facile dissolui queũt.
¶ Nã ipsis qui amantur non manentibꝰ similibꝰ(vt si vlteriꝰ aut vtiles/aut iucundi non sint)desistunt
amare.nã dimoto eo ꝓpter quod erãt amici:dissoluiť amicitia: vtpote que ob illud erat.at vtilitas non
ꝑmanet:sed alias alia fit.itidẽ et voluptas fugax / horariaqꝫ est.igiť he amicitie:facile dissoluuntur. 10
¶ Quarta cõclusio. Maxime oĩm amicitia ob vtilitatẽ:in senibꝰ fieri videtur. ¶ Primo.nã eius eta=
tis hoĩes/non voluptatẽ:sed vtilitatẽ querũt/et nõ modo in senibꝰ fit:sed et in iuuenibꝰ/atqꝫ viris:qui
sue studẽt vtilitati. ¶ Secundo.senes non multũ alijs pariter ꝯuiuunt/neqꝫ interdũ iucundi sũt. non
ergo tali iucundoꝝ cõgressiõe indigent:si non sint vtiles.nã eousqꝫ illis iucundi sunt: quousqꝫ cõmodi
cõsequendi spem retinent.cũ talibꝰ enĩ amicitijs in quibꝰ cõmodi spes aliqua est hospitalitiã ponunt. 11
hec igitur amicitia maxime fit in senibus. ¶ Quinta cõclusio. Amicitia ob voluptatẽ:maxime fit in
iuuenibus. ¶ Primo.nã iuuenes cũ affectu viuũt:et id maxime ꝓsequunť/quod sibiipsis iucundũ est/
atqꝫ presẽs.fit igiť in ipsis maxime amicitia ob voluptatẽ.verũ hec amicitia admodũ fragilis est / ac
decidua.nã cũ mutatur etas:alia/atqꝫ alia fiunt illis iucũda.quo circa/et cito fiunt amici/citoqꝫ de=
sistunt.nec ab re quidẽ.nã simul cum eo quod ipos voluptate afficit:ipsa fugit/mutaturqꝫ amicitia.at
iuueniliũ voluptatũ cita/veloxqꝫ mutatio est. ¶ Secũdo.quia iuuenes ad amores ꝓcliues admodum
sunt.nã plurimũ amatorie rei:ꝑturbatiõe fit/atqꝫ ob voluptatẽ.amant igiť cito/citoqꝫ desistũt:eadem
etiã die ꝓpositũ persepe mutantes. ¶ Tertio.iuuenes totos dies volũt vna cõuersari / simulqꝫ viuere.
sic enĩ voluptate fruunť:quã per suã amicitiã querũt.nimirũ igiť si hec iucũdoꝝ amicitia:in ipsis iu=
uenibꝰ vel maxime fieri sit cõperta. ¶ Sexta ꝯclusio. Bonorũ amicitia ꝓbitate/virtuteqꝫ similiũ:per= 12
fecta amicitia est. Nã hi sibi mutuo bona similiter volũt:quo boni sunt:boni aũt sunt per seipsos. vo=
lũt igiť sibi mutuo bona ꝓpter seipsos.at ij maxime oĩm sunt amici:qui bona amicis illorũ quidẽ ami
corũ gratia: volũt.atqui qui ita se habẽt:ꝓpter seipsos/et nõ per accidens amant.est igiť studiosorum 13
amicitia/virtuteqꝫ similiũ:studiosa/et per se/et perfecta amicitia. ¶ Septima ꝯclusio. Studiosorum
amicitia permanens est. ¶ Primo.nã ea amicitia tãdiu durat:q̃diu boni sũt.at virtꝰ res perdurans
est/atqꝫ permanens est.igitur hec amicitia:iugis/atqꝫ permanẽs. ¶ Secundo.quia horũ vterqꝫ bonꝰ
est simpliciter.nã studiosus/pariter et bonꝰ amico: siquidẽ ipsi studiosi et absolute/et sibi mutuo boni
sunt/ac studiosi:imo et vtiles/et iucundi.nã studiosi iucundi sunt.quare et adinuicẽ iucundi. singulis
enĩ sue ꝓprie actiões voluptati sunt/et ee que illis sunt similes.at bonorũ/ studiosorũqꝫ opatiões tales
sunt/atqꝫ similes.talis igitur amicitia non sine ratiõe:permanens est/atqꝫ assidua: vtpote in qua que ĩ
amicis esse oportet/ꝯiuncta sũt oĩa.nam omnis amicitia aut est ꝓpter bonũ:honestũ scilicet/aut vtile/
aut ob voluptatẽ:aut simpliciter/aut amãti/aut(vt aiũt)ob quandã assimilationẽ.at vero hec oĩa ami 14
citie studiosoꝝ/qui per seipsos amant:insunt.et cetere amicitie/ad huiꝰ similitudinem dicũť. ¶ Octa=
ua conclusio. Studiosa amicitia maxime amicitia/atqꝫ optima amicitia est. Nã quod est absolute bo=
nũ:est simpliciter/atqꝫ absolute iucũdũ.sunt igiť absolute bona/maxime amabilia:et amatio et amici
tia in ijs maxima/atqꝫ optima.at que in ijs amicitia est:studiosa amicitia est.studiosa igiť amicitia:ꝛ 15
maxime amicitia/atqꝫ optima est. ¶ Nona ꝯclusio. Merito studiose amicitie:rare sũt. ¶ Primo qui=
dem.nã absolute boni/atqꝫ studiosi:pauci sũt. ¶ Secũdo.ad hanc amicitiã cõparandã:et tẽpore opꝰ
est/et ꝯsuetudine.et iuxta ꝓuerbiũ non fit vt sese mutuo cognoscãt:anteaq̃ edictã salis mensurã simul
ꝯsumãt.quo fit vt nõ ante in amicitia recipianť/fiantqꝫ amici:q̃ vterqꝫ vtriqꝫ videať / credaturqꝫ esse
amabilis.merito igiť he amicitie rarenter/paucoqꝫ tẽpore eueniũt. Qui enĩ ea celeriter inter sese fa=
ciunt/que ad amicitiã attinent:volũt q̃dẽ esse amici/nõ sunt aũt:nisi sint et amabiles/et idipsũ quoqꝫ
ipi sciãt.fit enĩ celeriter amicitie volũtas:nõ aũt amicitia.sed tempore/et ceteris adolescit amicitia/
perqꝫ hec oĩa fit.fitqꝫ similis vtriqꝫ ab vtroqꝫ.id enĩ amicis inesse oportet. 16

A vero que ob voluptatẽ:et ea que ob vtilitatẽ est:similitudinẽ Cap.IIII.
c **huiꝰ habẽt. Boni nãqꝫ/et iucundi/et vtiles sibi mutuo sũt.maxime autẽ et tales amicitie permanent:cũ equale fit ab vtrisqꝫ/vt voluptas.et nõ solum hoc modo**

sed etiam ab eodē. vt inter facetos fit: et non inter amatorē ac adamatū. hi nāq; non de-
lectant̄ eisdē. sed ille quidē aspectu gaudet adamati: hic aūt obsequio amatoris. De si-
nente vero pulchritudine amicitia quoq; nonnunq; desinit. illi nāq; aspectus non est iu-
cundus: huic aūt obsequiū non prestatur. Pleriq; autem in amicitia permanēt: si ex cō
suetudine mores dilexerit/ eosdē mores habētes. sed qui nō ob voluptatē in amoribus/
sed vtilitatem commutant: ij et minus sunt amici/ et minus permanēt. Qui vero sunt ob
vtilitatē amici: ij simul cū vtilitate dissoluunt̄. nō enī hi sese mutuo: sed vtilitatem ama-
17 bant. ¶ Fit igitur vt et praui prauis/ et boni prauis/ et neutri quibusuis amici sūt ob vo-
luptatē atq; vtilitatē: sed boni soli sūt propter seipsos amici. Mali nāq; seipsis nō gau-
18 dent: nisi vtilitas proueniat aliqua. ¶ In sola etiā bonorū amicitia/ nullū calūnia locum
habet. Non enī facile cuiquā quisq; de eo credere potest: quē ipe diuturno tempore cō-
probauit. in hisipsis est/ et sibi mutuo credere/ et nunquā iniuriā facere/ ceteraq; omnia
que amicitie vere censentur inesse. In ceteris autem amicitijs/ nihil prohibet ea que sūt
hisce contraria fieri. nam quando quidem homines/ eos etiā dicere ꝯsueuerūt amicos/
qui ob vtilitatem amant: vt ciuitates (societates enim a ciuitatibus/ conducentis gratia
fieri videntur) et itē eos qui se propter voluptatē mutuo diligūt/ vt pueri: nos etiā for-
19 tasse tales quidē amicos dicere oportet. ¶ Asserere autem species amicitie plures esse.
atq; primo quidem et proprie amicitiam eam esse: que bonorum est hominum ratione
sane qua boni sunt/ ceteras autem per similitudinem. quo namq; bonum quoddā in ip-
sis est et simile/ hoc sūt amici. Id enim quod afficit voluptate/ bonum quoddam ijs est/
qui voluptatem amant. non autem multum hec copulantur. nec ijdem ob vtilitatem/
voluptatemq; fiunt amici. Nam ea que per accidens sunt/ non nimium coniunguntur.
In has autem species amicitia distributa: praui quidem erunt ob voluptatem aut vti-
litatem amici/ hac ratione similitudinem subeuntes: boni autē sunt propter seipsos ami
ci. ea namq; ratione qua boni sunt. Hi igitur sunt absolute amici. illi vero per accidens/
et quia sunt similes his.

¶ Quarti capitis note. ¶ Neutri: qui neq; boni/ neq; praui/ neq; studiosi/ aut viciosi. ¶ Calūnia/ ac-
cusatio/ falsa criminatio.
¶ Quartū cap. trib⁹ cōclusionib⁹/ et quorūdā dictorū epilogo: partitū est.
16 Quarti capitis Cōmētari⁹ ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Amicitie ob voluptatē/ atq; vtilitatē: si-
militudinē ad studiosā amicitiā gerūt. Nā studiosi sibi mutuo: et iucundi/ et vtiles sunt. et maxime tū
durant ob voluptatē/ atq; vtilitatē amicitie: cū equale vicissim rependit̄ ab vtroq;: vt voluptas. et in-
terdū non satis est vt rependat̄ voluptas: sed ab eodē etiā ꝓficiscatur oportet. vt inter facetos fieri so-
let. Interdū nō ꝓficiscit̄ ab eodē: vt inter amantē et adamatū/ quorꝫ voluptas non ab eisdē enascitur.
hi enī nec eisdē delectāt̄: sed amās aspectu gaudet adamati: adamat⁹ vero obsequio delectat̄ amatoris.
et proinde defluente deciduaq; pulchritudine: plerūq; soluitur amicitia. nā amatori non amplius est
aspectus iucund⁹/ neq; adamato obsequiū amplius prestatur vllum. Verū nōnulli in amicitia perse-
uerant: vt si ex ꝯsuetudine mores dilexerint: eosdē/ similesq; mores habētes. Sunt et qui in amoribus
non voluptatē/ sed vtilitatē cōmutant: et ij minus sunt amici/ minusq; ꝑmanent. et qui sunt ob vtilita-
tem amici: ij simul cū vtilitate dissoluunt̄. nec īmerito. hi enī non sese mutuo: sed vtilitatem amabant.
17 ¶ Secunda ꝯclusio. Cuiusuis ꝯditiōis hoīes: amicitia vtili/ aut delectabili cōiūgi possūt: soli aūt stu-
diosi studiosa/ honestorūq; amicitia. Nā fit vt praui prauis/ et boni prauis/ et neutri quibusuis: ob vo
luptatē/ atq; vtilitatē euadant amici. sed soli studiosi ꝓpter seipsos sunt amici. amicitia igitur ob vo-
luptatem/ atq; vtilitatē: omnibus conuenire potest hominibus/ studiosa vero solis studiosis. mali enī
seipsis non gaudent: nisi aliqua voluptas/ aut aliqua intercedat vtilitas. ¶ Tertia conclusio. In sola
18 studiosorū amicitia: nullū calūnia locū habet. Nam non facile de eo quisq; male credere potest: quem
ipse longo iam tempore probauerit. studiosus aūt amicus: amicū longo tempore ꝓbauit. nā ipsorum
est sibiipsis mutuo credere/ nunq; iniuriā facere/ et cetera omnia que ad verā/ studiosāq; amicitiā cen-
sentur pertinere. igitur querela/ atq; calūnia ī huiusmodi amicitijs: nullū sibi reperit locū. Sed in ce-
teris amicitijs nichil ꝓhibet querelas/ calūniasq; fieri: quādoquidē eos homines consueuimus dicere
amicos: qui ob vtilitatē amāt/ vt ciuitates. nā societates a ciuitatibus vtilitatis gratia plerūq; fieri
videmus: et cū eos qui se mutuo ꝓpter voluptatē diligūt/ vt pueri: aliquo pacto dicere oporteat ami-
19 cos/ qui plerūq; causas querele/ atq; accusatiōes habēt. ¶ Epilogus. Ex dictis igit̄ hec colligere po
terim⁹ plures esse amicitie species/ sed precipuā/ et proprie amicitiā: eā esse que studiosorū est hoīm/ ea
ratione qua boni sunt. ceteras aūt amicitias per similitudinē dictas esse: vt quaten⁹ bonū quoddā in
ipsis est/ et simile: et eatenus et hoc ipsi sunt amici. quod enim voluptate afficit: bonū quoddā ijs est/ q̇
voluptatē amāt. dictū etiā est has amicitias nō multū cohęrere: nec multū eosdē ob voluptatē/ vtilita-
temq; fieri amicos. nā ea q̄ per accidens sunt: nō multū coherent/ ac iungunt̄. et cū amicitia ī has spe-
cies distributa sit: prauos ob voluptatē/ aut vtilitatē amicos esse: voluptatis scilicet/ aut vtilitatis ra
tione similitudinē subeūtes: studiosos aūt ꝓpter seipsos esse amicos. nā ea ratiōe qua boni/ studiosiq;
sunt. atq; eos absolute esse amicos: illos aūt per accidēs/ et quia his sunt similes.

Tautem in virtutibus alij habitu/alij actu boni dicuntur: sic et Cap. V. 20
v in amicitia. Amicorū eni alij simul viuentes gaudent se mutuo: bonaq; conferūt
alij dormientes aut locis seiuncti non operantur quidem: sed ita sese habent/ vt
operentur amice. loca namq; non dissoluūt amicitiā absolute: sed operationem. Quod
si diuturna absentia fuerit: amicitie quoq; videtur obliuionē efficere. vnde dictum est: 21
taciturnitas amicitias complures dissoluit. ¶ Atqui neq; senes neq; seueri videt̄ eē ad
amicitiā apti. Exigua eni afficiūt voluptate. nemo aūt ꝯuersari cū eo potest ꝙ dolorem
afferat/aut nō sit iucūd⁹. maxime nāq; natura videt̄ molestiā q̄dē fugere: oblectamenta
aūt affectare. ¶ Qui vero se q̄dē mutuo acceptant/non simul aūt viuūt: ij beniuolis ma 22
gis sunt similes/ q̄ amicis. Nichil eni tā propriū est amicorū q̄ viuere simul. Nā egen=
tes quidē/ vtilitatē affectāt. simul aūt viuere/ et ipsi beati. eteni solitarios q̄dē hos eē mi=
nime cōuenit. Ut simul autē degāt: fieri nō potest/nisi sint iucūdi eisdē gaudeāt qđ q̄dē
amicitia sodalicia videt̄ habere. ¶ Bonoꝝ igit̄ amicitia: maxime est (vt sepe diximus) 23
amicitia. Nā amabile q̄dē id et expetibile esse videt̄/ qđ est absolute bonū/ aut iucūdū:
vnicuiq; vero/ qđ ipsi est tale. bono aūt ꝓpter hec vtraq; bon⁹. ¶ Atuero amatio q̄dem 24
similis est affectui: amicitia vero habitui. Amatio nāq; nō min⁹ est ad inanimata. Ami=
ci autē amāt sese mutuo cū electiōe. electio vero ab habitu ꝓficiscit̄. ¶ Et volūt ijs bona
quos amāt/ illorū gratia: nō per affectū sed habitū. et amātes amicū id amāt quod sibi=
ipsis est bonū. vir eni bonus factus amicus/ bonū fit ei cui iā est amic⁹. Uterq; igit̄/ ⁊ id
quod sibi bonū est amat: et par reddit volūtate/ atq; iucūditate. dicit̄ eni amicitia equa=
litas. maxime autem hec bonorum amicitie insunt.

¶ Quinti capitis note. ¶ Opera amicitie sunt bene velle/ benefacere et cōcordare.
¶ Quintū cap. quattuor cōclusionibus/ et vno correlario partitum est.
Quinti capitis Cōmentari⁹ ad litterā. ¶ Prima conclusio. Quēadmodū et in ceteris virtutibus 20
alij habitu/ alij vero actu boni dicuntur: ita et in amicitia euenit. Nā amicorum alij simul cōuiuentes:
actu gaudent mutuo/ sibiq; bona cōferunt. alij autē aut dormientes/ aut locis semoti: nō operant̄ qui=
dem/ sed ita sese habent vt operari queant amice. nam loca non dissoluunt amicitiā absolute: sed ope=
rationē. verū si absentia diuturna fuerit: amicitie quoq; videt̄ obliuionem efficere. et hinc ortū est pro=
uerbiū/ amicitias cōplures: taciturnitas dirimit. ¶ Secūda ꝯclusio. Neq; senes/ itidē neq; difficiles: 21
sunt ad amicitiā apti. ¶ Primo. nam modica voluptate afficiunt/ aut tristitiā afferunt. at nemo con=
suetudinē/ conuersationē/ familiaritatēq; eius perferre potest: qui dolorē afferat/ aut nō sit iucundus.
nam maxime nobis insitū natura videt̄: molestiā fugere/ oblectamentaq; affectare. conuersari autem
presertim amicorū est. senes igitur/ atq; austeri/ difficilesq;: sunt perparū ad amicitiā apti. ¶ Tertia 22
conclusio. Qui se simul acceptant/ at non simul cōuiuunt: beniuoli poti⁹ q̄ amici censendi sunt. Nam
nichil tam amicoꝝ ꝓpriū est: q̄ simul viuere. egētes eni vtilitatē querūt: simul aūt viuere etiā ipsi bea=
ti. beatos eni minime solitarios esse conuenit. at vero vt simul cōuiuant fieri nequit: nisi sint iucundi/
eisdēq; gaudeant: quod amicitia: cōsuetudine/ atq; sodalitia prestare videt̄. igitur neq; senes/ neq; ad
conuiuendū difficiles: sunt ad amicitiā apti. Correlariū. Quapropter bonorum amicitia (vt iam sepe 23
dictū est) maxime est amicitia. Nā quod absolute bonū/ et absolute iucundū: maxime amabile/ atq; ex
petibile esse videt̄/ vnicuiq; vero quod ipsi tale est. at bonus bono propter hec vtraq; et absolute bonū
et iucundū: et sibiipsis bonū/ et iucūdū amic⁹ est. eoꝝ igit̄ amicitia maxime amicitia est ¶ Quarta cō= 24
clusio. Amatio affect⁹ est: amicitia vero habit⁹. ¶ Primo. nā amatio nō min⁹ est ad inanimata/ q̄ ani
mata: amicitia vero nō: sed cū redamatiōe est. nā amici se mutuo/ et cū electione amant. at vero electio
ab habitu ꝓficiscit̄. est igit̄ amatio potius affectus: amicitia vero habitus. ¶ Secūdo amici/ ijs volūt
bona: quos amāt/ et ipsorū q̄dē amatoꝝ gratia: nō per affectū/ sed ꝑ habitū. imo vero amātes amicum/
id etiā amāt quod sibiipsis est bonū. nā vir bonus fact⁹ amic⁹: bonū est ei qui amat/ cuiq; iā est ei ami=
cus. quo fit vt vterq; et bonū amici amet/ et amici gratia: et quod sibimet ipsi bonū est: et vt par volun=
tate/ atq; iucunditate reddat. astruitur eteni amicitia quedam equalitas. et que dicta sunt: maxime bo
norum amicitie assunt.

N seueris autem atq; senibus/ tanto min⁹ fit amicitia: quanto diffi= Cap. VI. 25
i ciliores sunt/ et minus congregationibus gaudent. Hec enim ad amicitiam ma=
xime spectare/ et ipsam efficere videntur. Quocirca iuuenes quidem cito: senes
autem non cito fiunt amici. non enim fiunt ijs amici/ quibus non delectant̄. similiter nec
seueri. Sed tales beniuoli quidem mutuo sibi sunt. etenim et bona volunt: et prompti
sunt ad necessitates. amici vero non valde sunt: propterea ꝙ non simul degunt. neq; se=
mutuo delectātur: que quidem ad ipsam amicitiam maxime pertinere videntur. ¶ Nō 26
fit autem vt amicitia perfecta multis quispiam sit amicus: quemadmodum nec vt com=
plures simul adamet. Est enim exuperationi similis. tale autem ad vnum aptum fieri.
¶ Multos vero eidem vehementer placere/ non facile est: fortasse autem nec bonos eē.

¶Oportet autem et experientiam accipere/et in consuetudine fieri:quod quidē est per-
27 difficile. ¶Ob vtilitatem autē ac voluptatem multis placere quis potest. Complures
28 enim sunt tales.et subministrationes manifeste breui in tempore fiunt ¶Harum autem
73 bent/ atq̄ querele. Nam cū sese mutuo pro vtilitate vtanť: semp indigent pluris. et minus ꝗ̄ oportet sese habere putant: atq̄ querūtur ex eo quia nō tot assequūtur quot idigent/ cū sint digni. Qui vero cōferūt beneficia/ nequeūt tot ꝯferre: quot indigēt ij in q̄s beneficia cōferūtur ❡ Videtur aūt vt duplex est iustū/ aliud sine scripto/ aliud lege: sic et eius amicitie que vtilitatis est gratia: alia moralis/ alia legitima esse. Fiunt igitur incusationes tū maxime: cū non per eandē cōmutant et dissoluūtur. Atq̄ legitima quidē est ea/ que in definitis cōsistit: et quedā est omino sordida de manu in manū: quedā liberalior/ ad tempus: sed per pactionē/ quid pro quo. est id quod debetur in hac/ manifestū: et non ambigiť. habet aūt dilationē ad amicitiā attinentē. Quapropter apud nōnullos hoꝝ nō sunt iudicia. sed arbitrātur eos oportere cōtētos esse/ qui fide cōmutarūt. Moralis aūt nō in definitis cōsistit: sed vt amico quidē largiť/ aut vt alij (quisq̄s is tandē sit) accipere aūt dignū esse censet/ equale aut plus: quasi nō dederit/ sed mutuauerit. Atq̄ si

nõ vt cõmutauit/dissolutio fit: incusabit. hoc aũt ideo accidit: quia oẽs vel plurimi/vo-
lunt quidẽ honesta: anteponũt aũt ea que prosunt. Atqꝫ honestũ quidẽ est beneficia cõ- 74
ferre: nõ vt vicissim suscipiant: vtile vero suscipere. ¶ Si potest igitur: dignũ reddere
oportet beneficiũ ijs que accepit: et sponte quidẽ. inuitus enĩ non est faciẽdus amicus.
errore igitur in principio facto: et beneficio a quo accipere nõ oportebat/suscepto (Non
enĩ ab amico/ nec ob ipm̃ id faciente) dissoluere ipm̃ oportet/ vt beneficio pro definitis
suscepto: atqꝫ polliceri/ cũ posset reddere. nã si nõ posset: nec dignũ is qui dedit/ipm̃ suo
munere censuisset. quare reddendũ est: si habeat facultatẽ. In principio aũt cõsiderãdũ
est: a quonã beneficiũ/et pro quo confertur: vt pro his suscipiat/aut non suscipiat illud. 75
¶ Existit aũt dubitatio: vtrũ eius qui suscepit: vtilitate metiri oporteat id quod reddi
debet. an eius qui ꝯtulit/beneficio? ¶ Qui nãqꝫ beneficiũ acceperũt extenuãtes idipm̃:
ea dicũt sese cepisse/ que parua erant illis: queqꝫ ab aliis licebat accipere. illi vero contra
ea que maxima rerũ erant suarũ: queque ab illis assequi nõ poterant/ et in periculis/ aut 76
necessitatibus talibus. ¶ An quia amicitia est ob vtilitatẽ: vtilitas eius qui beneficium
suscepit/mensura est statuenda? Hic est enĩ qui indiget: et huic fert opem vt accepturus
equalẽ. tantũ igit̃ auxiliũ fuit/ quantũ vtilitatis habuit hic. et reddendũ est igit̃ tantũ/ 77
quantũ ipe cõsecutus est: vel etiã plus. est enĩ magis honestũ. ¶ In amicitijs aũt q̃ sunt
ob virtutẽ/accusationes quidẽ nõ sunt. Mensure aũt similis est electio eius/qui benefi-
ciũ cõtulit. id enĩ quod est virtutis/ac moris precipuũ in electione cõsistit.

¶ Decimitertij capitis note. Equalitas: omnem amicitiã seu vtilis/seu delectabilis/siue honesti: ser-
uat/ Inequalitas aũt dissoluit.

¶ Decimũtertiũ cap. sex cõclusionibus/et vna dubitatione partitũ est.

Decimitertij Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. In amicitia studiosorũ: incusa- 71
tiones ac querele minime fiunt. ¶ Primo. qꝛ vt a principio dictũ est tres sunt amicitie: ob voluptatẽ
scilicet/ vtilitatẽ/ac honestũ. et in vnaquaqꝫ earũ inueniũtur amici: tũ pares/tũ ipares/in excellẽtiaqꝫ
cõstituti. Nã qui eque boni sunt: fiunt amici/ita ⁊ qui prestantior est inferiori/identidẽ et iucũdi: et pa-
res/et ipares: et ob voluptatẽ nihil minus in cõmodis pares/et ipares/ac differẽtes. ⁊ pares: tã amã-
do/q̃ ceteris equales esse oportet. impares aũt id mutuo reddere par est: ꝙ ipa excellentie ratio/digni-
tasqꝫ postulat. ⁊ in sola amicitia que vtilitatis gratia suscipit̃/ vel maxime/et nõ sine rõne: incusatiões
atqꝫ querele fiunt/ vt postea euadet manifestũ. nihil igitur mirũ: studiosorũ amicitiã incusationibus/
querelisqꝫ carere. ¶ Secũdo. qꝛ qui ob virtutẽ amici sunt: prompti sunt ad beneficia sibi mutuo cõfe-
renda. beneficia enĩ cõferre: et virtutis/et amicitie est. atqui qui hoc faciũt: nulla inter eos iurgia/in-
cusatiões/ querelcue insurgũt. cũ igitur ad hoc certati honestatis/studiosiqꝫ amici contẽdant/ac ꝓpe-
rent nulle prorsus inter ipos: accusationes/ac querele fiunt. nemo enĩ: et amanti/ et beneficia cõferẽti
succenset/ verũ si sit gratus beneficiis respondet. ꝙ si aliquãdo fiat vt eorũ aliquis in beneficijs cõfe-
rendis exuperet: cum id assequatur quod cupit/non incusabit amicũ. vterqꝫ enim vtriqꝫ bonũ affectat. 72
¶ Secunda cõclusio. In amicitijs que ob voluptatẽ cõstant nõ multũ incusatiões/ac querele fiũt. Nã
si simul degere gaudent: fit simul vtrisqꝫ quod vtriqꝫ appetunt. nõ igitur tũ fient incusationes/ac que-
rele. ꝙ si cõsuetudo iucũda nõ fuerit: ridiculus videbit̃/qui tũ delectantẽ accusabit/cũ ipi liceat nõ cõ- 73
uersari. nõ igitur in eiusmodi amicitijs: multũ incusationes ac querele fiunt. ¶ Tertia cõclusio. In
amicitia que vtilitatis gratia cõstat: incusationes locũ habent/ac querele. ¶ Primo. nã cũ se mutuo
pro vtilitate vtantur semꝑ pluris indigent/ et sese minus q̃ oportet habere putant/ suntqꝫ queruli ob
idipsum/ꝙ nõ tanta reportent/quãtis ipsi egent/sibiqꝫ videãtur digni. et qui beneficia cõferũt: neqũt
tot cõferre/quot ijs egent in quos beneficia cõferũt̃. in hac igitur amicitia merito accusationes fiunt/
ac querele. ¶ Secũdo. duplex iustũ esse videt̃: hoc sine scripto/illud vero scripto/atqꝫ lege. ita et ami-
citia vtilitatis duplex est: hec moralis/illa vero legitima. et maxime tũ fiũt incusatiões cũ nõ ꝑ eandẽ
amicitiã cõmutãt: et dissoluũtur amicitie. Et legitima quidẽ amicitia ea est: que in definitis/determi-
natisqꝫ cõsistit et quedã omino sordida est: vt que est de manu in manũ. quedã aũt liberalior: vt que ad
tẽpus vtilitatẽ prestat/ sed per pactionẽ quid pro quo. et in hac amicitia quid debetur manifestũ est: et
minime in cõtrouersiã venit/et habet dilationẽ ad amicitiã ꝑtinentẽ/atqꝫ gratiosam. quapropter apud
nonnullos: horũ non sunt iudicia/sed arbitrantur eos cõtentos esse oportere: qui fide cõmutauerũt. At
moralis nõ in definitis/determiatisqꝫ cõsistit: sed vt amico quis largitur/aut alteri cuipiã: ita se acci-
pere/dignũ esse censet/aut equale/aut plus: quasi ipe non dederit/sed cõmutauerit. atqꝫ si non capit/vt
cõmutauit: soluitur amicitia/et queret̃/ac accusabit. Et hoc ideo accidit/quia aut oẽs aut plurimi vo-
lunt quidẽ honesta: anteponũt aũt ea que prosunt. honestũ enĩ beneficia cõferre/nõ vt vicissim suscipiã-
tur: vtile vero suscipere. in hac igitur amicitia incusationũ cause sunt: fiuntqꝫ merito incusationes/ac
querele. ¶ Quarta cõclusio. Si potest amicus/sponte paria reddere debet/beneficiaqꝫ cõpensare. Nã 74
si potest: beneficiũ ꝓ dignitate ijs que accepit cõpensare oportet/ et sponte quidẽ: nõ enĩ cogitandũ est
inuitũ sibi bñficia cõtulisse amicũ: et quasi errore in pricipio facto bñficiũ susceperit/ a quo suscipere
nõ oportebat. nã nõ suscepisset ab amico/ ⁊ ob idipm̃ id faciẽte. et beneficiũ dissoluere oportet vt bene-
ficio pro definitis in legitima amicitia suscepto/aut cũ soluendo satis sit: cõpensationẽ polliceri. nã si
reddere nõ posset: neqꝫ is qui dedit/ipm̃ suo munere dignũ censuisset. quare sponte amico beneficiũ (si
facultates assunt) recognosceudũ est. attamẽ in principio cõsiderandũ est: a quonã/ et pro quo benefi-

75 cium cõfertur: vt a quo/ & pro quo oportet suscipiat/ aut nõ suscipiat illud. ¶ Dubitatio. Utrũ beneficiũ: suscipientis vtilitate metiri oportet quod rependendũ est/ aut potius merito eius qui beneficiũ cõtulit. et id quidẽ non ab re dubitationẽ habet. Nã qui beneficiũ acceperũt: idipm attenuãtes/ dicũt ea sese accepisse: et que exiguola illis (qui cõtulerũt) erant/ et que ab alijs licebat accipere. contra aũt qui cõtulerunt: dicũt ea cõtulisse/ que maxima suarũ rerũ erant/ et que ab alijs: in periculis/ atq; hmõi ne-
76 cessitatibus minime assequi poterãt. ¶ Quinta cõclusio. Utilitas accipiẽtis/ potius mensura esse debet: vt quantũ cõsecutus est vtilitatis/ tantũ rependat beneficij/ aut amplius. Nã hec amicitia ob vtilitatẽ est. vtilitas aũt est eius qui beneficiũ suscipit. indiget enĩ hic: et huic alter fert opẽ/ parẽ gratiã accepturus. tantũ igit̃ auxiliũ fuit: quãtũ et hic vtilitatis accepit/ tantũq; debet ꝯpensandũ beneficiũ meditari. reddendũ igitur tantũ est/ quantũ ipse cõsecutus est beneficij/ vel etiã amplius. id enĩ vltimũ
77 magis honestũ est. ¶ Sexta conclusio. In amicitijs que sunt ob virtutẽ: mensura est referende gratie/ bñficiũ cõferentis electio. Nã in ijs amicitijs accusatiões et querele nulle sunt. & virtutis/ atq; moris quod summũ/ precipuũq; est: in electione cõsistit. erit igitur in hisce amicitijs mensura referende/ gratie ex parte electionis pensitanda.

78 Vero dissentiũt et ĩ amicitiis que ĩ excellẽtia cõsistũt. Nã vterq; Cap. XIIII.
a dignũ existimat/ plus habere. atq; cũ hoc nõ fit: dissoluit̃ amicitia. qui nãq; prestabilior est/ plus habere oportere se putat: plus enĩ tribuendũ est bono. eadem censet/ et qui magis vtilis est. Si nãq; quispiã inutilis sit/ nõ equale inquiũt ipm habere oportere. subministrationẽ enĩ et non amicitiã fieri dicunt: si non pro dignitate operũ ea fuerint que ab amicitia fiunt. Nã vt in pecuniarũ societate plus ij capiũt qui plures pecunias cõferũt: sic arbitrant̃ et in amicitia fieri oportere. qui vero eget et qui est inferior cõtra. ad amicũ nãq; bonũ: spectare censet/ egẽtibus opem ferre. Quid enĩ prodest in-
79 quiũt amicũ esse quẽpiã studioso viro aut potẽti: si nihil cõsecuturus sit inde? ¶ Videtur aũt vterq; recte censere. Atq; plus quidẽ vtrisq; est ex amicitia tribuendũ. non tamẽ eiusdẽ. sed excellẽti quidẽ honoris: egenti aũt lucri. Uirtutis enĩ et beneficẽtie premiũ/ honos est. indigẽtie vero auxiliũ/ lucrũ. ¶ Hoc ita se habere et in rebus publicis cõstat. Non enĩ is honorat̃/ qui nihil boni reipublice pstat. id enĩ quod est publicũ ei tribuitur qui beneficia in rempublicã cõfert. At honor publicũ est. Non enĩ fit/ vt simul quisquã pecunias a republica atq; honorẽ accipiat. nemo nãq; fert ĩ oĩbus minus habere. Qui igitur in pecunijs ĩminuitur/ ei honorẽ tribuũt. q̃ vero munera suscipit/ ei pecunias dãt. Quod enĩ fit pro dignitate: id equat et cõseruat amicitiã/ vt est dictũ: sic igitur et ijs est agendũ atq; cõgrediendũ/ qui ĩpares sunt. Et is qui in pecunijs aut virtute vtilitatem accipit reddat honorẽ oportet/ id reddendo quod potest. Amicitia nãq; id exposcit qđ fieri potest: nõ id quod est pro dignitate. Neq; enĩ in omibus est: vt in honoribus erga deos/ atq; parentes. nemo enim vnquã dignum reddere potest. Sed qui quoad potest
80 obsequitur: bonus et equus esse videtur. ¶ Quapropter videbit̃ patrẽ quidẽ nõ licere filio abdicare: filiũ aũt patri licere. Debentẽ enĩ reddere oportet. at quicquid egerit: nihil vnquã ijs dignũ fecerit que a patre suscepit. quare semp debet. Quibus aũt debetur potestas est dimittẽdi. igitur et patri. simul aũt nemo forsitan vnquã sese mouere videt̃: nisi ille exuperet prauitate. Nã absq; amicitia naturali: humanũ est/ auxiliũ nõ negare. illi autem fugiendum est/ aut non studendũ opem afferre: cum sit prauus. pleriq; enim suscipere quidem beneficia volunt: conferre autem nolunt: at fugiunt vt inutile. Sed de his quidem eousq; sit dictum.

¶ Decimiquarti capitis note. ¶ Prima amicitia. omniũ amicitiarum que in excellentia sunt exemplar est: ideo errare non potest: qui ad eius imitationem ceteras regulat. Prima amicitia est que est mortalium ad deum.

¶ Decimũquartũ cap. duabus cõclusionibus/ et vno correlario. partitũ est.

78 ¶ Decimiquarti Capitis cõmentarius ad litteram. ¶ Prima cõclusio. In amicitijs que in excellẽtia consistunt: itidẽ & dissentiones/ et querele fiunt. Nam vterq; se dignũ existimat plus habere: et cum hoc nõ fit: disperit/ soluiturq; amicitia. nam qui prestabilior est: se plus habere oportere putat: quãdoquidẽ plus tribuendũ bono est. et eadem censet qui magis vtilis est: si enĩ quispiã sine vtilitate est/ non dignũ putant ipm habere equale: & subministrationẽ/ atq; famulatũ fieri aiunt superiores/ non amicitiam: nisi pro dignitate ea fuerint/ que ab amicitia proficiscũtur. nam vt in pecuniarũ societate plura capiunt ij: qui plura erogarunt: sic et in amicitia fieri debere arbitrantur. qui vero inopia premitur/ et qui inferior est cõtra: boni amici officiũ esse censet/ egentibus opẽ afferre. quid enĩ prodest (inquint) quempiã viro studioso/ aut potẽti amicũ esse: si nihil emolumẽti cõsecuturus sit inde? in his ergo ami-
79 citiis manifestũ est dissentiones/ ac querelas esse. ¶ Secunda conclusio. In eiusmodi querelis: vterq; quodãmodo recte censet/ se dignũ esse plus habere. ¶ Primo. nã vtrisq; plus ex amicitia tribuendũ est: at non eiusdẽ. sed excellenti plus honoris: indigẽti vero plus lucri. virtutis enĩ/ ac beneficẽtie premiũ: honor est. indigentie vero auxiliũ: lucrũ. iure igitur/ amicitie quodã modo vtriq; plus tribuendũ

est. ¶ Secundo. nā id ita se habet: et in rebus publicis. nō enī is/ qui reipublice nihil boni attulit: honoratur/ sed qui in rem publicā beneficia contulerit. eiq; tribuitur: quod publicū est. id aūt honor est. neq; fit vnq̄ vt quispiā simul lucrū/ ac honorē a republica accipiat. nemo enī fert: in oībus minus habere. quibus igitur pecunias nō dant: eis tribuūt honorē. et qui nō honorē/ sed munera suscipit: ei pecunias dant. quod enī fit pro dignitate (vt iam quoq; dictū est) id equat/ cōseruatq; amicitiā. sic igitur et in ijs amicitijs que impariū sunt agendum/ atq; congrediendū est: vt is qui pecuniarū/ aut virtutis: cōmodū acceperit/ repēdat honorē: id quidē reddendo quod potest. amicitia enī id exposcit quod fieri potest: nō enī semp quod ꝓ dignitate. neq; enī in omībus id fieri potest. vt in honoribꝫ erga deos/ atq; parētes. nemo enī deo/ atq; parētibꝫ vnq̄ dignū reddere potest. sed qui pro virili/ et quoad potest assequatur: bonus et equus esse videtur. ¶ Correlariū. Hinc fit vt videatur nō licere filio/ patrem abdicare: patri vero abdicare filiū/ licere videat̄. Nā qui semp debet: abdicare nō potest/ et semp reddere oportet at filiꝰ semp debet: ꝛ q̇cq̇d egerit nihil vnq̄ ijs dignū facere poterit: q̄ a patre suscepit. nō igit̄ patrē ei abdicare licet/ sed semp ei debet. Q; si vero patri liceat: hic constat. nā q̇bus debet̄: potestas est dimittendi/ beneficiūq; negandi. patri aūt semp debetur igitur ipsi dimittendi potestas est/ filiūq; abdicādi quod etsi ita est: simul tamen cū hoc nullꝰ videtur/ filijs beneficiū substraxisse: nisi excellenti prauitate infensus. nam et sine amicitia naturali: humanū est beneficij auxiliū nō negare. patri aūt tū fugiendū est/ aut non studendū filio opē afferre: cū prauus est. pleriq; enī suscipere beneficia volūt: cōferre autē nolūt. at id tanq̄ inutile faciūt. sed de his abūde. Octaui Ethicorū Aristotelis finis. 80

Cap. I.

In omibus aūt amicitijs/ que sunt dissimiles specie: cōparatio rationū equat/ atq; cōseruat amicitiā vt est dictū. vt et in ciuili societate sutori pro calceamentis/ et textori/ et ceteris pro dignitate ꝑmutatio fit. Atq; hic quidē cōmunis habet̄ mensura/ numus ipse: ad quē omīa referūtur/ et quo mensurant̄. ¶ In amatoria aūt amicitia/ interdū amator querit̄ ꝙ supra modū amans/ nō vicissim amat̄/ nihil habens forte amabile: interdū is qui adamat̄ ꝙ cū prius cūcta polliceret̄: nūc nihil facit. Fiunt aūt talia: cū ille quidē ob voluptatem adamatū/ hinc aūt ob vtilitatē diligit amatorē: et hec nō assunt vtrisq;. Nā cū propt̄ hec sit amicitia/ fit dissolutio: cū ea nō fiunt/ gratia quorū amabāt. nō enī se mutuo amabāt: sed ea q̄ inerāt/ que nō permanēt. quapropt̄ tales et amicitie sunt. Morū vero amicitia/ cum per se sit/ permanet vt est dictū. differūt aūt/ et cū alia fiunt ipsis/ et nō ea que appetunt. est enī simile ac si nihil fieret: cū non id assequitur quod affectat. Quale fecit et qui citharedo pollicebatur: quāto melius cātaret/ tanto se plura daturū. postridie vero reposcēti ꝓmissa: voluptatē reddidisse dixit pro voluptate. si igit̄ vterq; hoc affectaret: satis vtiq; haberet. sin vero ille voluptatē/ hic lucrū affectabat: et alter habet/ alter nō habet: non bene sese habet ipa societas. Quorū enī indiget vnusquisq; hec et assequi vult: et horū gratia dabit ea que habet. ¶ Vtrius aūt est estimationē facere: eius ne qui dat an eius qui primo accepit? Nā qui dat videt̄ illi ꝑmittere: quod quidē et Protagoram fecisse aiunt. cū enī docuisset ea que profitebatur: discipulū existimare iubebat/ quāti ipi videtur ea que scit. et tantū accipiebat. Nōnullis aūt talibus satis est illud. 2

Sufficiens socio merces sane est statuenda.

Qui vero prius acceperūt argentū/ deinde nihil eorū que ꝓmiserūt ob exuperationem promissionū efficiunt: merito incusantur. nō enī perficiūt ea que pepigerūt. hoc fortasse sophiste facere cōpellūtur/ quia nemo daret pro ijs que sciunt argentū. hi igit̄ (ea ꝓ quibus acceperūt mercedē/ non efficiētes) merito accusant̄. ¶ Eorū autē in q̇bus subministrationis nō fit pactio/ qui propter seipsos exhibent: incusatiōibus carent: vt diximus: talis est enī ea amicitia/ que ob virtutē cōflatur. remuneratioq; faciēda est electione: hec enī est amici atq; virtutis. Sic est faciendū et in societate que fit ob philosophiā. nō enī tante dignitati rei/ pecunie equari possunt. nec honos paris vnquā fiet momenti. sed satis est forsitan: vt ad deos atq; parentes id quod fieri potest. Q; si datio non sit talis sed pro aliquo maxime quidē oportet forsitan retributionē fieri/ vt vtriusq; videt̄ esse ꝓ dignitate. Si vero hoc nō accidit/ nō solū necessariū/ verū etiā iustū esse videbit̄: ipm prehabentē hanc ipsā statuere. nā si quantū hic vtilitatis habuit/ aut pro quanto voluptatē expetit/ tātū ille receperit: dignitatē de hoc remuneratione habebit. Etenī in rebꝰ venalibus ita fieri videturr. Et quibusdā in locis sunt leges que vetant/ sponte actarū cōtractionū iudicia esse: propterea ꝙ oportet vnūquēq; ad eū qui credidit sic dissolutionē facere/ vt societatē cōtraxit. putāt enī eū iustius esse statuere cui permissum est q̄ eū qui ꝓmisit. Etenī plerūq; nō eq̄ estimāt q̄ hn̄t et q̄ acipe volūt. sua enī cuiq;/ et ea q̄ dat: multo videntur ꝑcio digna. attū retributio fit ea (quā statuūt ij q̄ capiūt) quātitate. Opʒ aūt fortasse: nō tāti estimare: quāti videt̄ dignū habēti: sed quāti estimabat anteaquā haberet. 3

¶ Primi capitis note. ¶ Ut tenaciꝰ hereāt: nonnulla que prius tractauit Aristoteles: ferme resumit.
¶ Contendũt: anceps vocabulũ/ contentionē agũt/ et disserũt. prima significatiōe vsus est Leonardꝰ/ et secunda Argyropilus.
¶ Primũ cap. tribus conclusionibus partitum est.

1 Primi capitis Cōmētariꝰ ad litterā. ¶ Prima ꝯclusio. In oībꝰ cũ inequaliũ tũ equaliũ amicitiis
vicissim rependere beneficiũ: saluat amicitiā. ¶ Primo. nam in oībus amicitijs que specie dissimiles
sunt/ vt inequaliũ: cōpensando secundũ rationũ cōparationē (vt iā quoq̧ dictũ est) saluat amicitiā. et
in amicitijs similibus vt equaliũ/ quemadmodũ in societate ciuili: identidē. vt cũ sutori pro calceis ꝓ
dignitate fit ꝑmutando ꝯpensatio/ et textori/ similiter et ceteris. vicissim igiť repēdere beneficiũ: oēm
amicitiā seruat incolumē. ¶ Secũdo. si alteri desit quod repēdat: querele fiunt/ et soluitur amicitia.
vt in amicitia amatoria interdũ querulať amator: ꝙ impatienter amās/ non vicissim redameť: cũ nihil
ipse habeat quo dignꝰ sit amari. Interdũ vero qui amať querulꝰ est: ꝙ cũ prius cũcta polliceret amans
nunc aũt nichil opere ipso exsequiť. et hoc tũ precipue fieri solet: cũ amator ob voluptatē diligit ama-
tum: amatus aũt ob vtilitatē ipsũ amatorē. hec aũt tũ non assunt vtrisq̧/ iccirco cũ propter hec fit ami
citia: soluitur ꝓtinꝰ/ cũ ea non fiunt gratia quorũ suscipiebať amicitia. nō eni se mutuo amabant: sed
ea ipsa que penes eos erāt/ quequidē non ꝑmanent. quapropter merito et tales amicitie sũt: momenta-
nee scilicet/ atq̧ fugaces. virtutũ autē amicitie cũ ꝑ se sint/ et semper assit repensione dignũ: durant vt
dictũ est. vicissim igitur repensum beneficiũ: amicitie incolumitatē saluat. Contendũt etiā cũ quicq̇d
rependitur/ et aliqua fiunt ipsis: sed nō ea que appetunt. nā tũ simile ipsi est/ acsi nichil prorsus fieret:
si non id assequitur/ quod ipse affectat. quale fecit et qui cithar edo pollicebatur/ quāto melius caneret
tanto se plura daturũ: postridie vero ꝓmissa reposcenti: voluptatē se reddidisse dixit pro voluptate. si
vterq̧ id affectaret/ satis vtiq̧ haberet: sin minus/ sed ille voluptatem: hic vero lucrũ affectabat: et ille
voluptatē habet/ hic vero lucrũ nō habet: nō amicabiliter sese habet hec societas. quoꝝ eni vnusquisq̧
2 indiget: hec et assequi cupit: et horũ gratia que ipse habet et largiť. ¶ Secũda cōclusio. In hac pensi-
tanda beneficiorũ cōpensatiōe: potiꝰ accipientis q̃ꝫ tribuentis estimatio sequenda est. Nā qui dat vide
tur accipienti ius/ arbitriũq̧ estimatiōis permittere: quod et Protagorā fecisse aiũt. cũ eni docuisset
ea que ꝓfitebatur: discipulũ estimare iubebat quanti sibi videreť illa que ab eo ꝑcepisset: et tantũ ac-
cipiebat. et nōnullis in talibus satis id est: ipsa viro merces/ dignus quicũq̧ laborat. at qui priꝰ bene-
ficiũ pecuniarũ acceperũt: deinde nichil eoꝝ que pacti sunt ob ꝓmissionũ magnitudinē efficiunt: me-
rito querelis incessuntur. nā non ea ꝑficiũt: que ipsi pepigerũt. Et hoc fortasse sophiste facere cōpellũ-
tur: quoniā nemo sanus pro ijs q̃ sciũt daret pecunias: qui ⁊ ijdē cũ ea (pro q̇bus acceperũt pecunias)
3 non efficiũt: merito accusantur. ¶ Tertia cōclusio. In ijs in q̇bꝰ nō fit mutuo subministratiōis pactio
vt in ijs q̇ ꝓpter seipsos beneficiũ exhibent: accusatiōes locũ nō habent. id eni iā dictũ est. nā ea amici-
tia est ob virtutē: vbi remuneratio electiōe facienda est. electio eni: et amici/ et virtutis est. et ita quoq̧
faciendũ/ in ea cōgressione: que ob philosophiā est. nō eni numis tāta rei dignitas estimari potest: neq̧
preciũ vnq̧ equiualens prestari. sed satis forte fuerit: vt ad deos/ atq̧ parentes id quod fieri potest.
Uerũ si datio tante maiestatis non fuerit: sed aliquo/ aut vtili/ aut voluptario: retributio forte faciēda
videbitur/ vt vtrisq̧ ꝓ dignitate esse videť. et si hoc ita euenire non potest: non modo necessarium/ sed et
iustũ esse videť: vt q̇ beneficiũ accepit/ statuat/ atq̧ estimet. nā si quantũ cōmodi perceperit: aut ꝓ quo
voluptatē expetijt tantũ is (qui beneficio affecit) susceperit: dignā hac in re cōpensationē habere vide-
bitur. nā et in rebus venalibꝰ ita fieri videť. et in quibusdā locis legibus cauetur: ne spontanearũ cō-
tractionũ iudicia fiant: quasi vnāquāq̧ eiusmodi cōtractionũ dissolui oporteat illi: qui alteri estima-
tionis fidē credidit: quēadmodũ et societatē contraxit. putant eni iustius esse eũ statuere/ atq̧ estima-
re cui permissum est: q̃ꝫ eũ qui permisit. nā plerũq̧ non eque existimant qui habent/ et qui accipere vo-
lunt. sua eni quisq̧/ et qui dat multi estimat. verũ cōpensatio ea sit: quā statuũt ij qui acceperunt/ valo-
risq̧ quantitatē agnouerũt. Et forte sanũ est non tanti estimare: quanti videbiť possidenti/ sed quanti
idipsum faciebat priusq̃ꝫ possideret.

4 Abent aũt et talia dubitationē: vtrũ oporteat oīa patri tribuere/ Cap. II.
h in oībusq̧ optemperare: an egrotanti quidē parendũ sit medico: deligenti vero
ducē exercitꝰ: deligendꝰ sit/ rei militaris peritissimꝰ hō: Simili modo: vtrũ ami-
co sit potiꝰ/ an studioso subministrandũ. ¶ Et benefactori reddēda sit gratia/ an sodali
potiꝰ dādũ: si vtrũq̧ fieri nequeat. Oīa igiť talia/ exacte determinare/ nō est facile. mul-
tas eni ac varias habent differentias: et magnitudine/ et paruitate/ ⁊ honestate/ atq̧ ne-
5 cessitate. ¶ Uerũ nō oīa eidē eē tribuēda/ non est obscurũ. Atq̧ beneficia plerũq̧ red-
denda sũt potiꝰ q̃ꝫ est largiendũ amicis: sicut et mutuũ reddendũ est potiꝰ cui debeas/ q̃ꝫ
dandũ sodali. Fortasse aũt neq̧ hoc agendũ est sēper: vt redēptũ a ꝑdonibꝰ vtrũ cũ qui
ipse redemit/ redimere vicissim oporteat q̇cũq̧ is sit: aut nō capto q̇dē/ repetēti vero mu
tuũ/ reddere: an redimere patrē: Uidebiť eni patrē potiꝰ q̃ꝫ se etiā redimere illũ oporte
re. Debitũ igitur (vt diximꝰ) simpliciter est reddendũ. si vero datio honestate/ aut neces-
6 sitate excedat: ad hec ipsa est declinādũ. ¶ Interdũ eni neq̧ est equũ beneficiũ retribue
re: cũ alter quidē in studiosũ sciens studiosũ esse/ contulit beneficiũ: alter autē illũ flagi-
tiosũ esse existimat. Nōnũq̃ꝫ eni nec ei q̇ mutuauit/ vicissim est mutuandũ. Nā ille q̇dem
putans se recepturũ/ bono mutuauit viro: hic aũt nō sperat a prauo recipere. Siue igiť

reuera hoc sic se habeat:non equalis est dignitas.siue nõ ita quidẽ se habeat/putet aũt 7
sic se habere:nõ videbitur absurde facere. ¶Quod igiꝛ sepe est dictũ:sermões q̃ de af-
fectibꝰ/actibusue fiunt:perinde habent definitionẽ:vt ea circa que sũt. Non eadẽ igitur
vniuersis esse reddenda:neq; patri cũcta (queẽadmodũ neq; Joui sacra oĩa danꝛ) nõ est
obscurũ.ꝙ si diuersa tribuẽda sunt parentibꝰ/et fratribꝰ/et sodalibꝰ/⁊ beneficis:tribuẽ-
da sũt singulis sua/queq; ad queq; accõmodanꝛ.Sic aũt et facere videnꝛ.nã ad nupti-
as vocant cognatos.genꝰ eni ijs est cõmune.quare et actus q̃ circa hoc sunt.et ad spon 8
salia etiã maxime cognatos propter idẽ putãt accedere oportere. ¶Videbitur autem
parentibus maxime alimentis filios vt debentes/opitulari oportere:et honestiꝰ esse ijs
qui causa sunt essendi/q̃ sibiipsis subuenire.Honorẽ etiã vt dijs tribuere oportet/non
oẽm aũt parentibꝰ:neq; eundẽ patri matriq;/neq; sapienti/aut imperatori.sed patri pa
ternũ:et similiter matri maternũ.Omni quoq; seniori honor est tribuẽdus/qui ad eta-
tem accõmodatur:assurgendo/locũue cedendo/et talibꝰ.sodalibꝰ aũt atq; fratribꝰ pre-
standa est libertas/oĩmq; cõmunitas.atq; cognatis/et ijs qui sunt eiusdẽ tribꝰ/et ciuibꝰ
ac ceteris vniuersis semper est enitendũ:id quod accõmodaꝛ tribuere:et cõparare:que
insunt singulis ratione familiaritatis/et virtutis/aut vtilitatis.eorũ igiꝛ qui generis sũt
eiusdẽ/facile est iudiciũ:differentiũ aũt est difficilius.non tamen ob hoc desistendũ est:
sed vt fieri potest/ita est distinguendum.

Secũdi capitis note. ¶Vestigia amicitie parentũ ad liberos:ferme in oĩbꝰ animalibꝰ ad suos fetꝰ
Ciconie visuntur/et amicitie liberorũ in parentes in Ciconijs.Et Cimon Atheniensis Milciadis filius: qui
Cimon Xercem terrestri/naualiq; bello superauit/et trepidũ in suũ se regnũ recipere coegit: tanta pietate in
Milciades patrẽ fuisse memoraꝛ/vt cũ ob crimẽ peculatꝰ in carcerẽ coniectꝰ/defunctꝰ esset:eiꝰ sepulturã vinculis
Xerxes in se translatis redemerit.Justinus.
Justinus

¶Secundũ cap.tribus questionibus/et quatuor conclusionibus partitum est. 4

Secũdi capitis Cõmentarius ad litterã. ¶Tres questiones.Prima. Vtrũ oporteat oĩa patri tri
buere/et in oĩbus ei obedire:vt vtrum egrotanti potius q̃ patri parendũ sit:an medico.et vtrũ deligẽ-
ti ducẽ belli pater deligendꝰ sit/an rei militaris peritissimꝰ homo. ¶Secũda. Vtrũ amico potius/an
studioso subministrandũ sit. ¶Tertia. Vtrũ benefactori referenda sit gratia/an amico potiꝰ tribuen
dum:vbi fieri nequit vtrũq;.oĩa eni hec exacte determinare nõ est facile.nã multas habẽt differẽtias 5
nũc magnitudine/et paruitate/nũc honestate/et necessitate. ¶Prima ꝯclusio.Nõ oĩa eidẽ sũt tribuẽ-
da.Nã beneficia reddẽda potiꝰ sũt:q̃ largiendũ amico:vt mutuũ reddẽdũ potiꝰ est cui debeas: q̃ dã-
dum sodali.sed forte id non semper agendũ est.vt vtrũ redemptũ a latronibꝰ/eũ qui ipm redemit redi
mere oporteat quicũq; is sit:an patrẽ simili necessitate detentũ.et vtrũ ei qui mutuũ dedit/nõ capto q̃-
dem sed mutuũ repetẽti:reddere oporteat:an captiuũ patrẽ redimere.In ijs et cõsimilibus videꝛ pa-
trẽ potius/q̃ seipsũ etiã redimere oportere.debitũ ergo vt dictũ est simpliciter:nullaq; maiore aut ho
nestate/aut necessitate intercedẽte reddendũ est.verũ si aut honestatis/aut necessitatis intercedat exces 6
sus:ad hec ipsa/dãdo declinandũ est. ¶Secũda ꝯclusio.Interdũ non est equũ beneficij vicẽ repende-
re.Nam fieri potest vt alter in studiosũ/et studiosũ esse cognoscens cõtulerit beneficiũ:alter aũt flagi
tiosum esse existimat/cui non semꝑ beneficij vices rependende sunt.vt si interdũ mutuauit pecunias:ei
non vicissim est mutuandũ.nam flagitiosus se recepturũ putans/bono mutuat viro.bonus autem vbi
mutuaret/non sperat amplius mutuum recipere a prauo.et siue res ita se in veritate sit habitura/non
equalis est dignitas/siue non ita quidẽ se sit habitura/putet autẽ studiosus rem sic se habere: non vide 7
bitur absurde facere.non igiꝛ semꝑ equũ est similes beneficij vices rependere. ¶Tertia cõclusio.Nõ
eadẽ omnibus tribuere par est:neq; quidẽ patri oĩa/sed que vnicuiq; pro dignitate accõmodanꝛ.Nã
vt iam quoq; sepius dictũ est:sermones qui de affectibꝰ/agendisq; humanis fiunt: perinde habẽt de-
terminationẽ/vt ea circa que versantur.nõ igitur omnibus eadẽ tribuẽda sunt/neq; patri quidẽ omĩa:
vt neq; deo omnia sacra danꝛ.si ergo diuersa tribuenda parẽtibꝰ/fratribꝰ/sodalibꝰ/ et beneficis : tri-
buenda sunt singulis sana/et que ad queq; sunt accõmodata.Sic eni et facere videnꝛ. nã ad nuptias
vocant cognatos/ꝙ ijs genus cõmune est:quare et actus qui generis gratia sunt.et hãc ob causã ma- 8
xime omniũ ad spõsalia cognatos/et generis affinitate ꝓpinquos accedere oportere putãt. ¶Quar-
ta conclusio.Filij sũmopere parentibus alimenta debent/et vt dijs suo modo honorẽ dare:senioribꝰ as-
surgere/locũq; cedere/fratribus equã libertatẽ/omniũq; cõmunionẽ:et vnicuiq; quod sibi accõmoda
tũ est.Nam parẽtes filijs fuerũt causa essendi:et ꝓinde maxime videꝛ filios parẽtibꝰ alimentis opitu-
lari oportere:et honestius esse ijs qui sibi sunt causa essendi/q̃ sibiipsis subuenire. debent et honorem
patri/non quidem omnem:neq; enim patri eundem/et matri eundem/neq; sapienti et imperatori : sed
patri honorem debent paternum/matri maternum/omni seniori honorem tribuere qui ad etatem ac-
commodatur assurgendo/locumq; cedendo et similibus.fratribus et sodalibus prestanda est equa li-
bertas/et bonorum communitas/et cognatis/et qui eiusdem tribus sunt/et ciuibus/et ceteris vniuer-
sis semper enitendum est id tribuere:quod vnicuiq; accommodatur:et comparare que singulis ratio-
ne familiaritatis/virtutis/aut vtilitatis assunt:vt vnicuiq; pro dignitate fiat. et eorum qui eiusdem
generis sunt facilis est huiusce rei deprehensio : vbi autem non est generis affinitas : difficilius. ve-
rumtamen/eam ob difficultatem / minime desistendum est : sed q̃ fieri potest hoc pacto inter eos est
distinguendum.

89

9 Est etiã dubitatio: si dissoluẽde sint amicitie nec ne: ad eos q̃ nõ pma= Cap.III
e nent. ❡ An ad eos q̃ ob vtilitatẽ aut voluptatẽ amici sũt/ cũ hec nõ habẽt: nõ est
absurdũ dissolui? Illorũ eñi erant amici: quib⁹ deficientib⁹/ ratiõi cõsonũ est nõ
amare. Incusauerit aũt quispiã: si ob vtilitatem aut voluptatẽ amãs: ob mores simulat
amare. quod eñi superius dixim⁹: plurime fiũt incusatiões inter amicos: cũ nõ similiter
putãt/ et sunt amici. cũ igit̃ quispiã sua se opiniõe fefellerit/ putaueritq̃ ob mores amari
nichil illo tale agente: tũ seipsũ: is accusare debet. Cũ vero a simulatiõe illi⁹ decept⁹ fue=
rit/ tũ eũ qui decepit iustũ est accusare: et magis q̃ eos qui numos adulterinos confici=
10 unt: quanto maleficiũ ipsum circa prestabilius est. ❡ Q̃ si acceptat vt bonũ: factus est
autẽ prauus/ atq̃ videt̃: est ne amandũ? An impossibile est siquidẽ non oẽ quoduis est
amabile sed bonũ. neq̃ aũt dignũ est prauũ amicũ habere: neq̃ oportet. nõ eñi amato=
rem prauorũ esse oportet: neq̃ similẽ euadere prauo. dictũ est autẽ simile simili esse ami=
11 cum. ❡ Est ne igit̃ stati amicitia dissoluẽda/ an nõ oĩs: sed in qua est incurabilis ob pra=
uitatẽ? Qui aũt emendari possunt/ ijs magis ferẽdũ est in morib⁹ auxiliũ q̃ in pecunijs:
quãto prestabiliores sunt et magis amicitie ꝓprij. Nichil aũt absurdi videbit̃ facere/ q̃
amicitiã dissoluit. nõ eñi huic aut tali amic⁹ erat. cũ igit̃ mutatum ad priores mores re=
12 digere nequeat: sese ab illo seiũgit. ❡ Q̃ si alter permaneat: alter magis bonus euadat:
multũq̃ virtute differat: est ne vtendũ amico? An fieri nequit? In magna autẽ distãtia
maxime manifestũ fit: vt in amicitijs que a pueritia cõtrahuntur. Nã si alter mente per=
maneat puer: alter optimũ in virũ euaserit: quonã modo fuerint amici? cũ neq̃ eadẽ ip=
sis placeant/ neq̃ eisdẽ gaudeãt/ doleãtq̃. Neq̃ enim hec erũt in ipsis. sine vero his esse
13 amici nõ possũt. simul eñi ipsos viuere/ ĩpossibile est. Atq̃ de his ante dixim⁹. ❡ Opor=
tet ne igit̃ ipsũ nõ sec⁹ ad illũ sese habere/ q̃ si amic⁹ nũquã fuisset? an facte memoriã cõ=
suetudis habere oportet. Atq̃ vt amicis potiusq̃ extraneis arbitramur gratificari opor
tere: sic ⁊ ijs qui fuerũt amici/ tribuendũ est aliquid ob amicitiã que antea fuit. cũ nõ ob
exuperationem prauitatis est dissolutio facta.

❡ Tertij capitis note. ❡ Qui se putat ob mores amari/ nichil tale agẽs vnde amari dign⁹ sit: apolo= Aristotelici.
go corui cui assentat̃ vulpes ludit̃. ❡ Problema inter Platonicos et Aristotelicos: q̃ homo sit mens. Platonici
Platonici vt Porphiri⁹/ Jamblic⁹/ Proculus/ Plotin⁹ contendũt solũ hominem esse mentẽ quod ex Porphyri⁹
Phedone Platonis: sententia Socratis summopere cõfirmari volũt. Aristotelici vero non solum esse Jamblicus
mentẽ: sed mentẽ partẽ esse hominis. Verũ si a parte denominandus esset: maxime omniũ mens dicen= Proculus
dus esset vt a digniori/ insigniorique appellatione. Plotinus
❡ Tertiũ cap. quinq̃ questionibus partitum est. Socrates

9 Tertij capitis Cõmentari⁹ ad litterã. ❡ Prima questio. Utrũ dissoluende sint amicitie/ an non ad
eos qui amici non permanẽt. ❡ Respõsio. Ad amicos ob vtilitatẽ atq̃ voluptatẽ cum amplius nichil
vtilitatis/ voluptatisq̃/ habent: amicitias dissolui haud absurdũ esse videt̃. nã illorũ gratia erãt ami=
ci. illis itaq̃ deficientibus/ rationi consentaneũ est/ non amare. et si quis ob vtilitatẽ aut voluptatem
amant/ qui simulet ob mores amare: querele/ incusationesq̃ fiunt. nã vt superi⁹ adduxim⁹ plurime in=
ter amicos incusationes fiunt: cũ non similiter putant/ et sunt amici. Itaq̃ cũ quispiã se sua opinione
fefellerit/ putaueritq̃ ob mores amari nichil tale agens vnde amari dign⁹ sit: is seipsum accusare de=
bet/ atq̃ de seipso queri. cũ vero dign⁹: alterius simulatiõe/ fictioneq̃ deceptus fuerit: tum eũ qui de=
cepit iustũ est accusare/ et magis quidẽ q̃ eos qui numos adulterinos cadunt/ quanto maleficiũ ipsũ
10 circa prestabilius est. ❡ Secunda questio. Utrũ si quis tunc bonus in amicitiã admittitur: sed tẽpore
lapsus/ prauus effect⁹ est/ et talis esse cognoscitur: vtrum inquã adhuc amandus sit. ❡ Responsio. vt
talis ĩpossibile est. Nam omne quodcũq̃ amabile bonũ est: neq̃ dignũ est amicum prauũ habere / neq̃
oportet. siquidẽ amatorẽ prauorũ esse non oportet/ neq̃ similẽ euadere prauo. dictũ enim iam est similẽ
sibi esse amicum. ❡ Tertia questio. ❡ Utrum huiusmodi amicitia/ cũ prauescit amicus: stati atq̃ ili=
11 co soluenda sit. ❡ Responsio. Non omnis statim dissoluenda est: sed eius qui incurabilis ob prauitatẽ
esse dinoscitur. nam qui emendari possunt/ magis in moribus q̃ in pecunijs auxiliũ ferendũ est: quan=
to prestabiliores sunt mores/ et amicitie accõmodi. verũtamen nichil absurdi facere videret̃: qui ami=
citiã solueret. nã non huic/ aut tali amicus erat. at vero si deprauatum ad mores priores reducere ne=
12 queat: se merito dissociat ab illo/ ac expedit. ❡ Quarta questio. Utrũ si alter amicorũ eadẽ semper in
dispositiõe permaneat: alter vero melior indies euadat/ fiatq̃ tandem plurimũ differens : manere de=
beat amicitia. ❡ Responsio. manere non potest. Nam in magna differentia id vel maxime exploratũ
habetur: vt in amicitijs que ab ineunte etate contrahuntur. si enim eiusmodi amicorum alter mẽte pu=
er permaneat: alter vero optimum in virum euadat/ fieri nequit vt permaneant amici. nam neq̃ eadẽ
ipsis placent/ neq̃ eisdem oblectamina querunt/ dolentq̃: neq̃ in ipsis erunt vnde hec ipsis continge=
re possint/ sine quibus tamen amicos illos esse impossibile est. quandoquidem sine his: ipsos simul con
13 uiuere impossibile sit. sed de his antea dictum est. ❡ Quinta questio. Si ita res sese habeant: vtrum
is qui optim⁹ euasit vir: ad alterũ sese habere debeat/ perinde atq̃ nunq̃ fuerit amicus. ❡ Responsio.
minime: sed preterite consuetudinis memoriã habere debet. atq̃ vt amicis potius q̃ extraneis grati=

ficandū esse arbitramur: ita quoqꝫ et ijs qui fuerūt amici/ ob amicitiā que antea fuit: aliquid tribuen-
dum est: cum non ob prauitatis exuperationē dissolutio facta est.

A vero que ad amicos attinent et quibus amicitie definiūtur: Cap. IIII. 14
e ex ijs que ad seipsū quisqꝫ facit profecta esse videntur. Ponunt enim eum ami-
cum esse/ qui vult et agit bona/ vel que videntur/ amici gratia aut eū qui vult eē/
viuereqꝫ amicū gratia ipsiꝰ amici. quod qdē matribus ad suos accidit filios: et ijs ami-
cis qui sunt offensi. Quidā autē eū esse dicunt/ qui versat̃ vna cū amico/ et eadē expetit:
aut eū qui dolet vna/ atqꝫ gaudet cum amico. maxime autem et hoc matribus accidit.
Horum etiam aliquo/ et amicitiam ipsam definiunt. vnumquodqꝫ autē horum/ viro cō-
petit erga se bono: reliquis vero ea ratione qua tales esse existimat. Videtur autē (vt 15
dictum est) virtus et studiosus ipse/ vnicuiqꝫ esse mensura. hic enim sibiipsi consentaneꝰ
est: ac eadem affectat anima omni. Et vult igitur sibiipsi bona/ et que apparent: ac agit.
est enim viri boni/ bonum agere: et suiipsius gratia: mentis enim causa: que quidē vnus-
quisqꝫ esse videtur. et vult etiam se viuere/ saluumqꝫ esse: atqꝫ id maxime quo sapit. est enī
bonum homini studioso esse. Unusquisqꝫ autem sibi vult ipsa bona. factus vero alius
nullus expetit cūcta illud quod est factū habere. Habet enī et nunc deus summū bonū:
sed est id quod est ipse. videtur autem id vnusquisqꝫ esse quod intelligit/ aut maxime.
Atqꝫ talis/ secū degere vult. libenter enim hoc/ cum voluptateqꝫ facit. Nā et actarū rerū
recordatio periucunda est: et futurarū spes bona. talis aūt afficit voluptate. Et insuper
cōtemplationibꝰ mente abundat. Preterea maxime secū vna dolet/ atqꝫ letat̃. Idem est
enī omnino ipsi molestū/ atqꝫ iucundū: et non alias aliud. est enī sine penitentia prorsus 16
Ex eo igitur quia vnumquodqꝫ ipsorū ad seipsū cōpetit studioso: ad amicū autē sic
se habet vt ad seipsū (amicus est enī alius ipse) et amicitia videt̃ horū aliquid esse: ⁊ qbꝰ
hec insūt vident̃ esse amici. Querere vero vtrū ad seipsū sit/ an nō sit amicitia: nūc omit-
tamus. Videbit̃ autē hoc amicitia esse: quo duo vel plura ex ijs est que sunt dicta. et ꝙ 17
exuperatio amicitie/ similis est ei que est ad seipsū. At vero vident̃ ea que dicta sūt et
ipsis multis inesse: quāuis sint praui. An hoc participes ipsorum sunt: quo sibijpsis pla-
cent: et bonos se esse existimant? Nam eorum qui vehementer sunt praui atqꝫ nefarij/ ne-
mini hec insunt: sed nec inesse videntur. fere autem neqꝫ prauis. dissident enim secum et
alia quidem cupiunt/ alia autem volunt: vt incontinentes. Nam ijs que bona sibi viden-
tur/ anteponunt ea que voluptate afficiunt/ atqꝫ nocent. Quidam rursus ob formidi-
nem atqꝫ inertiam eas agere res omittunt quas putant sibijpsis optimas esse. Qui ve-
ro multas res graues atqꝫ nefandas egerunt: vitam ob prauitatem odio habēt ac fugi-
unt/ sibiqꝫ mortē cōsciscūt. Querūt preterea alios ipsi flagiciosi qbuscū conuersent̃: se
vero ipsos fugiūt. Nā si sint secū: recordant̃ multarū/ grauiūqꝫ rerū: et sperant alias ta-
les. si cū alijs autē sint: obliuiscunt̃. Atqꝫ cum nichil habeāt quod sit amabile: nulla re
prorsus afficiuntur ad seipsos: que ad amicitiā attinet. neqꝫ igit̃ vna secū gaudent/ atqꝫ
dolēt. est enī eorū aīa ī seditiōe. Atqꝫ īterdū ob prauitatē dolet: abstinēs a qbusdā inter-
dū letat̃. et hec qdē pars huc: illa autē illuc trahit vt diuellētes. Quod si fieri nequeat vt
doleat simul/ atqꝫ letetur: at paulo post dolet/ ꝙ letatus fuit/ ⁊ nollet sibijpsi illa volupta-
ti fuisse. improbi nāqꝫ penitentia sūt referti. Improbꝰ igit̃: ne erga se qdē amice affectꝰ
esse videt̃: ꝓpterea ꝙ nichil habet quod sit amabile. ꝙ si ita sese habere vehementer est
miserū: totis viribus fugienda est prauitas: et enitendū est bonū esse. sic enī et ad seipsū
habebit amice: et alij amicus poterit esse.

Quarti capitis note. Utrū ad seipm̄ sit amicitia nō magnopere cōtēdit hic Aristoteles. imo quo-
modo ad seipm̄ pōt eē iustitia: ita et amicitia: vt et ampliꝰ in magnis discutitur moralibus.
Quartū cap. tribus cōclusionibus/ et vno correlario partitum est.

Quarti capitis Cōmētarius ad litterā. Prima ꝯclusio. Quo pacto ad amicos se gerēdū sit: ex 14
ijs que quis ad seipsū facit cognoscendū est. Nā ea q̄ ad amicos attinent/ et qbꝰ determinant̃ amicitie
ex ijs que ad seipsum quisqꝫ facit profecta esse videntur. nam cum ponunt amicū qui vult/ et agit bo-
na/ aut que bona videntur amici gratia: aut eum qui amicū esse/ viuereqꝫ vult ipsius quidē amici gra-
tia/ quod et matribus ad suos filios accidit/ et ijs etiam amicorum qui offensi sunt. et alij eum dicunt
amicum qui versatur vna cum amico/ eademqꝫ expetit: aut qui dolet vna gaudetqꝫ cum amico: quod
et summopere matribus accidere solet. atqꝫ horum aliquo amicitiam diffiniunt. verum vnumquodqꝫ
dictorum viro bono ad seipsum competit/ reliquis vero quatenus tales esse: qualis ipse est existimat.
ad amicos igitur quo pacto se gerendum sit: ex ijs que quis ad seipsum facit cognoscitur. Secūda 15

conclusio. Uiro studioso ad seipsum que modo allata sunt: conueniunt. Dictum enim est virtutem/ ip-
sumqꝫ studiosum virum: ex iis que ad se conueniunt vnicuiqꝫ amandi mensuram esse: nunc autem ea
sibi competere monstrentur. Cum enim studiosus vir sibiipsi consentaneus sit/ et eadem omni / totaqꝫ
anima/ cunctisqꝫ eiusdem potentiis affectans: vult igitur atqꝫ agit sibiipsi bona/ aut que bona videntur.
est enim studiosi viri bonum agere/ et ipsius gratia. nam mentis gratia: que quidē vnusquisqꝫ/ vel ma-
xime esse videtur. vult etiam se viuere/ saluumqꝫ esse: et id maxime quo sapit. est enim bonum viro stu-
dioso esse: et vnusquisqꝫ sibiipsi ipsa vult bona. si enim non maneret/ sed alius fieret: nullus cuncta hec
id ipsum quod factum esset cuperet habere. et proinde deus nunc summū bonum habet: nam idipsum
summū bonum ipse est. et videtur vnusquisqꝫ hominum esse quod intelligit/ mensqꝫ ipsa: aut maxime. Et
vir studiosus secum degere vult: et libenter id/ et cum voluptate facit. nam actarum rerum recordatio
illi periucunda est: et futurarū rerū spes bona. talis autem tum recordatio tum ipa spes eius perfun-
dit animum voluptate. adde ꝙ studiosus: mente contemplationibus abundat. preterea vir studiosus
maxime vna secum dolet/ ac letatur. idem enim omnino sibiipsi molestum/ atqꝫ iucundum: et non alias
aliud iucundum est/ et postea molestum. nam sine penitentia est prorsus. competunt igitur studioso vi-
ro ad se hec: sibiipsi bene velle/ ac facere/ velle esse ac viuere / et secum iucunde viuere / eisdem tristari/
16 eisdemqꝫ gaudere: que sunt beneficentie/ beniuolentie/ concordieqꝫ officia. ¶ Correlarium. Quo fit vt
quia vnumquodqꝫ dictorum studioso ad seipsum competit: et ad amicum se habeat perinde ac ad seip-
sum (est enim amicus alter ipse) vt ex iis que studioso ad seipsum fiunt: amicitie norma sumēda sit. nā
amicitia horum quiddam esse videtur: et amici illi esse/ quibus hec assunt officia. Uerum hic querere
vtrum ne ad seipsum sit amicitia/ an secus: missum nunc faciamus satisqꝫ sit id pernosse amicitiā esse:
vbi duo pluraue eorum que dicta sunt assint: et ꝙ amicitie precellētia ad alterum/ similis est illi: que est
17 ad seipsum. ¶ Tertia conclusio. Praui ad seipsos hec amicitie opera non habent. Tametsi nonnullis
visum sit/ multis ad seipsos (ꝙuis praui essent) hec conuenire: id ita non esse declaratur. ¶ Primo. qa
hec ipsis non conueniunt: quo sibiipsis placent et bonos seipsos esse existimant. nam nemo eorum qui
vehementer mali/ nefariiqꝫ sunt: sibiipsi placet/ bonumqꝫ se putat/ imo neqꝫ fere aliquis prauorum. ve-
rum secum dissident/ et alia quidem cupiunt/ alia vero volunt: velut incontinētes/ qui iis que bona vi-
dentur: anteponunt ea que voluptate deliniunt/ atqꝫ nocent. non igitur hec ipsis conuenire queunt: ꝙ
sibiipsis placeant/ bonosqꝫ esse putent. ¶ Secundo. quidā eorum ob torporem/ atqꝫ ignauiam eas res
agere pretermittunt: quas sibi putant optimas esse. et qui multa scelesta/ atqꝫ nefanda egere: vitam ob
prauitatem oderunt/ atqꝫ fugiunt/ sibiqꝫ lethum parant/ ac consciscunt. porro ipsi flagitiosi/ alios que-
runt quibuscum versentur: se vero ipsos fugiunt. nam si ipsi secum sunt: recordātur multarum grauī-
um/ scelestarumqꝫ rerum/ et sperant alias tales: quod ipsis horrorem incutit. ꝙ si cum aliis fuerint: in-
terobliuiscuntur. ¶ Tertio. cum qui praui sunt nichil habeant quod amabile sit: nulla prorsus in re
ad seipsos afficiuntur que ad amicitiam pertinet. non igitur vna secum gaudent/ dolentqꝫ. verum eo-
rū anima in continua conflictatione/ seditioneqꝫ est: interdū ob prauitatē dolens/ ꝙ a quibusdā facino-
rosis abstineat: interdū vero letans. et hec anime pars huc/ illa vero illuc trahit: velut ipsum flagitio-
sum diuellentes. ꝙ si fieri nequit vt simul doleat/ ac letetur: paulopost tamen dolet ꝙ letatus fuerit / et
nollet sibiipsi illa voluptati fuisse. improbi enī penitentia sunt repleti/ non est igitur iprobus ad seipm
amice affectus: ꝓpterea ꝙ nichil in se quod amabile sit habeat. Qꝫ si ita se habere valde est miserum
(est eteni) totis remis/ totisqꝫ viribus nobis fugienda prauitas est: et enitendū nobis est bonos esse. sic
enim ad seipsum se quisqꝫ habebit amice: et alii amicus esse poterit.

18 Eniuolentia autem/ amicitie quidē est similis. non tamen est Cap. V.
b amicitia. Fit enim beniuolentia et ad ignotos: et latens. amicitia vero non fit.
Hec autem antea diximus. ¶ At nec etiam est amatio. Non enī habet extensio-
19 nem nec appetitionem. amationem autem hec sequuntur. ¶ Et amatio quidem est cum
consuetudine. beniuolentia autem fit et repente: vt fit et erga certantes. Spectātes enī
beniuoli fiunt ipsis: et volunt bona. nichil autem agerent simul. Quod enim diximus/
20 repente fiunt beniuoli: et leuiter diligunt. ¶ Uidetur igitur beniuolētia principiū ami-
citie esse. sicut et adamādi/ voluptas ea que per aspectum efficitur. Nemo namqꝫ ada-
mat: si non antea delectatus fuerit forma. qui vero gaudet forma/ non continuo et ada-
mat: sed cum absentem desiderat/ presentiamqꝫ affectat. Sic igitur et amicos / impossi-
bile est esse: nisi beniuoli fuerint. beniuoli vero non continuo et amant. volunt enim dū-
taxat iis bona: quibus beniuoli sunt. sed nichil agerent simul: neqꝫ pro illis molestiam
21 susciperent vllam. ¶ Quapropter quispiam per translationem principium ipsam ami-
citie dixerit esse. diuturnam autem factam / et ad consuetudinem accedentem : amicitiā
fieri. non eam quidem que ob vtilitatem: neqꝫ eam que ob voluptatem est. neqꝫ enim ꝓ
hisce beniuolentia fit. Qui nāqꝫ beneficium accepit: retribuit ꝓ iis que accepit beniuo-
lentiam/ faciens iusta. qui vero vult aliquem prosperitatem habere/ spe cōmodi alicuiꝰ
consequendi per illum: non illi/ sed sibi potius beniuolus esse videtur. quemadmodum
nec amicus si illi propter aliquem vsum obsequium prestat. Omnino autem beniuolen-
tia ob virtutem/ ac bonitatem aliquā fit. cum cuipiam quispiam pulcher / aut fortis / aut
aliquid tale videtur: vt et in certantibus diximus.

¶ Quinti capitis note. ¶ Beniuolentia est alteri bonum velle/et eius quidem gratia.
¶ Quintū cap. tribus conclusionibus/et vno correlario partitū est.
Quinti capitis Cōmentariꝰ ad litterā. ¶ Prima conclusio. Beniuolentia amicitie persimilis est: 18
nō tamē amicitia est. Amicitie similē esse notū est: at nō esse amicitiā hinc cognoscit̄: ꝙ beniuolētia in-
terdū ad ignotos fit/atq latens est. at vero amicitia neq ad ignotos fit/neq latet: vt ex superioribus
dictis perpalā euadere potest. ¶ Secūda ꝯclo. Itidē beniuolētia: amatio nō est. ¶ Primo. q2 beniuo- 19
lentia nō intentiōis vehementiā habet/vehementēq appetitionē. hec aūt sequunt̄ amationē. igit̄ beni-
uolentia amatio nō est. ¶ Secūdo. quia amatio est/postq mutua cōsuetudo cōtracta est: beniuolentia
vero etiā fit repente: vt et fieri solet circa certantes. spectātes eni: illis fiūt beniuoli/volūtq bona. ni-
hil aūt simul agerēt. verū (vt diximꝰ) repente fiunt beniuoli/tenuiterq diligūt. ¶ Tertia ꝯclusio. Be- 20
niuolentia amicitie principiū est/perinde ac ea voluptas que aspectu efficit̄: adamādi est initiū. Nam
nemo taliter adamat: si nō antea delectatꝰ forma fuerit. verū qui gaudet forma/nō cōtinuo et adamat:
sed cū absentē desiderat/p̄sentēq cupit: hūc in modū amicos esse ipossibile est: qui antea beniuoli non
fuerint. at vero beniuoli nō cōtinuo amāt: verū dūtaxat ijs bona volūt/q̄bus beniuoli sunt: attamē ni-
chil iccirco simul agerēt/neq ꝓ illis vllā susciperent curā/vllamue solicitudinē. ¶ Correlariū. Qua- 21
propter trāslatitie quispiā dicere possit beniuolentiā principiū amicitie esse: sed diuturnā factā/et ad
ꝯsuetudinē accedētē esse amicitiā. nō tamē eā q̄ ob vtilitatē/aut voluptatē est: sed q̄ ē ob virtutē aliquā.
Nā ob vtilitatē/atq voluptatē nulla beniuolentia est: siquidē beniuolentia eius gratia est cui sumus
beniuoli. at qui beneficiū accepit: retribuit vicissim pro ijs que accepit gratiā: paria faciēs. et q̄ optat
alicui aliquē ꝓsperitatis successum contingere/spe alicuius per eū consequendi commodi: non illi/sed
sibi potius beniuolꝰ diceret̄: vt neq amicus si illi ꝓpter aliquē vsum atq vtilitatē obsequiū prestat/et
ita de voluptate. nō igitur talis diuturnior facta beniuolentia: recte aut ob vtilitatē/aut voluptatē sē-
tiretur amicitia. verū cū omnino beniuolētia ob virtutē aut bonitatē aliquā existat: vt cū pulcher/aut
fortis/aut aliquid simile (vt de certātibꝰ dictū iā est) quispiā apparet: talis ergo diuturnior beniuolē-
tia/potius studiosa amicitia putanda esset.

Equi concordia etiā ad amicitiā attinere videt̄. Quapropter nō   Cap. VI. 22
a est/eadē opinatio. hec eni et ijs qui sibi mutuo sunt ignoti: inesse potest. ¶ Nec 23
eos qui de re quauis sunt eiusdē sententie cōcordes dicūt. velut eos qui de cele-
stibus eadē sentiūt. nō eni ad amicitiā ꝑtinet/de his eē cōcordes. ¶ Sed ciuitates con- 24
cordes inquiūt esse: cū de ijs que conferūt eadē sentiūt/eligūtq: atq agūt ea que publi-
ce visa sūt. Circa igit̄ ea que in actionē veniūt cōcordes sūt hoīes et horū circa ea que i
magnitudine sunt: possuntq vtrisq vel oībus inesse. Ut ciuitates cōcordes sūt: cū oī-
bus videtur: magistratꝰ esse diligēdos/aut societatē cū Lacedemonijs ineundā eē/aut
magistratū gerere pittacū: cū vellet et ipse. ¶ At cū vterq seipsū vult (vt ij volūt qui in 25
Phenissis sūt) seditionē habēt. Concordes eni esse/nō est idē vtrūq intelligere quicq̄d
tandē id sit: sed in eodē idē/vt cū et populꝰ/et boni rēpublicā optimates gerere volunt.
sic eni fit oībus quod exoptant. ¶ Ciuilis aūt amicitia videt̄ ipsa concordia esse: sicut et 26
dicit̄. Nā circa cōmoda et ea q̄ ꝑtinent ad vitā versatur. ¶ Est aūt talis concordia/i bo- 27
nis. Nā et secū quisq horū est cōcors/et oēs inter se sūt cōcordes: quippe cū eisdē omni-
no sint. taliū eni voluntates manent: et nō refluūt/vt Euripꝰ volūtq sēper ea que iusta
sunt/et que ꝓsunt. hec autē et cōmuniter affectant. ¶ Prauos vero cōcordes esse impos- 28
sibile est nisi paruo in tēpore: queadmodū et amicos esse. ¶ In rebus quidē vtilibꝰ plꝰ:
in subeundis vero laboribus/subministrationibusue minus habere percupiētes. vnus-
quisq autem hec sibi volens/proximū perscrutatur: et prohibet. perit eni res ipsa com-
munis: cū ab ipsis non conseruet̄. fit igitur vt in seditione versentur: sese quidē vicissim
vrgentes/seipsos vero nolentes facere iusta.

¶ Sexti capitis note. ¶ Phenisse/loci nomē ¶ Euripus/Calcidis fluuius septies interdiu/totiēsq
noctu refluus.
¶ Sextum cap. septem conclusionibus partitum est.
Sexti capitis Cōmentariꝰ ad litterā. ¶ Prima cōclusio. Concordia non est eadem/ac coopinatio. 22
Nam concordia ad amicitiā attinet. eadem autem opinatio etiam eorum est: qui inter se ignoti sunt. 23
non igitur concordia eadem/ac coopinatio est. ¶ Secunda conclusio. Non eos omnes qui de re quali-
bet eiusdem sunt sententie: concordes dicimus. Nam qui de celestibus eadem sentiunt: minime iccirco 24
concordes dicimus. non enim ad amicitiam spectat de ijs ipsis esse concordes. ¶ Tertia cōclusio. Cō-
cordia circa actiones versatur. Nā ciuitates concordes esse aiūt: cū de ijs que conferunt eadē sentiūt/
eligūt: agūtq que publice decreta sunt. igit̄ concordia in ijs rebꝰ est: que in actionē veniūt/et earū i ijs
presertim que in magnitudine sunt/et que possunt aut duobus aut omnibus ciuibus cōuenire. vt ciui-
tates concordes sunt: cum videtur omnibus magistratus esse deligendos/aut societatem cum Lacede- 25
monijs ineundā esse/aut magistratū gerere Pittacū: cum et id vellet ipse Pittacus. ¶ Quarta con-
clusio. Aliquos concordes esse non est vtrumq idem sentire/quicquid tandem id sit: sed in vno/eodēq
idem consentire. Nam cum vterq seipsum vult magistratum gerere: vt et ij volunt qui in Phenissis
sunt: discordiam/seditionemq habent. sed cum populi/et boni rempublicam optimates gerere volunt
concordes sunt. sic enim fit omnibus: quod exoptant. non igitur aliquos concordes esse: est vtrūq idē

26 sentire/sed in vno/eodẽqꝫ idem consentire/atqꝫ velle. ¶ Quinta conclusio. Ciuilis amicitia cõcordia
est/et concordia dicitur. Nam ciuilis amicitia circa ciuium commoda/et ea que ad vitã pertinent ver-
27 satur: estqꝫ quedam consentio. igitur ea concordia est: quemadmodum et dicitur. ¶ Sexta conclusio.
In bonis concordia reperitur. Nam bonorum quisqꝫ secum est concors/et omnes inter se concordes:
vtpote qui in eisdem propositis omnino permaneant. bonorum enim voluntates/propositaqꝫ manent:
neqꝫ refluunt vt Euripus: voluntqꝫ semper que iusta sunt/queqꝫ conducũt/atqꝫ hec cõmuni voto per-
28 optant. In bonis igitur reperitur concordia. ¶ Septima conclusio. Prauos concordes esse impossi-
bile est: nisi exiliter admodum/paruoqꝫ momento. ¶ Primo. Nã sic eos concordes esse contingit quẽ-
admodum et amicos. at parum admodũ/paruoqꝫ tempore id esse contingit. igitur et cõcordes. ¶ Se-
cundo. mali in rebus vtilibus plus habere percupiunt: in laboribus autem perferendis/et submini-
strationibus alternandis: minus. eorum enim quisqꝫ sibiipsi vtilitatem volens/proximum suum per-
scrutatur/explorat/obseruat: eiusqꝫ vtilitatem prohibet. et cum ab ipsis res publica et communis vti-
litas non conseruetur: perit. fit igitur vt mali in discordia versent̃/et sese vicissim lacessant/vrgeantqꝫ:
et que bona iustaqꝫ sunt facere recusent. prauos igit̃ concordes esse aut impossibile est: aut exiliter ad-
modum/paruoqꝫ tempore.

Cap. VII.

29 v Identur autem ij qui beneficia contulerunt: magis eos amare in quos beneficia sunt collata: q̃ ij qui acceperunt/eos qui contulerunt. Atqꝫ vt preter rationem eueniens queritur. Plurimis igitur videtur id ex eo fieri: quia hi quidem debẽt illis vero debetur. vt igitur in mutuis debitores quidem volunt suos creditores non esse: hi vero de salute quoqꝫ debitorum diligentiam adhibent: sic et eos inquiunt qui beneficia contulerunt velle eos esse erga quos fuere benefici: vt gratias accepturos. illis vero non esse curam reddendi. Epicharmus igitur fortasse dixerit hec ipsos dicere/aspicientes ad malum. Videtur autem hoc esse humanum: pleriqꝫ enim immemores sunt. et suscipere potius/q̃ conferre beneficia appetunt. Videbitur autem causa naturalior eẽ: et non similis ei que de creditoribus dicitur. Non est enim erga debitores amatio: sed voluntas salutis/recipiendi causa. Sed qui beneficia contulerunt: diligunt atqꝫ amant eos qui beneficia acceperunt: etsi nulla in re sunt vtiles/neqꝫ in posterum futuri. quod quidem et artificibus accidit. Magis enim vnusquisqꝫ proprium amat opus/q̃ ipse ab opere amaretur si anime particeps esset. Maxime vero forsitã hoc circa poetas accidit. hi namqꝫ sua diligunt poemata supra modum: et perinde atqꝫ filios amant. Tali igitur simile est et id quod faciunt ij qui beneficia contulerunt. quod enim suscepit beneficium ipsorum est opus. hoc igitur et amant magis q̃ opus eum qui fecit. huius autem causa est/quod vniuersis est expetibile/atqꝫ amabile esse. sumus autem actu. Nam viuendo sumus atqꝫ agendo. Qui igitur fecit: est actu suum quodam modo opus. diligit itaqꝫ ipsum opus/quia amat et esse. hoc autem est naturale. Quod enim est potentia: id op⁹ ipsum actu declarat. ¶ Et insuper ei quidem qui contulit beneficium/honestum est id quod egit. quare gaudet eo in quo est hoc. at ei qui accepit/nichil est honesti in eo qui contulit/nisi conferens: quod quidem minus est iucundum atqꝫ amabile. ¶ Est autem presentis quidem operatio/futuri autem spes/facti vero memoria iucunda. sed iucundissimum est quod est actu/et amabile simili modo/ei igitur qui contulit beneficium ꝑmanet ipsum opus. diuturnum est enim ipsum honestum. Sed ei qui cepit/transacta est ipsa vtilitas. memoriaqꝫ honestarum quidem rerum/est periucunda. vtilium autem nõ nimium: aut minus. expectatio vero contra sese habere videtur. ¶ Et amare quidem simile est actioni: amari autem passioni. eos igitur qui circa actũ excellũt/sequitur amare: et ea que ad amicitiam attinent. ¶ Preterea que facta sunt cum labore: ea magis diligunt omnes. vt et pecunias magis diligunt/qui acquisiuerũt: q̃ qui ab alijs acceperunt. at beneficium quidem accipere/sine labore esse videtur. beneficium autem cõferre difficile ¶ Propt̃ hec et matres filios magis amãt. generatio nãqꝫ laboriosa est magis: et magis sciũt esse suos. Videbit̃ aũt hoc et ijs accõmodatũ eẽ/q̇ beneficia contulerũt.

¶ Septimi capitis note. ¶ Cũ de⁹ oĩa oĩb⁹ beneficia largiat̃: magis amat cũcta/q̃ cõtra vnqꝫ amari possit/imo est infinit⁹ amor/ipsaqꝫ amãdi ratio: que sẽper amorũ vestigia in reb⁹ diffundit/ac explicat ¶ Epicharm⁹ ideas induxit: ⁊ moriẽs vaticinatus est post se surrecturũ q̇ illas iterũ suscitaret/quod Epicharmi vaticiniũ in Platone ꝯpletũ fuisse volũt de quo et dictũ est supra. ¶ Quod p̄sens est: iucũdissimũ/delectabilissimũqꝫ est. et hinc quoqꝫ iure fit vt que illi delectabilissimo propinquiora sunt: sint delectabiliora. Et quia in p̄teritis vtilia p̄cedũt honesta: vtpote que cõsequẽdoꝝ honestoꝝ media sũt: iccirco in p̄teritis honesta sunt ipi p̄senti ꝓpinquiora et vtilia remotiora. nõ igit̃ ab re euenit vt honestorũ memoria iucũdior sit: vtiliũ vero minus. Adde etiã honesta plerũqꝫ manere vt liberalitatẽ/tẽpe-

rantiā: vtilia vero nō/ vt erogatas pecunias/ et cibi/ et potus copiā. Et in futuro vtilia ꝑcedūt hone
sta: vt q̃ ad honestatē cōsequēdā media sint necessaria: ideo in futuro vtilia ipsi ꝓsenti quod delectabi-
lissimū ē sūt viciniora/ et honesta remotiora. nichil igiꝛ mirū: si in futuro vtiliū expectatio icundior/ et
honestoꝝ minꝰ videaꝛ eē iucūda: vt q̃ a iucūdissimo sit remotior. Itaqꝫ littera hec nota esse potest: iucū
dissimū est: quod actu/ et amabile siꝛ: memoriaqꝫ honestarū q̇dē rerū est periucūda. vtiliū aūt nō nimi
um aut minꝰ: expectatio vero cōtra sese habere videꝛ. Et ita in ijs que tristia sūt: tristissimum est quod
Terentius actu est: et tristia quāto magis accedūt ad actū. ¶ Aiūt Terentiū Comicū vbi multas comedias cō-
uertisset/ fecissetqꝫ latinas: desiderio suoꝝ operū in mare desiliisse/ ꝙ casu in aquas delapse sue periisset
comedie. nō eni diutiꝰ sustinuit viuere: tanto earū tenebaꝛ amore. quod etiā et supra adductū est.
¶ Septimū cap. vna conclusione partitū est.
Septimi capitis Cōmētariꝰ ad litterā. ¶ Cōclusio. Qui beneficia cōtulerūt magis eos amare vi 29
dentur/ q̇bus benefici fuerūt: q̃ꝫ cōtra q̇ beneficia susceperūt/ eos diligāt q̇ ea cōtulerūt. Eiꝰ rei causā
(quasi res incōsentanea/ ꝛ absurda videaꝛ) queri solet. et plurimis id hac ratiōe fieri videꝛ: quoniā qui
beneficia accipiūt debēt: beneficis vero debeꝛ. quare vt in mutuis debitores volūt suos creditores nō
esse: creditores aūt cōtra de debitoꝝ salute solicitudinē/ curāqꝫ habēt ita et eos aiūt q̇ beneficia cōtule
runt/ velle illos supstites eē: erga quos munifici fuere/ tanq̃ꝫ sic gratias accepturos: illos aūt referēdi
nullā curā habere. Sed Epicharmꝰ fortasse hec eos dicere senserit: q̇ ad malū aspiciūt. videꝛ enim hoc
humanū esse viciū. Pleriqꝫ eni beneficiorū sūt imemores: et suscipere potiꝰ q̃ꝫ beneficia cōferre appe-
tentes. Verū eoꝝ q̃ dicta sunt alia quedā causa naturalior est/ et non similis ei q̃ de creditoribꝰ allata
est. nā nō erga creditores amatio est/ sed salutis volūtas/ recipiēdi causa. q̇ vero beneficia contulerūt:
diligūt/ atqꝫ amāt eos ipsos q̇ beneficia susceperūt: tametsi nulla in re ipis sint vtiles/ neqꝫ quidem in
posterū vtiles futuri sint: quod et artificibꝰ accidit. magis eni vnusquisqꝫ propriū amat opus q̃ꝫ ipse a
suo opere amareꝛ: quāuis etiā ipm opꝰ aiatū esse ipe ponas. et maxime forte hoc circa poetas licet in-
tueri. hi eteni sua supra modū poemata diligūt/ ꝛ perinde atqꝫ filios amāt. tali itaqꝫ simile est id quod
benefici agūt. quod eni suscepit beneficiū: ipsorū beneficiorū opꝰ est. hoc igiꝛ benefici amāt: et magis
quidē q̃ꝫ ipm opꝰ suū autorē. et id in causa est quoniā vniuersis expetibile/ atqꝫ amabile est esse. Sumꝰ
autē actu. nā viuēdo/ atqꝫ agēdo sumꝰ. q̇ itaqꝫ agit: est actu suū quodā modo opꝰ. diligit ergo suū opꝰ
quia amat et esse. hoc eni omnibꝰ naturale est. et quod est potentia/ cuiusqꝫ virtutē habens: id opꝰ ipsū
actu declarat. ¶ Secūdo ei qui beneficiū cōtulit id egisse honestū est. quare bn̄ficꝰ in honestate in qua
beneficiū cōsistit: gaudet. is vero qui accepit nichil honestū habet in benefico: nisi ipm ꝯferentē/ quod
et minꝰ iucūdū/ atqꝫ amabile est. ¶ Tertio. ꝓsētis opatio iucūda est/ futuri spes/ facti vero memoria.
at quod actu est: horū iucūdissimū est/ atqꝫ maxime amabile. ei autē q̇ ꝯtulit bn̄ficiū: actu ꝑmanet ipm
honestū opꝰ. diuturnū eni/ atqꝫ ꝑmanēs honestū est. sꝫ ei q̇ bn̄ficiū suscepit: cito trāsacta est ipa vtilitas
et beneficio honestarū rerū memoria ꝑiucūda est: vtiliū aūt/ suscipiēti nō nimiū est/ aut minꝰ iucunda.
spes aūt/ expectatioqꝫ cōtra sese habere videꝛ. nimirū igiꝛ beneficos magis eos quibꝰ bn̄faciūt amare
q̃ꝫ cōtra ab his ameꝛ. ¶ Quarto. amare sile est actiōi: amari aūt passiōi. eos igiꝛ q̇ circa actꝰ excellūt
vt beneficos: rationabiliꝛ sequiꝛ amare/ ꝛ q̃ ad amicitiam attinēt: q̇ aūt suscipiūt/ amari. rationabile
igiꝛ est eos qui beneficia cōferunt: et magis amare. ¶ Quinto. q̃ cū labore facta sunt: magis diligere
solent oēs. vt et ij magis pecunias diligūt: quas sibi suis laboribꝰ acquisierūt/ q̃ꝫ q̇ eas ab alijs acce-
perunt. at bn̄ficiū accipere nullꝰ labor/ nullaqꝫ pena videꝛ: bn̄ficiū aūt ꝯferre difficile. merito igiꝛ qui
beneficiū ꝯferūt/ eos q̇bꝰ beneficia cōtulerūt magis diligūt: q̃ꝫ ꝯtra ipi ameꝛ. ¶ Correlarium. Qua-
propter et matres magis filios amāt. nā generatio laboriosa magis illis est/ et magis cognoscūt esse
suos. quod quidē et magis cognoscere: accōmodari posse videꝛ/ et ad eos q̇ beneficia contulere.

Ubitaꝛ aūt et vtrū oporteat seipsū amare maxime: an aliquē aliū Cap. VIII. 30
D Increpant eni eos q̇ seipsos maxime amāt. et vt turpe/ sui amatores appellant.
¶ Atqꝫ prauꝰ q̇dē sui gr̄a agere cūcta videꝛ: et tāto magis/ quāto prauior est. in
cusant igiꝛ ipsū qꝛ nihil nisi sibi agit. Probꝰ aūt ob honestatē: et tāto magis ob honesta-
tē/ gr̄aqꝫ amici/ quāto ꝓstabilior est: sua vero negligit. ¶ Ab his aūt verbis nō sine rōne
ipa opa discrepāt. Nā eū inquiūt oportere sūme amare/ q̇ maxime est amicꝰ. is aūt ma-
xime est amicꝰ/ q̇ vult cui vult bona illiꝰ gr̄a: si nullꝰ etiā scierit. at hec ipsi ad seipm maxi
me cōpetūt ¶ Et cetera oia q̇bꝰ definiꝛ amicꝰ. dictū est eni ab ipo ea oia q̃ ad amicitiā at
tinēt: ꝛ ad ceteros ꝑuenire. Eodē accedūt ꝛ ꝓuerbia vniuersa. vt aia vna. ꝛ amicoꝝ oia
sūt cōmunia. et amicitia est eq̄litas. et tibie genu ꝓpinquiꝰ. hec eni vniuersa ipi ad seipꝫ
maxime cōpetūt. Maxime nāqꝫ amicꝰ est sibi. et se igiꝛ ipsū maxime amare oportet. Du
bitaꝛ aūt merito/ vtris oporteat assētiri: cū vtrisqꝫ videaꝛ eē credēdū. ¶ Fortasse igitur 31
tales sermōes distinguēdi/ determinādiqꝫ sunt: q̇usqꝫ/ et quonāmodo sint veri. Si itaqꝫ
sūpserimꝰ quonā vtriqꝫ modo sui amatorē dicūt: fuerit forsitā manifestū. ¶ Qui igitur 32
hoc repꝛhēdēdū eē existimāt/ eos amatores sui appellāt: q̇ sibi plꝰ tribuūt in pecunijs/ ꝛ
honoribꝰ/ et voluptatibꝰ corporis. hec eni ipa multitudo affectat. ꝛ ipis vt optimis omi
studio incūbit. q̃ꝓpꝛ et in certamē veniūt. Qui igiꝛ in his cepl̄ꝰ habere ꝑgūt: ij cupidi
tatibꝰ/ et oino affectibꝰ/ eiqꝫ parti aie que ratiōis est expers gratificanꝛ: tales aūt sūt ip-
si multi. iccirco et appellatio orta est ex multitudine: que q̇dē est praua. ergo iuste vitu-
peranꝛ ij: qui ita se amant ¶ Non est autē obscurū: vulgus eos q̇ sibiipsis talia tribuūt:

sui amatores dicere cõsueuisse. Nam si quis semꝑ studeat agere iusta maxime oĩm: aut
tẽperata: aut queuis ceterorũ que a virtutibus proficiscũtur: honestatẽqꝫ omino sibiipi
33 semper vẽdicet/atqꝫ vsurpet: hũc nemo dicet amatorẽ sui: neqꝫ vituꝑabit ¶ Magis aũt
videbiť talis homo sui amator. Nam ea sibi tribuit que pulcherrima/maximeqꝫ bona. ⁊
gratificatur ei quod suiipius potissimũ/in oĩbusqꝫ illi obtẽperat. ¶ Ut aũt et ciuitas id
esse maxĩe videtur: qđ est potissimũ et alius omĩs cõuẽtus: sic et homo. amator igitur is
est maxĩe sui: qui illud amat/illiqꝫ gratificať. ¶ Et cõtinẽs igitur diciť et incõtinẽs quia
mẽs vincit aut nõ vincit: ꝓpterea ꝙ ipa est hoĩm q̇sqꝫ. et egisse ipsi et sua spõte ea videñ-
tur que cũ rõne maxime egerũt. nõ igitur est obscurũ/hoc esse maxime vnũquẽqꝫ: et hoc
34 maxime virũ bonũ amare ¶ Quapropter maxĩe sui est amator/diuersa specie ab eo qui
reprehendiť: tantũqꝫ differt. quantũ vita cũ ratione differt a vita cũ ꝑturbatione: et ap-
35 petitio aut honesti/aut eius quod cõferre videtur ¶ Qui si omẽs ad cõsequendã hone-
statem et ad res agendas pulcherrimas decertarẽt/atqꝫ cõtenderẽt: et omibus publice
ea que oportet/et vnicuiqꝫ priuati maxima bonoꝝ iessent: siquidẽ virtus est tale. Quare
bonũ quidẽ hoĩem amatorẽ esse sui oportet. nã et sibi ipse ⁊ ceteris proderit/ agẽdo ho-
nesta. Prauũ aũt nõ oportet. et sibi nãqꝫ nocebit et propinquis: affectus prauos sequẽ-
do. ea igiť que vir iprobus agit ab iis discrepãt/que agere oportet. At ꝓbus que opor-
tet: ea et agit. mens enĩ omĩs id expetit: qđ est optimũ sibi et probus obtemperat menti.
¶ Atqui verũ est illud quod de studioso diciť: cõplura inquã ipm agere/ et amicorũ/et
patrie gratia/et si opꝰ fuerit mortẽ obire. et pecunias enĩ/et honores abiiciet: et ea bona
omino de quibus hoĩes decertant/ sibi vendicãs honestatẽ. Expetet enĩ potius volup-
tatem breui tẽpore vehementẽ: ꝙ̃ longo leuẽ: et vitã honestã vno anno/ ꝙ̃ quãuis mul-
tis: et vnũ actũ honestũ/ magnũqꝫ: ꝙ̃ multos et paruos. Atqꝫ iis qui ꝓ amicis/ qui pro
patria mortẽ obeunt: hoc forsitan accidit. Magnã igitur sibiipsis eligunt honestatem:
abiiciẽtqꝫ pecunias vt amici capiãt plures. hic enĩ amicꝰ facultates: ipe cõsequiť hone-
statẽ: atqꝫ sibi maiꝰ tribuit bonũ. Eundẽ ⁊ circa honores modũ/magistratusqꝫ seruabit.
nam hec omĩa/amico suo cõcedet. est enĩ hoc honestũ ipsi/ac laudabile. Merito igitur
studiosus esse videtur: ãteponens omibus honestatẽ. Fit etiã vt et res agẽdas cõcedat
amico: sitqꝫ honestius seipm fuisse causã vt agat illas amicus/ ꝙ̃ si ipemet agat. In vni-
uersis igitur laudabilibus: ipse studiosus plus honestatis tribuere sibiipi videť. sic igiť
suiipsius (vti diximus) amatorẽ esse oportet: vt ipsi aũt multi sunt: nõ oportet.
¶ Octaui capitis note. ¶ De iis qui primo modo seipsos amant: dicit euangeliũ. Qui amant animã Euãgelium
suã in hoc mũdo: perdent eã. et de iis qui amant seipos secũdo modo: dicit ꝓpheta. qui aũt diligit ini- Propheta
quitatem: odit animã suã. ad quod cõsequẽs est/ vt qui se diligit: a viciis abhorreat.
¶ Octauũ cap. quattuor cõclusionibus/ vna dubitatione/et vno correlario partitũ est.
30 Octaui Capitis cõmentarius ad litterã ¶ Dubitatio. Utrũ oporteat seipm maxĩe amare/aut ma-
xime quẽꝙ̃ aliũ. Et videť primo nõ oportere seipm maxĩe amare. Nam eos qui seipos maxime amant
increpant hoĩes/ appellantqꝫ sui amatores tanꝙ̃ id turpe sit. non igiť seipm maxime amare oportet.
¶ Secundo. qr prauus cũcta sui gratia agere videtur: et eo magis quo deterior est. incusant enĩ ipm
quia nihil nisi sibiipi/suiqꝫ gratia agit. probus aũt cõtra: ob honestatẽ/ amiciqꝫ gratia agit/et eo ma-
gis quo ꝓstabilior est: sua vero negligit. Sed iis q̃ dicta sunt: ipa oꝑa/resqꝫ ipe discordare videnť: atqꝫ
e diuerso seipm maxĩe amare oportere ¶ Primo. nã eum aiunt maxĩe amare oportere: qui maxime sit
amicus. at is maxime est amicus: qui maxĩe alicui vult bona/et illius gratia/etiã si nullus scierit. hec
aũt ad seipm maxime cõpetunt. igitur oportet seipm maxĩe amare ¶ Secũdo. cetera omĩa quibus de-
finitur amicus: maxĩe ad seipm cõpetũt. dictũ enĩ est ex iis que ad seipm fiunt: cetera omĩa q̃ ad ami-
citiã attinẽt/metiẽda esse: et a seipo oĩa ad amicitiã spectãtia ad ceťos deriuare/ atqꝫ extẽdere. maxĩe
igitur seipm oportet amare. ¶ Tertio. ad idipm ꝙ maxĩe seipm amare oporteat: omẽs sentẽtie/ oĩaqꝫ
prouerbia tendũt: vt anima vna/amicorũ cũcta coĩa/amicitia est equalitas/et amicus quid tibie genu
propinquius: hec enĩ vniuersa ad seipm maxĩe ꝯpetũt. nã maxĩe sibiipi amicus esse videť. se igiť ipm/
et maxĩe amare oportet. hec enĩ itaqꝫ merito addubitare faciũt: cui potiꝰ parti assentiẽdũ sit/cũ vtreqꝫ
ratiões credibilitatẽ/ suasionẽqꝫ habeant. ¶ Prima cõclo. Expedit que dicta sunt determinare/ quo-
31 usqꝫ et quo modo vera sint: et quo modo quis sui amator dicať. Nã si acceperimꝰ quonam modo vtriqꝫ
amatorẽ sui dicũt: cito fiet manifestũ id de quo ambigiť. ¶ Secũda cõclusio. Qui seipm non maxime
32 amare oportere dicũt: eũ sui amatorẽ vocãt q̇ corpus/corporeasqꝫ illecebras/ et anime partẽ rõnis ex-
pertem amat: qui et iuste coarguendus/increpandus/vituperandusqꝫ est. Nã qui hoc reprehendendũ
putant: eos sui amatores appellãt qui sibi plus pecuniarũ/honorũ/et voluptatũ corporis tribuũt. hec
enim sunt que cõplures affectant: et quibus vt omniũ optimis: totis neruis/ omniqꝫ studio incũbunt.
hinc quoqꝫ hec in certamen/pluriũqꝫ cõtentionem veniunt. at qui in hisce rebus plus habere pergũt:
ii cupiditatibus/et omino ꝑturbationibus/illiqꝫ anime parti que bruta est/ ratiõisqꝫ expers obsequũ-
tur. sunt igitur tales quos ita vocant sui amatores: merito obiurgãdi. et tales sunt multi: iccirco hec

appellatio a multitudine(quequidẽ praua est)ortũ/primãq; originẽ duxit. ¶Secũdo. nõ est obscurũ
vulgus eos sui amatores dicere cõsueuisse:qui sibiips talia tribuũt.nã si quis semp studet iusta agere
et maxime oim aut tẽperata/aut queuis alia:ex virtutibus ipsis ꝓficiscentis/honestatẽq; sibiipi oino
vendicet/paretq;:talem/multitudinis nemo dicet sui amatorẽ/ neq; quoq; culpabit. manifestũ est igit
eum multitudinẽ amatorẽ sui appellare:qui corpus/et corporis affectiones sequitur/ꝙq; is merito sit
arguendus. ¶Tertia cõclusio. Qui seipm maxime amare oportere defendũt: amatorẽ sui appellant 33
qui honestatẽ sequitur/et quod in ipso est optimũ maxime amat/colitq;/atq; curat. ¶Primo. nam is
homo magis sui videtur amator: qui ea sibi tribuit que pulcherrima/maximeq; bona sũt: et qui obse-
quitur ei quod sui ipius est optimũ/eiq; in omibus illi obtẽperat. qui aũt honestatẽ sequitur/ꝛ quod in
eo prestantissimũ est colit/ac amat:sibi tribuit ea que pulcherrima/maxieq; bona sũt/ et ei quod ipius
est optimũ obsequitur/atq; obtẽperat:iure igitur maxime suiipsius amator is dicit̃. ¶Secũdo. quẽ-
admodũ ciuitas/et omis alia societas maxime id esse videtur quod sui optimum est: sic et homo/ergo
amator sui maxime is dicetur:qui id quod sui optimũ est/amat:eiq; obsequitur ¶Tertio.quia homo
maxime id quod mens facit:maxime facere dicitur. vt homo cõtinẽs/aut incõtinẽs dicitur:quia mẽs
aut vincit/ aut nõ vincit:quasi ea ipsa mens vnusquisq; hominũ vel maxime sit. et maxime ea homies
sua sponte egisse videntur: que cum mente/rationeq; egerũt. non igitur obscurũ est mentẽ esse vel ma-
xime vnũquẽq;: et hãc maxime virũ bonũ amare. quare maxime suiipius est amator. ¶Correlariũ. 34
Quapropter qui maxime suiipius amator est:tam varia specie ab amatore suiipius qui reprehẽditur/
tantũq; distat/atq; differt:.quantũ vita cũ ratione differt/a vita cũ perturbatione: et quantũ appetere
quod honestũ est/et quod videatur prodesse. ¶Quarta cõclo.Bonũ homiem esse sui amatorẽ expedit:
malũ aũt esse sui amatorẽ expedit minime. Nã si omẽs hoies ad cõsequendã honestatẽ/et ad res ꝓcla-
rissimas agendas decertarent/atq; cõtenderent:omnibus ea que publice expediunt/et singulis parti-
culatim:maxima bonorũ cõtingerẽt/siquidẽ virtus tale/magnũq; bonũ est.ergo bonũ hominẽ esse sui
amatorem expedit:nam et sibi ipe/et ceteris/honesta agendo:proderit. Sed ꝙ prauũ non oporteat sui
esse amatorem: hoc ideo est/ꝙ si vir prauus sui sit amator:et sibi nocebit/et ꝓpinquis:affectus prauos
prosequendo.ea eni que vir improbus agit:ab ijs discrepant que agere oportet.at vir ꝓbus q̃ oportet/
ea et agit.nã mens omnis id expetit quod sibi optimũ est.et probus menti obtemperat. ¶Secũdo.q;
verũ est et illud quod de studioso adducit̃:ipm scz cõplura et amicorũ/et patrie gratia agere:etsi opus 35
etiam fuerit/preclare mortẽ oppetere. Studiosus enim et pecunias/et honores/ et ea omnino bona de
quibus homies inter se digladiant/concertantq;/et plane insaniunt/abijciet: sibiipsi vendicans hone-
statẽ.expetetq; potius voluptatẽ breui tẽpore verã/atq; vehementẽ:q̃ longo tempore leuem. ꝛ vitã vno
anno honestã:q̃ qualẽcunq; et multis.et vnũ actũ honestũ/magnũq;: q̃ multos sed minutulos. quod
forsitan eis qui pro amicis/quiq; pro patria mortẽ obeunt:obtigit. Eligent profecto studiosi ꝓclaram
sibi honestatẽ:et pecunias abijcient/quo plures accipiant amici. ꝛ hinc quoq; amicus facultates:ipse
vero cõsequitur honestatẽ/sibiq; maius tribuit bonũ.et hunc/ eundẽq; morẽ circa magistratus serua-
bit.nam hec omia amico suo concedet. hoc eni ipsi magis honestũ/atq; laudabile.merito itaq; videt̃:
studiosus omibus ãteferens honestatẽ. quinetiã interdũ in rebus agẽdis sibiipsi preferet amicũ:eritq;
interdũ pulchrius/q̃ si ipsemet agat:amico causã agendi fuisse. in cũctis igitur laudabilibus vir ipe
studiosus:plus sibiipi honestatis tribuere videt̃. fitq; pariter quẽadmodũ et astruximus: vt virũ stu-
diosum suiipius esse amatorẽ expediat. at sui esse amatorẽ/quẽadmodũ multi sibiipis sunt:nõ expedit.

St autem cõtrouersia et de ipso felice: si indigeat amicis necne. Cap. VIIII. 36
e Non esse eni (inquiũt) ipsis beatis/et ex sese sufficientibus opus amicis. insunt
eni ipsis omia bona. Cum igitur ex sese sint sibi sufficiẽtes:nullius indigent rei.
Amicum autem inquiũt:cũ sit alter ipse:ea afferre amico:que ipe per se amicus cõsequi
nequit. Unde et hanc sententiam dicunt.
Fortuna cũ bona est:amicis cur opus?
¶At absurdo simile est:vniuersa bona tribuentes felici/amicos ipsi non tribuere:quod
externorũ bonorũ maximũ esse videtur. ¶Q; si ad amicum cõferre potius/q̃ accipere
beneficia spectat:atq; ad virũ bonũ/virtutẽq;:dare beneficia pertinet: magisq; honestũ
est amicis q̃ alienis largiri/beneficiaq; cõferre:vir studiosus ijs idigebit profecto:qui
largitiõis beneficia sunt accepturi. Quapropter ꝛ queritur vtrũ prosperis in rebus/ an
in aduersis opus sit magis amicis: vtpote cum et is qui mala fortuna vtitur/ijs indigeat
qui beneficia conferent:et ijs qui prospera fortuna fruũtur: ijs sit opus/ apud quos be-
neficia collocabunt. ¶Est etiam forsitan absurdũ:beatũ ipm solitariũ facere. nemo eni
expetet per se bona cũcta habere. nã homo/ciuile animal est/et cũ alijs aptũ vna viuere.
hoc igitur cõpetit et felici. habet eni ea omia/que natura sunt bona. Constat aũt melius
esse cũ amicis/probisq;:q̃ cũ extraneis ipm/ et quibusuis cõuersari. Amicis ergo beato
est opus. Quid igitur illi primi dicunt:et qua parte vera loquũtur? ¶An quia vulgus 37
eos amicos esse putat qui vtiles sunt?talibus igitur nõ indiget ipe beatus:quippe cum
ipsi omnia bona insint. Nec etiã ijs qui ob voluptatẽ amantur aut perparũ. nam cũ sit
ipsius vita iucunda:aduenticia nõ indiget voluptate. atq; cũ amicis talibus haud indi-
geat:non videtur indigere amicis. hoc aũt nõ est forsitan verũ. ¶Nam in principio di- 38

ctum est felicitatē operationē esse quandã. Constat aūt operationē ip̄am fieri: et non vt quandã rem esse/ que possidetur. ꝙ si felicem esse in viuendo ac operando cōsistit: boni autem operatio/ studiosa et iucūda per se/ vt initio diximus: resq̄ propria ex ijs est que delectant: atq̄ magis propinquos q̄ nosip̄os/ et actus illorū: q̄ nostros possumus cōtemplari. studiosorūq̄ hominū actus si sint amici/ iucundi sunt ipsis bonis (habēt enim ambo ea que sunt natura iucunda) beatus profecto talibus indigebit amicis: si expetit actus bonos et proprios contemplari. talesq̄ sunt ipsius boni: si sit amicus. ¶ Arbitrantur autem homines/ felicem iucunde viuere oportere. Solitario igitur/ difficilis est vita ¶ Non est enī facile per seip̄m ꝯtinue operari: cū alijs vero atq̄ ad alios: facile est. Erit igitur operatio cōtinua magis/ cū sit per seipam iucūda. quod quidē esse circa beatum ip̄m oportet. Studiosus enī hoc ipso quo studiosus est: gaudet quidē ijs actibus/ qui a virtute proficiscūtur. moleste aūt fert eos/ qui a vicijs prodeunt: perinde atq̄ musicus delectatur quidē eleganti cantu: offenditur autē prauo. ¶ Fuerit etiam et quedã virtutis exercitatio ex cōuictu bonorū: vt et Theognidi placet. ¶ Naturalius aūt considerantibus: studiosus amicus expetibilis esse natura studioso videtur. diximus enī id quod est bonū natura/ studioso bonū/ et iucundū esse per se. Diffiniūt autem ip̄m viuere animalium quidem/ potentia sensus: hominum aūt sensus/ vel intellectionis. potentia vero ad operationē reducitur: et ip̄m precipuū in operatione consistit. Ip̄m autē viuere videtur proprie esse ip̄m sentire/ vel intelligere. ad ip̄m viuere de ijs est/ que sunt per se bona atq̄ iucunda. est enī definitū. definitū aūt natura est bonū. Quod vero natura est bonū/ id et bono est bonū. quapropter hoībus iucundū esse videtur. Non oportet aūt vitam sumere prauã atq̄ corruptã: neq̄ in doloribus cōstitutã. indefinita nãq̄ est talis: quēadmodū ea que īsunt ipsi. Eritq̄ hoc manifestū magis in sequētibus de dolore. Si vero ip̄m viuere bonū est: et iucundū etiã est. quod vel ex eo videtur/ quia omnes appetunt ipsum et maxime boni atq̄ beati: his enī viuere maxime est expetibile/ et horū vita est beatissima. Qui aūt videt videre sentit: et qui audit/ audire. et qui ãbulat ambulare: et in ceteris similiter est aliquid sentiens nos operari. sentire vero nos sentire: et intelligere nos intelligere possumus. quod quidem est nos esse: esse enim/ sentire vel intelligere. sentire autem se viuere: de ijs est/ que per se sunt iucunda. vita namq̄ natura est bonū. bonū autem sibi quēpiam inesse sentire/ voluptate afficit. Ip̄m vero viuere expetibile est/ ⁊ maxime bonis: propterea ꝙ esse bonū est ip̄is/ atq̄ iucundū. sentientes enim id quod est per se bonū: voluptate afficiūtur. At studiosus vt erga seip̄m: sic sese habet et ad amicū. amicus enī est alter ipse. vt igitur seipsum esse est vnicuiq̄ expetibile: sic et suū amicū esse/ vel similiter. Esse aūt ideo est expetibile: quia sibi bonū esse ipsum sentit. at talis sensus iucūdus per seip̄m est. sentiat ergo ⁊ ip̄m amicū esse oportet. hoc aūt fieri potest/ cum ip̄o simul viuendo: ⁊ verba/ mentēq̄ cōmutando. Sic enim in hominibus dici videtur/ simul viuere: et non (vt in pecoribus) eodē in loco pasci. ¶ Si igitur ipsum esse per se est expetibile viro beato: cū natura sit bonū atq̄ iucundū: simile aūt est et amici ipsius esse: amicus etiam ex ijs est profecto/ que expetibilia sunt beato. at quod est expetibile beato/ id assit ipsi oportet vel egēs erit hac parte. Opus est igitur ei qui felix futurus sit: studiosis amicis.

¶ Noni capitis note. ¶ Theodorus Atheus amicitiã sustulit: eamq̄ neq̄ bonã/ neq̄ malam esse dicebat. nam inquit neq̄ sapientibus/ neq̄ insipientibus prodest. siquidem sapientes cū sibiip̄is sufficiant: non indigent amicis. neq̄ insipiētes quidē: vt qui illis vti nesciãt. sed longe secus esse/ hic Aristoteles demonstrat/ et felici opus esse amicis. ¶ Definitū/ determinatū: ꝙ a fortuna/ et specie vniuscuiusq̄ rei suapte natura. procedit. Malum aūt indeterminatū/ et cōtra naturã: neq̄ tantū errare contingit quin et amplius. hinc homines — Theodorus — Aristoteles

Cum scelus admittunt/ superest constantia. quid fas/ — Iuuenalis
Atq̄ nefas: tamen incipiūt sentire peractis
Criminibus/ tamen ad mores natura recurrit
Damnatos. Et hoc plane ideo est (vt inquit Satyricus) ꝙ
Mobilis et varia est ferme natura malorū.

¶ Nonū cap. duabus cōclusionibus/ et vna dubitatione partitū est.

36 Noni Capitis cōmentarius ad litterã. ¶ Dubitatio. Utrū felix indigeat amicis/ nec ne. Et inq̄ūt minime opus esse amicis. ¶ Primo. q2 ijs opus amicis non est: qui sibiipsis sufficiētes sunt. at felices sibiip̄is sufficiunt: assunt enī ip̄is omnia bona. igitur felices nō amicorū modo/ sed ne vllius quidē rei

indigent ¶ Secundo. cū amicus ſit alter ipſe/ et ea ſoleat afferre amico que ipſe amicus per ſe cōſequi
nequit: cur (vt et prouerbiū habet) cū deus abunde det bona: amicis eſt opus? non videtur igitur felici
opus eſſe amicis. Sed ex oppoſito videtur felici opus eſſe amicis. ¶ Primo. q2 abſurdo perſimile vi=
detur: felici omīa bona tribuere/ non aūt tribuere amicos: qui externorū bonorū maximū eſſe vidētur.
¶ Secūdo. ſi amici eſt potius beneficia cōferre/ ꝙ accipere/ itidē/ et ſtudioſi ipſiuſꝫ virtutis dare be=
neficia: ſitꝫ magis honeſtnm amicis beneficia largiri/ vir profecto ſtudioſus/ atꝫ felix ijs indigebit
amicis: qui eius beneficia ſint accepturi. at amici/ et ſtudioſi/ et virtutis potius officium eſt beneficia
conferre/ et magis honeſtum eſt illa conferre amicis. indiget igitur ipſe ſtudioſus/ atꝫ felix amicis.
Quapropter queri ſolet quibus in rebus ꝓſperiſne an aduerſis magis opus ſit amicis: quaſi cum ijs
quidem qui aduerſa vtitur fortuna / tum qui ſecūda proſperaꝫ: indigeat amicis. is quidē qui aduer
ſa laborat: ijs indigeat amicis/ qui beneficia cōferant: et qui ꝓſpera: ijs in quos beneficia collocet.
¶ Tertio. quia abſurdum/ rationiꝫ incōſonum eſt: beatū ipm̄ ſolitariū facere. nemo enī expeteret per
ſeipm̄/ ſolitariuſꝫ: vel cuncta bona poſſidere. nā homo ciuile animal eſt/ ⁊ cū alijs ſuapte natura natū
cōuiuere. cōpetit igitur felici/ et cū alijs viuere. habet enī omīa que natura bona ſūt. at perpalā eſt ipſi
felici melius eſſe cū amicis/ atꝫ probis: ꝙ cū extraneis/ et quibuſuis hominū cōuerſari. felici igitur
opus eſt amicis. Sed nunc quid verū dicant: qui primas tuētur partes/ nobis videndū eſt. ¶ Prima 37
concluſio. Felicibus haudquaꝙ opus eſt aut vtilibus/ aut delectabilibus amicis. Nam ij ſunt quos
vulgus appellat amicos. quibus ideo non indiget beatus: quia omīa bona/ omiſꝫ vtilitas ſibi adeſt.
Verū neꝫ ijs amicis qui ob voluptatē amātur/ aut ꝑparū admodū. nā cū ipſius felicis vita per ſeipſa
iucunda ſit. aduēticia nō indiget voluptate. et cū talibus non indigeat amicis/ videtur ijs qui primas
partes defenſant: iccirco nō indigere amicis. quod non plane verū eſt. ¶ Secūda cōcluſio. Felix: ſtu= 38
dioſis indiget amicis. ¶ Primo. q2 in principio hui9 moralis inſtitutionis dictū eſt: felicitatē opera=
tionem eſſe quandā. et operatio ipa fit (quēadmodū perſpicuū eſt) neꝫ eſt vt res aliqua que facta poſ=
ſidetur. et felicē eſſe in viuēdo/ ac oꝑādo: et bona quidē/ et iucūda exiſtit. nā ſtudioſi oꝑatio per ſeipam
ſtudioſa/ iucūdaꝫ eſt: vt iā quoꝫ a pricipio dictū eſt. ſtudioſa enī operatio inter delectabilia/ maxime
delectare ꝓpria res eſt. cū ergo ita ſit: et nos magis ꝓpinquos/ eoſꝫ qui nobiſcū verſant ꝙ nos ipſos
contēplari poſſimus/ et eorū oꝑationes magis ꝙ noſtras: ſtudioſorū igitur hominū (et preſertim vbi
erunt amici) ſtudioſe operationes ipſis ſtudioſis inuicē opido delectabiles erunt/ atꝫ iucunde. habēt
enim ambo ea que ſuapte natura iucūda ſunt. felix igitur talibus indigebit amicis: ſi contēplari ma=
xime expetet actus ſtudioſos/ beateꝫ vite proprios. ſunt eteni ipſius ſtudioſi actus tales: tū maxime
vbi fuerit amicus. ¶ Secundo. arbitrātur omēs felicē/ iucunde viuere oportere. at ſolitario difficilis
eſt vita. eliget igitur felix aliquos: cū quibus cōuiuat amicos. ¶ Tertio. nō eſt facile ꝑ ſeipm̄ cōtinue
operari/ at cū alijs/ atꝫ ad alios facile eſt. erit igitur cū amicis operatio magis cōtinua: cū et cū ipſis
ſit magis ſecundū ſeipm̄ iucūda. verū id circa beatū ita eſſe oportet. nā ſtudioſus quatenus ſtudioſus
eſt: ijs actibus gaudet/ qui a virtute ꝓficiſcūtur. ⁊ moleſte eos fert qui a vicijs manant: haud ſecus ac
muſicus emodulato delectatur cōcentu/ perſtrepēte aūt offenditur/ atꝫ prauo. īdiget igitur felix: ſtu=
dioſis amicis ¶ Quarto. ex cōuictu/ cōſuetudiceꝫ amicorū: quedā fit virtutis exercitatio: vt ⁊ Theo=
gnidi placet. expediūt igitur tales et felici ¶ Quinto. ſi naturalius cōſideramus: videbitur ſtudioſus
amicus ipſi felici natura expetibilis eſſe. nā diximus quod natura bonū eſt: ſtudioſo bonū/ iucundūꝫ
per ſe eſſe. et diffiniūt ipm̄ animaliū viuere: potentiā ſenſus habere. viuere aūt hominis: habere poten=
tiam aut ſenſus/ aut intellectiōis. potentia aūt ad operandū exiſtit/ ad operationēꝫ refertur: et ipſum
viuere precipuū in operatione cōſiſtit. ipm̄ enī viuere proprie eſſe videtur: aut ipm̄ ſentire/ aut intelli=
gere. et viuere de ijs bonis eſt: q̄ natura et ꝑ ſe bona ſūt/ ac iucūda. eſt enī definitū. definitū aūt natura
bonū eſt: quod vero natura bonū: et id quoꝫ ſtudioſo bonū eſt. quapropter viuere/ nō ab re videtur oī=
bus eſſe iucundū. verūtamen nō oportet id viuere/ eamꝫ vitā accipere que praua/ corruptaꝫ ſit: aut in
doloribus cōſtituta. indefinita enī talis vita eſt: quēadmodū et ea que tali vite inſunt/ quod et in ſequē=
tibus euadet manifeſtius: cū de dolore agetur. et ſi ipm̄ viuere bonū eſt: nō minus etiā et ipm̄ iucundū
eſt. quod vel hinc perſpici licet: ꝙ omnes/ ipm̄ viuere appetunt: et maxime boni/ atꝫ beati. his enī vi=
uere maxime expetibile: et horū vita beatiſſima eſt. Rurſus qui videt/ ſētit videre: et qui audit audire/
et qui ambulat: itidem ſentit ambulare: et in ceteris cōſimiliter eſt aliquid nos operari ſentiēs. ſentire
enī nos ſentire/ et intelligere nos itelligere poſſumus. hoc aūt/ ſentire eſt nos eſſe. eſſe enī: nobis ſentire
aut itelligere eſt. at ſentire ſe eſſe/ atꝫ viuere ex ijs bonis ſunt: que per ſe ſunt iucunda. vita enī natura
bonū eſt. et natura bonū ſibi quempiā ineſſe ſentire/ ꝑiucūdū eſt. et preſertim maxīe bonis/ ipm̄ expeti=
bile eſt: quādoquidē eſſe ipm̄ ipſis maxime bonū/ iucundūꝫ eſt. et id ſentientes ſibi adeſſe per ſe bonū:
voluptate afficiūtur. at ſtudioſus vt ad ſeipm̄: ita quoꝫ ſeſe habet ad amicū. eſt enī amicus alter ipſe.
igitur vt ſeipſum eſſe vnicuiꝫ expetibile eſt: ſic et amicū eſſe/ aut ꝓpe modū ſimiliter. at vero eſſe ideo
felici vel maxime expetibile eſt: ꝙ ſibiipſi eſſe/ bonū eſſe ſentit. talis enī ſenſus per ſeipm̄ iucundus eſt.
ſentiat ergo et ipm̄ amicū eſſe/ oportet. hoc aūt aliter fieri nō poteſt. ꝙ cū ipo viuēdo/ et verba mentēꝫ
cōmunicando. ſic enī agendo in hominibus viuere dicitur: et non quēadmodū in pecoribus ꝙ eodē in
loco paſcantur. felici igitur: ſtudioſis opus eſt amicis. ¶ Sexta. ſi ipm̄ eſſe per ſe eſt expetibile beato/
cum natura ſibiipſi ſit bonū/ atꝫ iucundū: et eſſe amici ſimile eſt/ ſimiliter ipſi beato natura bonū/ atꝫ
iucundū: et amſcus etiā ex ijs que per ſe expetibilia ſunt beato: ipſi ꝓfecto beato expetibilis eſt amic9.
at quod expetibile eſt beato: vt id ipſi aſſit oportet/ alioquin hac parte mancus/ indigenſꝫ erit beatus.
opus igitur eſt ei qui felix futurus ſit: ſtudioſis amicis.

Vnt ne igitur ꝙplurimi faciendi amici an (vt de hoſpitalitate di= Cap. X. 39
s ctum) concinne fuiſſe videtur.
Hoſpite ne careas: hoſpes neꝫ pluribus eſto.

ſic ⁊ ad amicitiā accōmodabitur: neq̧ ſine amicis eſſe/ neq̧ rurſus nimiū multos habere
40 amicos. ¶ Ad eas igitur amicitias que ſunt ob vtilitatē: et valde id quod dictū eſt ac=
cōmodatum eſſe videbitur. ¶ Multis eni viciſſim ſubminiſtrare: laborioſum eſt/ neq̧
ad hoc agendū facultates ipſe ſufficiunt: plures igitur ijs qui ſunt ad facultates ꝓprias
ſatis: ſupuacanei ſunt/ atq̧ ad bene viuendum impedimento. non ergo opus eſt ipſis. ij
41 quoq̧ qui cōparantur vb voluptatē: ſufficiunt pauci/ vt in epulis condimentum. ¶ At
ſunt ne ſtudioſi plurimi cōparandi: An et multitudinis amicorū eſt quidam numerus:
perinde ac ciuitatis. Nec enim decem ex hoibus/ ciuitas cōſtare poteſt: nec etiam eſt ex
centum milibus adhuc ciuitas. ſed quātitas non eſt forſitan vna quedam determinata.
ſed omnis ea que eſt media inter quaſdam multitudines definitas. et amicorū igit̄ mul=
titudo quedam eſt definita. ¶ Atq̧ ij fortaſſe ſunt plurimi: cum quibus quiſpiā viuere
42 poteſt/ hoc eni ad amicitiā pertinere maxime videbatur. ¶ Fieri aūt non poſſe vt vna cū
multis quiſpiā viuat. ſeq̧ mltis ipertiat: nō eſt obſcurū ¶ Preterea illos etiā int̄ ſeſe ami=
cos eſſe oportet/ ſi ſimul omnes victuri ſunt: hoc autē difficile eſt in multis. ¶ Eſt etiam
perdifficile/ gaudere familiariter cū multis/ atq̧ dolere. ꝯcurrere eni hec ſimul poſſunt:
cum vno inquā dolere/ et cū altero gaudere. ¶ Forſitā igitur bene eſt nō querere ꝗ̄ plu=
rimos amicos habere: ſed quot ad cōmunē vitā habendā ſufficiunt. ¶ Neq̧ eni poſſe
videtur: multis vehemēter amicū eſſe. Quapropter neq̧ adamare plures. exuperatio
eni quedam amicitie eſt. hoc autem eſt ad vnū. Et vehemēter igitur amare/ ad paucos
erit: hoc et in ipſis rebus ita ſe habere videtur. amicitia namq̧ ſodalitia/ non fiunt multi
43 amici. et que fama celebrantur inter duos fuiſſe dicuntur. ¶ Qui vero multos amicos
habent: et oibus ſeſe familiariter offerūt: ij nemini amici eſſe videtur/ niſi ciuiliter: quos
et placidos appellant. fit igitur vt ciuiliter multis ſit quiſpiā amicus. etiam ſi non ſit pla=
cidus/ ſed vere vir probus. ſed ob virtutē et ſeipſos amicitia: nō eſt ad multos. amabile
autem eſt: et paucos inuenire tales.
¶ Decimi capitis note. ¶ Myrias myriados/ decem milia. et ita vſus eſt Argyropilus. Leonardus
autē videtur vſus pro cētum milibus. ¶ Ad paucos: quia ad duos qui ſe vehemēter reciproce amāt.
¶ Decimū cap. duabus queſtionibus/ et tribus cōcluſionibus partitū eſt.
39 Decimi Capitis cōmentarius ad litterā ¶ Prima queſtio. An ꝗ̄ plurimi ſibi cōciliandi ſunt ami=
ci: an potius pauci/ quēadmodū et de hoſpitalitate id quoq̧ eleganter dictū eſt.
Hoſpite ne careas: hoſpes neq̧ pluribus eſto:
Id videlicet ad amicitiā accōmodando: vt neq̧ ſine amicis ſimus/ neq̧ rurſus nimiū multos habea=
40 mus amicos. ¶ Prima cōcluſio. Ad eas amicitias que ob vtilitatē/ aut voluptatē cōparātur: id recte
accōmodatū iri videtur: neq̧ in hiſce amicitijs/ cōpluribus opus eſſe amicis. Nā in amicitijs ob vtili=
tatem multis viciſſim ſubminiſtrare laborioſum eſt: neq̧ ad id agendū facultates ipſe ſuppetunt. plu=
res igitur ea amicoꝝ copia/ que ad proprias facultates ſatis eſt: ſupuacanei ſunt/ atq̧ ad bene viuen=
dum plurimo ſunt impedimento. non igitur opus eſt illis. et ij amici qui cōparantur ob voluptatem/
ſufficiunt pauci: perinde atq̧ in epulis condiendis pauca ſatis ſunt ad condimentū. non igitur ad eas
41 amicitias que ob vtilitatē/ aut voluptatē cōparātur: ꝗ̄ plurimis opus eſt amicis. ¶ Secūda queſtio.
An in amicitia ſtudioſa plurimi cōparādi ſint amici: videt̄ ita eſſe. ¶ Primo. qꝛ hmōi amicorū mul=
titudo: vt multitudo ciuitatis eſſe videtur/ ſed ex decē homibus ciuitas non cōflatur/ neq̧ rurſum con=
flatur ciuitas ex centū milibus. neq̧ forte ciuitatis quantitas: quanta ſcilicet eſſe debeat/ vna eſt/ neq̧
determinata. ſed omnis ciuitas ea eſt multitudo: que eſt īter quaſdā multitudines determinatas. igit̄
et amicorū multitudo quedā eſt: hoc pacto determinata. ¶ Secundo. fieri poteſt vt ij ſint plurimi: cū
quibus quiſpiam viuere poteſt. at hoc ad amicitiam vel maxime pertinere videtur. cōtingit igitur in
42 amicitia etiam ſtudioſa: plurimos ſibi cōparare amicos. ¶ Secunda concluſio. In amicitia ſtudioſa
haud plures cōparandi ſunt amici. ¶ Primo. quia haudquaꝗ̄ obſcurū eſt fieri nō poſſe vt vna/ pari=
terq̧ cū multis quiſpiam viuat: ſeq̧ multis totū impertiat. in ſtudioſa igitur amicitia: nō complures
cōparandi ſunt amici ¶ Secundo. ſi cōplures eidem cōparandi ſunt amici: oportet illos inter ſeſe eſſe
amicos ſi ſimul cōuicturi ſint. atqui in cōpluribus id reperiri: admodū difficile eſt. ¶ Tertio. ꝑdiffi=
cile eſt cōgaudere familiariter multis/ multiſq̧ cōdolere: quinimo hec ſimul cōcurrere poſſint ſi mul=
tos admittas amicos: vt cū vno dolendū ſit/ cū altero vero gaudendū. non videtur igitur in amicitia
ſtudioſa: multis opus eſſe amicis ¶ Quarto. quia bonū/ expediensq̧ videtur non querere ꝗ̄ plurimos
amicos habere: ſed quot ad cōmunē vitam degendā ſufficiūt. ¶ Quinto. quia poſſibile nō videtur vt
vnus/ ideō q̧ multis vehemēter amicꝰ ſit. et hinc quoq̧ ſimili pacto euenit vt in re amatoria haudquaꝗ̄
vnus vehementer plures adamare poſſit. at amicitia in quadam exuperatione/ vehementiaq̧ eſt. hec
autem eſt ad vnum. igitur vehementer amare/ et amicitia ad paucos erit/ et nequaꝗ̄ ad multos et re=
uera ſic et a parte rei experientia compertum eſt. nam amicitia ſodalitia non fiunt multi vehementer
amici. ſed eiuſce amicitie quas fame celebritas reddit inſigniores: continue inter duos fuiſſe memo=
rantur. vt inter Theſeum et Pyrithoum/ inter Eurialum et Niſum/ inter Achillem et Patroclum/
inter Agamēnoniū Oreſtem et Pyladem/ inter Pythiam et Damonem. non a ratione igitur alienum

esse videtur:q in amicitia studiosa non multi querantur amici. ¶ Tertia cōclo. Amicitia ciuili com- 43
plures licet/ et decet habere amicos. Nam qui multos amicos habent/ et omibus sese familiariter offe-
runt:ij eorū nemini amici esse videntur nisi ciuiliter:quos quidem ciuiles amicos/ placidos appellare
solent. fit igitur vt multis quispiam ciuiliter sit amicus: qui͂s etiā multis placidus nō esset/ dū modo
plane vir bonus esset. Sed amicitia que est ob virtutē/ et ob seipsos: ad multos non est. sed amabile est/
remq͂ bene agi putandū est: paucos etiā reperire tales.

Utra in fortuna magis opus est amicis: vtrū in pspera an i aduer- Cap. XI. 44
a sa? ¶ In vtraq͂ nāq͂ querūtur. Nam et qui fortunā habent aduersam: indigēt 45
ope. et qui sunt in rerū prosperitate eorū indigent quibuscū viuēt: et in quos be-
neficia cōferent. volunt enī largiri/ beneficiaq͂ cōferre ¶ Amicos igitur habere necessa-
rium quidem est magis. in aduersa fortuna. Quapropter hic vtilibus amicis est opus: 46
honestius autem est/ i prosperitate fortune. iccirco et bonos querūt. in hos enī beneficia
conferre/ atq͂ cum his vna degere magis est expetibile. ¶ Est enī et ipsa presentia ami- 47
corum iucunda in vtraq͂ fortuna/ nā leuantur ipsi dolentes cū dolentibus ipsis amicis.
Quapropter et dubitauerit quispiā: si doloris vt oneris amici participes fiunt. An hoc
quidē nō fit: ipsorū aūt presentia cū sit iucunda/ cōdolendiq͂ sensus: minuit ipm dolorē?
Uerum si ob hec/ aut ob aliquid aliud leuantur: missum faciamus. id quod dictum est
euenire sane videtur. ipsorū autem presentia immixta quedam esse videtur. Nam aspi-
cere quidē amicos iucundū est: presertim ei qui calamitatibus premitur fertq͂ presidiū
aliquod aduersus dolores. Cōsolationē enī ipse amicus et aspectu/ et verbis afferre po-
test: modo sit dexter. scit namq͂ mores: ex quibus gaudet atq͂ dolet. ¶ At sentire suas
ob erūnas dolere amicum: affert dolorem. Nam omnes fugiunt se causam doloris esse
amicis. quapropter viriles quidē natura cauent: ne amici secū cōdoleant. et si non exu-
perent indolentia: dolorem quo illi afficiuntur non ferunt. atq͂ omino simul plorantes/
merentesq͂ non admittūt: quia nec ipsi sunt propensi ad luctus. Mulier cule vero et hu-
iuscemodi viri/ gaudent ijs qui vna cū ipsis gemūt. et amant eos tanq͂ amicos et cōdo-
lentes. oportet aūt omnibus in rebus prestabiliorem imitari. At amicorū prosperis in
rebus presentia et voluptatē affert omni in actu/ et cogitatione delectat: q in ipsius bo-
nis letantur. ¶ Quapropter videbitur oportere in prosperitatibus quidem prompte 48
vocare amicos. est enī honestū beneficū esse. In aduersitatibus autem pigre. minime
namq͂ facere participes malorū ipsos oportet. Unde et illud dicitur.
Sat est grauis/ tristisq͂/ sine me fors premat.
Maxime tamen vocandi sunt tunc amici: cū parua suscepta molestia/ multū prodesse
possunt. cōtra autem fortasse cōgruum est: ad calamitosos quidem ire non vocatum et
prompte. est enī amici beneficia cōferre: presertim in eos qui indigent/ et anteaq͂ illi re-
quirāt. vtrisq͂ nāq͂ honestius/ atq͂ iucūdius est. Ad fortunatos autē prompte quidem
accedere ad operandū vna cū illis. Est enī ad hec opus amicis: lente aūt pro beneficijs
consequendis non est enim honestū vtilitatis sue causa properare. Cauenda autem est
forsitan opinio iniucunditatis in repellendo: accidit enī nonnūq͂. presentia igit amico-
rum in vniuersis expetibilis esse videtur.

Aristoteles ¶ Undecimi capitis note. ¶ Aristoteles virile nō putat: mulierculaꝝ more lachrimas fundere/ plā-
Dominus gere/ et eiulari: neq͂ virile est. virilibus tamen pietas inuenit lachrimas. vt fleuit dominus super Hie-
Hierusalem rusalem/ fleuit super Lazarum cum eum fetentem reuocauit ad vitam. et visus est lachrimari sepe/ ri-
Lazarus dere nunq͂. lachrime enim plerūq͂ sunt magne hūanitatis signū/ et ee presertim que ex pietate pdeunt.
¶ Undecimū cap. vna questione/ duabus cōclusionibus/ et duobus correlarijs partitū est.
Undecimi capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Questio. In qua fortuna pspera scz/ an aduersa ma- 44
gis opus est amicis. ¶ Prima cōclo. In vtraq͂ fortuna parandi sunt amici. Nā qui durā/ aduersāq͂ 45
experiūtur fortunā: amicorū indigent ope. et quos rerū prosperitas: ad rerū culmē euehit: ijs indigēt
amicis cū quibus viuāt/ et in quos bnficia cōferant. volūt enī elargiri/ beneficiaq͂ cōferre. ¶ Primū 46
correlariū. Quo fit vt in aduersa fortuna amicos habere magis necessariū sit: in secundis aūt rebus
honestius. nā in rebus aduersis vtilibus amicis opus est/ in rerū aūt psperitate/ boni querūtur amici.
nam in hos beneficia cōferre/ atq͂ vna cū his degere: magis expetibile est. ¶ Secunda cōclusio. Pre- 47
sentia amicorū in vtraq͂ fortuna: cū aduersa/ tū secunda iucunda est. Nam in aduersa fortuna: leuan-
tur ipsi dolentes/ cū dolentibus amicis. et pinde queri solet: an amici doloris (vt portandi oneris) pti-
cipes fiant: cum alter alterū alleuiat: an id quidē non hoc modo fiat/ sed quoniā ipsorū presentia cū sit
iucunda/ ipseq͂ cōdolendi sensus: iminuit dolorem. veꝝ impresentiarū an ob hec que allata sunt/ an ob
aliud quicq͂ alleuientur: missum faciamus: tametsi ob idipm quod dictū est rationabiliter id euenire
videatur. nam ipsorum presentia lugubribus rebus imixta: causa alleuiationis esse videtur. aspicere
enim amicos iucundum est/ presertim ei qui calamitatibus premitur/ fertq͂ presentia aliquod aduer-

sus dolores ꝑsidiū. adde ꝙ cōsolationē ipse amic⁹: et aspectu/ et ṽbis afferre potest mō affabilis sit/ atq; dexter. scit eni amicus/ amici mores: ex quibus gaudet/ doletq;. ¶ Attamen viriles natura/ cauent ne amici secum cōdoleant. at muliercule/ molliculiq; viri: id affectāt. Nam sentire suas ob erūnas dolere amicū dolorem affert. fugiunt eni omnes/ se causā doloris esse amicis. qui igitur viriles sunt cauent: ne sui gratia videant amicos dolentes. et si non exuperent in dolore: dolorē quo amici afficiūtur nō ferunt ¶ Secūdo. viriles secū omino plorātes/ merentesq; non admittūt. quia nec ipi quidē sunt ad luctus/ merorēq; ꝓpēsiores. at muliercule/ et mulierosi viri gaudēt iis qui vna secū gemūt/ hosq; amāt tanq̄ amicos/ et cōdolētes. verū opeprecū magis est omibus in rebus prestabiliorē imitari/ ipmq; virilem. et prosperis in rebus amicorum presentia in omni actu/ et cogitatione voluptatē affert/ ac dele-

48 ctat: ꝙ amici in eius ꝓsperitatibus letantur. ¶ Secundū correlariū. Quo videtur oportere in prosperitatibus prompte vocare amicos/ in aduersitatibus autem tarde. ꝙ arridente fortuna honestum est beneficum esse: et duris prementibus casibus/ minime decet amicos malorū participes efficere: vnde et recte id dicitur.

Sat est grauis/ tristisq;: sine me fors premat.

Verūenimuero tum maxime vocādi sunt amici: cū parua suscepta molestia plurimū ꝓdesse possūt. Cōtra aūt forte cōgruū est amicū ad calamitosos ire non vocatū: et prompte quidē. nā amici est beneficia cōferre/ et presertim in eos qui indigent: et anteaq̄ illi requirant. id eni vtrisq; honestius/ atq; iucundius est. et ad fortunatos identidē prōpte accedendū est: ad vna cū illis agēdū. est eni magnis in ꝓsperitatibus opus amicis. sed lente pro beneficijs cōsequendis ire decet. nā non satis honestū est: sue vtilitatis causa/ ad amicos properare. cauenda etiam hac in re est opinio iniucūditatis: aut ob molestiā/ aut ob repulsam: accidit eni nōnunq̄. effectum igitur est vel per q̄ manifestum: presentiā amicorum in cunctis fortunis expetibilē/ atq; iucundā esse.

49 T est ne: vt adamātib⁹ amabilissimū est ipse aspect⁹/ magisq; hūc Cap. XII. sensum q̄ ceteros expetūt: propterea ꝙ per hunc maxime est/ atq; oritur amor/ sic et amicis maxime expetibile cōuersari/ simulq; viuere? Amicitia nāq; cōmunicatio est. ¶ Et vt ad seipsum quisq;: sic sese habet et ad amicū. sensus autem vnicuiq; circa seipsum est expetibilis. et circa igitur amicū. ¶ At operatio ipsis in simul viuendo fit. Quare nō immerito viuere simul affectant. ¶ Atq; quod tādem est singulis esse/ vel gratia cuius viuere expetunt: in eo cum amicis versari/ degereq; volunt. Quocirca alij cōpotant/ alij talorū ludo simul incūbunt. alij simul sese exercēt: et vna venātur aut philosophantur/ singuli totos dies id simul agentes quod maxime amant. ¶ Viuere enim simul cū amicis volentes/ hec faciunt: et ea cū his cōmunicant/ quibuscū vna viuere ex-

50 petunt: que maximū ipos in vita delectant. ¶ Fit igitur amicitia quidē improborū flagitiosa. Coicant eni praua/ suntq; instabiles: et peiores etiā fiunt moribus/ similes euadentes. Proborū aūt proba cōgressionibus suscipiens incrementa. Videntur etiā tales et prestabiliores euadere/ tam agendo q̄ se mutuo emendando. eliciunt enim ex sese mutuo ea que placent. vnde illud dicitur recte.

Disces ex studiosis nimirū optima semper.

Sed hactenus de amicitia. Deinceps de voluptate dicamus.

¶ Duodecimi capitis note. Q; vitanda sit prauorū cōsuetudo/ ac amicitia a Satyrico disce.

Dedit hec cōtagio labem
Et dabit in plures. sicut grex totus in agris Iuuenalis
Vnius scabie cadit/ et porrigine porci.
Vuaq; conspecta liuorē ducit ab vua.

Ita mali seipsos inficiūt et abinuicem viuendi labem cōtrahunt/ prauāq; vite cōsuetudinē.

¶ Duodecimū cap. duabus cōclusionibus partitū est.

49 Duodecimi capitis cōmentarius ad litterā. ¶ Prima ꝯclusio. Amicorū ꝑcipuū munus/ atq; officium est: vna cōuersari/ simulq; viuere. ¶ Primo. quia vt in adamantibus suauissimū est videre/ et vt hunc sensum magis q̄ ceteros expetunt: ob idipsum ꝙ amor per ipm/ et existit/ et oritur: ita et amicis conuersari/ simulq; viuere expetibile videtur. nam amicitia quedam communicatio est. ¶ Secundo. vt quisq; ad seipsum: sic sese habet et ad amicū. at sensus circa seipsū vnicuiq; est expetibile. igitur et circa amicū. ¶ Tertio. Amicitie operatio ipsis fit amicis: simul cōuiuendo. nō igitur imerito: simul ipsi viuere affectant. ¶ Quarto. quod tandē singulis gratissimū est esse/ et gratia cuius viuere expetunt in eo ipsi cū amicis versari/ degereq; volunt. quocirca alij cōpotant/ alij tesserulas iactant/ alij simul exercentur/ alij simul venantur/ aut philosophant: singuli in ijs totos dies exigētes: que sibi gratissima sunt in vita. viuere eni simul cū amicis volentes: hec faciūt. et ea que eos in vita maxime dele-

50 ctant cū ijs cōmunicāt: cū quibus vna viuere volunt/ ac expetunt. ¶ Secūda cōclusio. Amicitia improborū flagitiosa est: proborū aūt proba. Nam improbi cōmunicāt praua/ nullā stabilitatē/ firmamentumq; habentes/ euaduntq; deteriores: ꝙ mutua cōsuetudine reddant similiores. at proborū amicitia: ipsis cōgressionibus incrementa sunt. quinimo et tales etiā: cū agendo/ tū se mutuo emendando/ euadunt prestabiliores. eliciūt enim ex sese mutuo ea ipa que placent/ et ex quibus placere possunt. vnde et illud a bonis quidem bona. Sed de amicitia hactenus dictum sit abūde; nunc aūt ad determinandū de voluptate transeundū est. Noni Ethicorū Aristotelis Finis.

Ost hec sequitur forsitan vt de voluptate dicamus. ¶ Maxime Cap. I. 1
nãq; voluptas nostro generi familiaris esse videtur. Quapropter erudiũt
p iuuenes: gubernantes ipsos voluptate: atq; dolore. ¶ Videtur aũt ad con=
sequendã moris virtutẽ maximũ esse: gaudere ijs quibus oportet/ et odisse
ea que oportet. comitantur eni hec tota in vita/ momentũ/ et vim ad virtutẽ
habentia/ felicẽq; vitã. nã eligunt quidẽ ea que voluptate afficiũt: fugiũt aũt ea/ que do=
lorem efficiunt. ¶ Talia vero minime pretermittẽda esse videntur. presertim cũ magna
de ipsis sit cõtrouersia. Quidã eni summũ bonũ voluptatẽ esse dicunt. quidã cõtra ve=
hementer prauũ. partim forsitan et credentes sic esse/ partim putantes ad vitã nostram
melius esse voluptatem ostendere prauam esse: etsi talis non est. plerinq; eni ꝓpensiores
sunt ad ipam: et voluptatibus inseruiunt. Quãobrem ad ꝯtrariũ ipos ducere oportere 2
dicũt: sic eni ad ipm mediũ tandẽ peruenient. ¶ Fortasse aũt hoc nõ bene dicit. Sermo=
nes eni qui de affectibus fiunt/ et actibus: minus credũtur q̃ opera. Cũ igitur ab ijs dis=
crepant que sensu percipiũtur: tũ spreti veritatẽ etiã ipam interimũt. qui nãq; volupta=
tem vituperat: is si eam visus nõnunq̃ fuerit affectare: ad ipam inclinari videtur vt talẽ
oẽm. distinguere nãq; nõ est ipius multitudinis iperite. Sermones igitur veri/ non solũ
ad sciendũ: sed ad viuendũ etiam perutiles esse videntur. credũtur eni cũ sunt operibus
consentanei. Quapropt̃ hortãtur eos qui ipsos intelligũt: ad ita viuẽdũ/ vt ipi definiũt
sed de his hactenus. Nunc ea que de voluptate dicta sunt referamus.

Dominus ¶ Primi capitis note. ¶ Domin⁹ in euãgelio scribas/ et phariseos arguit: q vnũ facerent/ et aliud
Scribe docerent. que dicũt iquit facite: que aũt faciũt nolite facere. et vita in humanis: plusq̃ verba predicat.
Pharisei cũ eni vita et verba in morũ harmonia cõsonant. deus (qui ipa veritas est) in illis habitat. quod Rufi=
Rufinus nus Aquileiensis de philosopho dialectico in cõcilio Niceno ad fidei rectitudinem cõuerso cõprobat.
p. dialectic⁹ Cum eni nullis argumentorũ circuitibus/ a gẽtilicio errore retrahi valeret: vbi quidã simplex homo
captionũ ignarus/ senex/ solitudinis accola/ verbi nõ auditor sed factor: paucula (que deus ispirabat)
disseruisset: manus victas non diutius reluctatus dedit philosophus/ sacro lauacro protinus regene=
ratus. Adiecitq; donec verbis mecũ gesta res est: verba verbis opposui: et que dicebãtur dicendi arte
subuerti/ vbi vero pro verbo virtus ex ore dicẽtis ꝓcessit: nõ potuerũt resistere verba virtuti. vides quo
pacto vite virtus predicat: et simplicitatẽ/ sapientũ eloquentia ad vitã esse efficaciorẽ. Quapropter ex
agendorũ libris studendũ est nõ dicere: sed potius operari: debent eni bona opera: bonos semꝑ preire
sermones/ que vbi cõiuncta sunt/ vita verax plusq̃ verba quecũq; instruit/ illiq; peramplius creditur.
¶ Primũ cap. duabus cõclusionibus partitũ est.

Primi Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Post ea que determiata sunt: cõsequẽs 3
de voluptate determinatio/ cõsentanea esse videtur ¶ Primo. q2 maxime voluptas hominibus addi=
cta/ peculiarisq; esse videtur. et hinc quoq; iuuenes erudiunt: eos voluptate/ atq; dolore formantes.
¶ Secũdo. q2 maximũ esse videtur ad morũ virtutes cõsequẽdas: ijs gaudere quibus oportet/ et ea iti=
dem odio habere que oportet. gaudere eni/ et odio habere per totã vitã se diffundũt: ad felicitatẽ/ bea=
tamq; vitam pondus/ potestatẽ habentia. nã tota in vita ea eligunt que voluptate afficiũt: fugiũt aũt
ea que dolorem efficiunt. igitur sequens de voluptate determinatio: videtur cõsentanea. ¶ Tertio. de
voluptate/ et dolore minime determinatio omittenda esse videtur / ob id vel maxime q de ipis magna
agitatur cõtrouersia. nã quidã astruũt voluptatẽ summũ esse bonũ: quidã ecõtra/ grande esse admodũ
malũ: primis forte credentibus re vera sic esse: secundis vero arbitrantibus ad nostrã vitã satius esse
ostendere voluptatẽ prauã esse/ etsi praua nõ sit: q plerinq; ꝓpensiores ad ipm ferũtur/ ipisq; voluptati=
bus inseruiũt. ⁊ proinde ad cõtrariũ ipos perducere salubre ducunt: sic eni ad ipm mediũ tandem per=
uẽturos. ¶ Secũda cõclusio. Minime ei incũbit qui voluptatẽ bonã esse sentit/ eam ostendere prauam/ 4
eamq; verbis insectari. Nã sermones qui de affectibus/ actibusq; humanis fiunt: minus q̃ opera ipsa
credũtur. cũ ergo verbis discrepãt/ ab ijs que sensu prosequi percipiũtur: tũ spreti/ veritatẽ etiã ipam
infirmant/ atq; interimũt. nã qui voluptatẽ vituperat si quãdo eã affectare deprehendat̃: ad ipam/ imo
ad oẽm voluptatẽ inclinari videbitur: distinguere eni nõ est ipsius iperite multitudinis: videtur itaq;
sermones veri/ ipsiq; vite respondẽtes/ nõ modo ad sciendũ/ verũ etiã ad viuendũ esse vel vtilissimi. cre=
duntur eni tũ sermones cũ ipi sunt operibus cõsentanei. qua in re eos hortant̃ veraces: qui eorũ vitam
intelligũt ad ita viuendũ vt ipsi verbis definiunt. sed de his hactenus: nunc ergo que de voluptate ab
alijs dicta sunt/ adducere videbitur oportunum. 5

Udoxus itaq; voluptatẽ ex eo summũ bonũ esse putabat: quia cer= Cap. II.
e nebat vniuersa ipam affectare: et que rationẽ habent/ ⁊ que expertia sunt eiusdẽ.
atq; in cũctis quod est expetibile/ bonũ esse: ⁊ quod maximũ est expetibile/ opti=
mum esse. vniuersa vero ad idẽ ferri declarat: omibus illud optimũ esse. Unũquodq;
eni id quod est sibi bonũ inuenire dicebat: queadmodũ et alimentũ. Quod igitur vni=
uersis est bonũ: quodq; cũcta affectant id esse summũ bonũ aiebat: huius aũt viri rõnes
ob moris magis virtutẽ; q̃ propter seipsas credebãtur. valde eni videbatur esse mode=

stus.non igitur vt voluptatis amicus hec dicere videbatur.sed quia vere res ita se ha-
bent. ¶Nõ minus aũt hoc manifestũ esse cẽsebat/et ex cõtrario. Dolorẽ eni etiam dice
bat fugiẽdũ p se oibꝰ esse.itaq ꝯtrariũ expetibile esse sili modo.maxime aũt id expetibi
le eẽ:qđ nõ ob aliud/neq cuiusq̃ expetimꝰ gratia.atq tale ipsã esse sine ꝯtrouersia volu-
ptatẽ:neminẽ eni interrogas/cuiusnã gratia capiat voluptatẽ:ꝓpterea qđ p seipsã expe
tibilis est ipsa voluptas/facereq ipsã qđuis bonũ expetibile magis/si illi addat. vt iu-
stas operatiões/tẽperatasue.et incremẽta suscipere bonũ ipsũ seipso. ¶Videt aũt hec
ratio voluptatẽ ostẽdere bonũ esse:et nõ magis q̃ aliud bonũ. Oẽ eni bonũ expetibiliꝰ
est cũ alio bono/q̃ solũ. Tali itaq ratione et Plato tollit voluptatẽ summũ esse bonum.
Vitã eni iucundã cum prudẽtia dicit expetibiliorẽ esse q̃ si sit sola. quod si mixtũ est ꝑ-
stabilius:voluptatẽ summũ bonũ non esse.nullo eni addito:summũ bonũ se expetibili
4 us fieri. ¶Constat autẽ nec aliud quicquã summũ esse bonũ:quod cum eorũ aliquo q̃
sunt per se bona/expetibilius fit. quid igitur est tale:cuius et nos participes sumꝰ? nam
5 tale queritur bonũ. ¶Qui vero negant bonũ id esse quod oia appetunt:ij nichil omni-
no dicunt. Quod enim vniuersis videtur:id esse dicimus.qui autem fidem hanc tollit:
non multo credibiliora dicet. ¶Nam si ea solũ que mente carent ipsam appeterent: eẽt
aliquid quod dicit:sin vero et ea que prudentiã habent ipsã affectant:qui fit/vt aliquid
dicant? Fortasse autẽ et in prauis est aliquod naturale bonũ prestabiliꝰ q̃ ipsa p se sunt:
6 quod propriũ appetit bonũ. ¶Nõ videt etiã et de ꝯtrario recte dici. Inquiũt eni: non
si dolor sit malũ/voluptatẽ continuo bonũ esse.aduersat enim et malum malo: et ambo
ei quod neutrum est.atq hec non male dicunt:non tamen vere in ijs que sunt dicta. Si
enim ambo essẽt mala:oporteret et fugienda vtraq esse.sin neutra:neutrũ/aut similiter
nunc vero illum quidẽ fugere vt malum/hanc autẽ expetere tanq̃ bonum videntur. sic
igitur et opponuntur.

¶Secundi capitis note. ¶Eudoxꝰ Gnidiꝰ auditor fuit Archite partes voluptatis sũmũ bonũ eẽ de Eudoxus Architas
fendebat.alioquin multũ modeste vite de quo et superior alio in loco habitꝰ est sermo.
¶Secundũ cap. vna opinione/et tribus cõclusionibus partitum est.
3 Secũdi capitis Cõmẽtariꝰ ad litterã. ¶Opinio Eudoxi Gnidij de voluptate. Eudoxꝰ voluptatẽ
summũ bonũ esse putabat. ¶Primo.inductus hac ratiõe ꝙ cerneret vniuersa voluptatẽ affectantia/
tũ que ratiõis capacia:tum que eiusdẽ sunt expertia.ꝙq cerneret in cũctis quod expetibile est : id bo-
num esse/et quod maxime expetibile:optimũ esse.igitur ꝙ vniuersa ad voluptatẽ feruntur:id declarat/
oibus eam summũ bonũ esse.dicebat eni Eudoxus vnũquodq:id quod sibi bonũ est/particulareq bo
nũ inuenire.quod igit(aiebat) vniuersis bonũ est/quodq affectant oia:ipsũ sũmũ bonũ est.et huius vi
ri sermones magis ob morum eius elegantiã/ac ꝓbitatẽ/q̃ propter se ipsos credebãtur. valde eni vi-
debatur modestꝰ Eudoxꝰ.quare nõ vt amicꝰ voluptatis hec dicere videbat:sed quia ita rem se habere
credidit. ¶Secũdo.quia voluptatẽ summũ bonũ esse non minꝰ ex cõtrario deprehensũ eẽ censebat.do
lorem eni dicebat oibꝰ per se fugiendũ esse.igitur et doloris cõtrariũ/ipamq voluptatẽ omnibus simi
li pacto per se expetibilẽ esse.at vero maxime id expetibile est quod nõ ob aliud quicq̃/neq cuiusq̃ ex-
petimus gratia.tale aũt ipam voluptatẽ sine controuersia esse.neminẽ eni(iquit) interrogas: cuiusnã
gratia capiat voluptatẽ:hanc videlicet ob causam ꝙ per seipsam expetibilis est ipsa voluptas. ¶Ter
tio.dicebat voluptatẽ ipsam quoduis bonũ magis expetibile facere/si illi addatur: vt iustas operatio
nes/temperatasue magis expetibiles.et incrementa suscipere bonum ipsum seipso/ voluptatẽq volu-
ptate. ¶Sed hec Eudoxi ratio flaccida esse videt/et ostendere quidem voluptatẽ bonũ esse:at nõ ma-
gis q̃ aliud quodq bonũ:siquidẽ oẽ bonũ expetibiliꝰ est cũ altero bono/q̃ ipm solũ. Verũ eadẽ ratio-
ne qua innitit Eudoxus:tollit Plato voluptatẽ summũ bonũ esse.inquit eni Plato: vitã iucũdã cum
prudentia expetibiliorẽ eẽ/q̃ si sola vita iucũda sit.quod aũt mixtũ/ꝑstabiliꝰ est:summũ bonũ non est.
4 non est igitur voluptas summũ bonũ.nullo eni addito:summũ bonũ se expetibilius fit. ¶Prima cõ-
clusio. Hec Platonis ratio minime sufficiens est. Nam si hec Platonis ratio vera esset:manifestũ id
quoq esset neq vllum quidẽ aliud eẽ summũ bonũ.nã nec aliorũ quicq̃ est: quod cũ aliquo eorũ que ꝑ
se bona sunt/expetibilius non sit.quid igitur aliud summũ bonũ esset:cuius et nos in hac vita partici
5 pes esse possemus? nam tale queritur bonũ. ¶Secũda cõclusio. Neq quidẽ prime ratiõi Eudoxi satis
faciunt:qui negant id bonũ esse/quod oia appetunt.eteni nichil quod cõducat: omnino dicere vident.
¶Primo.quia quod omnibꝰ esse videt/id esse dicimus:et qui hanc fidem tollit:non multo credibilio-
ra dicet. videtur autem omnibus voluptas bonum esse: voluptas igitur bonum est. ¶Secundo.quo-
niam si ea solum que mente capta sunt: voluptatem appeterent/aliquid forte dicere viderentur.at vero
si et ea que prudentia predita sunt: voluptatem affectant/qui fit vt aliquid dicant? Et si eam praui ap-
petunt:nichil inde efficitur ipsam malam esse.nam fortasse et ĩ prauis est aliquod naturale bonũ/ pre-
6 stabilius ijs ipsis que per se bona dicuntur:quod proprium appetit bonum ¶Tertia conclusio. Neq
sufficientem rationi que sumebatur a contrario adhibuere responsionem. Soluunt enim dicentes non
continuo fieri:si dolor malum est/ voluptatem bonum esse.nam aduersatur et malũ malo:et ambo ma-
la ei quod neutrum est/ ipsi scilicet medio.neq hec quidem male ipsi dicunt:non tamen vere ad propo-

situm/et in iis que dicta sunt. nam ambo et dolor et voluptas mala nō sūt. si enī ambo mala esset: oporteret et ambo fugienda esse. et si neutra mala: neutrum fugiendum. aut si alterū/eodem iure et alterum at vero nunc constat eos dolorē fugere vt malum: voluptatem autem petere velut bonū. sic ergo et adinuicem opponunt/ vt videlicet malum bono: non autē vt malum malo. non igitur satis apte illam Eudoxi diluebant rationem.

Qui neqꝫ si voluptas non est qualitas: ꝓpter hoc bonū nō est Cap. III. 7

a ¶ Neqꝫ enim operatiōes virtutis sunt qualitates: neqꝫ felicitas ipsa. ¶ Dicant 8
etiam bonū quidē ipsū definitū esse. voluptatē vero indefinitū: quia suscipit intensionē/remissionēue. ¶ Si igitur ex eo quia magis voluptas/minusue capitur hoc iudicant: erit idem, et circa iustitiā/ceterasqꝫ omnis virtutes: quibus manifeste dicunt magis/minusue tales eos esse/qui ipsas habent. nam magis sunt iusti/forteſue. et fit: vt et iuste agat/ac tēperāte magis et minus. ¶ Sin in voluptatibus hoc inquiunt esse: videant ne fortasse non dicant causam: si voluptatū alie sint non mixte/alie immixte. Quid autē ꝓhibet vt sanitas que definita est/magis est atqꝫ minus: sic et voluptates esse? Nō enim eadē in cūctis est temperatio: nec vna quedā semper est in eodē. Sed cū remittitur permanet vsqꝫ ad aliquē terminū: et differt ex eo quia magis est atqꝫ minꝰ. tale igitur et in voluptate esse potest. ¶ Preterea summū quidē bonū perfectum esse: motiōes aūt et 9
generationes iperfectas esse ponentes: voluptatē motionē esse/generationēue ostēdere enitunt. ¶ Sed nō dicere bene vident. nō est enī motus. omni nāqꝫ motui ꝓpriū eē videt celeritas tarditasue/et si non per seipsū: vt motui ipsius mūdi ad aliud. at neutrū horū cōpetit voluptati. Fit enī vt aliqs cito sit constitutus in voluptate: quēadmodum et in ira. vt velociter autē delectet/nō fit: neqꝫ ad aliū. sed fit vt velociter ambulet/ et accrescat/et oīa id genus. Fit igitur vt celeriter atqꝫ tarde quispiā ad voluptatē mutetur. at non fit/vt hac ipsa celeriter operetur: id est delectet. ¶ Generatio vero quonā fuerit modo? Etenī non ex quouis fieri quoduis: sed ex quo fit in id dissolui videt. et cuiꝰ generatio esset voluptas: eius esset corruptio dolor. ¶ Dicūt autem dolorem quidem indigentiā eius esse quod est secundū naturā: voluptatem vero repletionē. hi autē affectꝰ 10
corporis sunt. si igitur voluptas repletio eius est quod est secūdū naturā: id et voluptate afficit/in quo est repletio. corpꝰ ergo capit voluptatē. At non videt. non est ergo voluptas repletio. sed dū fit repletio voluptate qspiā afficitur/et dū secatur dolet. ¶ Opinio autem hec ex doloribus circa alimentū/et voluptatibus: orta fuisse videt. Nam indigentes facti et antea affecti dolore/repletione capimus voluptatem. Hoc autem non circa omnes accidit voluptates. nam sine dolore sunt et ipse mathematice voluptates/ et que per olfactum et auditum fiunt ac visum: et spes complures/item et recordatiōes voluptate afficiunt. Cuius igitur he generationes erunt? nullius enim rei fuerunt indigentie cuius repletio fuerit. ¶ At eos autem qui proferunt voluptates eas que sunt obscene/ac improbe: dicere quispiam potest ea que tales afferunt voluptates non esse iucunda. Non enim si praue dispositis sunt iucunda: putandū est et iucūda simpliciter esse/nisi illis. quemadmodum neqꝫ salubria aut dulcia/aut amara que egrotantibꝰ: aut alba que lippis videntur. ¶ Vel hoc modo dicatur. Voluptates expetibiles quidem esse/non tamen ab illis. quemadmodum et diuitem esse expetibile quidem est: at non ex patrie proditione. et sanum esse: at non quodcunqꝫ edēdo. An voluptates differunt specie? Diuerse nāqꝫ sunt que ab honestis rebus et que a turpibus prodeunt. et non fit: vt quisquā iusti capiat voluptatem: si non sit iustus aut musici si non sit musicus/ et in ceteris simili modo. ¶ Ostendere autem videtur et ipse amicꝰ: cum sit ab adulatore diuersus non esse voluptatem bonum: aut specie voluptates differre. hic enim ad bonum: ille ob voluptatē congredi videt. et ille quidē vituperat/hūc aūt laudāt: vt ad diuersum congredientē. ¶ Nemo preterea expetet ita viuere vt mentē habens ꝑ vitā pueri/ iis ex rebus capiat voluptatē quibus pueri maxime delectantur vt putant: aut gaudere/ turpissimum quid faciendo nullū vnqꝫ susceepturꝰ dolorē. et cōpluribꝰ indulgeremꝰ rebus: etiā si nullā voluptatē afferrēt. Damus enī operā vt videamus/vt meminerimꝰ/vt sciamus/vt habeamus virtutes. Quod si necessario hec sequatur voluptas: nichil refert. expeteremus enī hec etiam si nulla prorsus ab ipsis ꝓuentura esset voluptas. voluptatem igitur neqꝫ summū bonum esse/neqꝫ expetibilē omnē/et voluptates nōnullas esse ꝑ

se expetibiles/specie differentes:aut ea a quibꝰ ꝓueniũt perspicuũ esse videt. Ea igitur que de voluptate/doloreqꝫ dicuntur satis sint dicta.

¶ Tertij capitis note. ¶ Primũ refellit Aristoteles eos:ꝗ dicũt voluptatẽ nõ esse bonũ quia sit quali-
tas. ¶ Caliditas tandiu mixta dicit:quãdiu natura intensissima non est.nã quãdiu remissa est : tãdiu
videt nõnichil sui cõtrarij habere permixtũ.immixta aũt/et pura caliditas:que simplex est caliditas/
et a sui cõtrarij ɔfusiõe aliena.ita ꝙdiu nõnichil remissũ habet voluptas: videt suo cõtrario ꝑmixta.et
proinde nõ simplex.sed permixta.ea vero cui nichil natũ est aduenire intentiõis/et que absoluta / ma-
ximaqꝫ est/eam dicũt simplicẽ/atqꝫ immixtã. ¶ Et si motꝰ non secundũ seipm velox/vel tardus dicit:
ad aliũ tamẽ eiusdẽ speciei motũ ei cõuenit velocẽ esse/aut tardũ:aut a se prius/et posteriꝰ.nichil enĩ
prohibet in principio motui tarditatẽ inesse:in fine autẽ celeritatẽ. vt in motu secundũ naturã cõuenit
¶ Ut lumen cito fit:non tamen velociter ꝓprie/neqꝫ ad se neqꝫ ad alterũ:ita voluptas cito fit: sed non
velociter/neqꝫ ad se/neqꝫ ad alteꝝ. ¶ Expetibile est sanũ esse:sed nõ ex fornicatiõe/aut adulterio.neqꝫ
ꝗsqꝫ ad hoc egritudine adduci debet: vt debeat fornicariã venerẽ admittere/ꝓ reparanda valitudine.
neqꝫ captꝰ in carcere ad hoc adduci: vt vitã redimat ex patrie ꝓditiõe.est enĩ expetibile:sed nõ hoc mõ.
¶ Tertiũ cap.sex conclusionibus partitum est.
7 Tertij capitis Cõmẽtariꝰ ad litterã ¶ Prima ɔclusio. Minime ostẽdũt si voluptas nõ est qualitas
iccirco bonũ nõ esse. Nã neqꝫ virtutis operatiões sũt qualitas:imo neqꝫ ipa felicitas. attamen hec bo-
8 na sunt.nõ igitur fit si voluptas non est qualitas: vt ea bonum nõ sit. ¶ Secũda ɔclusio. Qꝫ voluptas
magis et minꝰ intensionẽ ac remissionẽ suscipit:ꝙ ideo quid definitũ nõ sit/ꝙ non sit bonũ : minime est
argumentũ. Nã si iudicãt voluptatẽ quid indefinitũ/malũqꝫ esse:quia magis/minusue suscipiat : erit
idẽ circa iustitiã/ceterasqꝫ virtutes oẽs:quibus manifeste dicunt eas habentes magis/ minusue esse:
vt magis iustos/minusue fortes.fit enĩ vt et magis/et minus agatur et iuste/atqꝫ tẽperate. ¶ Secun-
do.si in voluptatibus hoc inquiũt esse vt alie sint mixte/et alie imixte et ꝓinde bonas non esse: videant
ipsi ne parũ causã assignent.nã quid ꝓhibet vt sanitas que bona definitaqꝫ est/mixta sit:magis et mi-
nus suscipiens.non enĩ in cunctis sanitas:eadẽ est cõtẽperatio/nec vna quedã semper est in eodẽ : sed
cũ remittit sanitas vsqꝫ ad aliquẽ terminũ/permanet differẽs prius et posterius:qꝛ magis est atqꝫ mi-
9 nus.ꝗd ꝓhibet ergo et voluptates sic esse?tale itaqꝫ et in voluptate esse potest. ¶ Tertia cõclusio. Pre-
terea non sufficienter ɔtendũt voluptatẽ sũmũ bonũ non esse:ipsam voluptatẽ motionẽ/generationẽqꝫ
esse ostendere nitentes:ꝙ motiones/generationesqꝫ omnes imperfectas esse ponunt. Nam id non recte
dicere videntur.non est enĩ voluptas motus. ¶ Primo quidem.quia omni motui propriũ esse videtur:
celeritas/atqꝫ tarditas:etsi non secundũ seipsũ/sed ad alium.quemadmodũ alicui motui qui ĩ vniuer-
so fit:euenit ad aliũ.sed neqꝫ velocitas/neqꝫ tarditas cõpetit voluptati.fit enĩ plane vt aliquis cito in
voluptate sit constitutus:quemadmodum et in ira.non fit autem proprie vt velociter delectetur : neqꝫ
ad se neqꝫ ad alium:sed fit vt quispiam velociter ambulet/atqꝫ adolescat/et cetera id genus. disponi
tamen tarde/atqꝫ ad voluptatem perferri quispiam potest:at non fit vt ea ipsa celeriter operetur / de-
lecteturqꝫ. ¶ Secundo. Sed quo pacto generatio fuerit voluptas?nam non ex quolibet fit quodlibet.
sed ex suo contrario in quod et dissolui videtur. quare si voluptas esset generatio: eiusdem dolor esset
10 corruptio.hec autẽ statim absurda deprehendunt. ¶ Quarta cõclusio. Non satis erudite dicere vidẽ-
tur:dolorem indigentiã repletionis esse/que est secundum naturam:voluptatem autem eam ipsam es-
se secundum naturã repletionem. ¶ Primo.quia repletio secundũ naturam/et repletionis indigẽtia:
passiones corporee sunt.si igitur voluptas repletio est eius quod est secundum naturam/et id volupta-
tem capit in quo est repletio:corpus ergo ꝙdiu repletio adest/delectatur.id autem non videtur.sed dũ
fit repletio:tunc quispiam voluptate perfunditur.dum autem exhauritur/separat/resoluiturqꝫ quod
replebat:dolet. ¶ Secundo.hec opinio ex doloribus/voluptatibusqꝫ circa alimentũ ortum duxit. nã
inaniores facti/et antea dolore pertentati:ipsa repletione voluptatem capimus.at id non circa omẽs
accidit voluptates.nam sine dolore sunt ipse mathematice voluptates/et que per olfactũ / auditum ac
visum fiunt/et spes complures:item et recordationes voluptate ꝙplurimos afficiunt. sed cuius igit
he generationes/cuius repletiones erunt?nullius enim rei precesserunt indigentie:cuius repletio esse
11 possit. ¶ Quinta cõclusio. Facile responderi potest ijs/qui voluptates obscenas/ improbasqꝫ afferen-
tes: volunt voluptatẽ/malũ esse. ¶ Primo.quispiã dicere potest eas non esse simpliciter voluptates:
neqꝫ ea que tales afferunt voluptates simpliciter esse iucunda:non enim si praue dispositis iucũda sũt:
putandũ iccirco est et iucunda simpliciter esse/nisi illis.sicut neqꝫ esse oportet salubria/aut dulcia/ aut
amara:que egrotantibus talia videntur.aut alba esse:que candidula videntur lippientibus. ¶ Secũ-
do et hoc dicere potest: voluptates quidem similes expetibiles esse/sed non ab illis.quemadmodum di-
uitem esse expetibile quidem est:at non ex patrie proditione.et sanum esse expetibile:sed non quẽcunqꝫ
cibum/et nimia gule indulgentia paratum edendo. ¶ Tertio.forte potest et afferre voluptates prauo-
rum/et studiosorum differre specie:nam diuerse sunt que ab honestis rebus/et que a turpibus prodeũt
neqꝫ enim fit vt quispiam iusti capiat voluptatem:quiidem iustus non sit.neqꝫ musici:si non sit et mu-
12 sicus/et in ceteris simile est. ¶ Sexta conclusio. Nõ omnis voluptas:per se expetibilis est. ¶ Primo
quidem.nam id ostendere videtur ipse amicus/atqꝫ adulator:cum amicus alius sit ab adulatore. nã
amicus ad bonum congreditur/adulator autem ad voluptatem.sed adulator vituperatur: amicũ au-
tem laudamus/velut ad diuersum congredientem.igitur aut quedã voluptas non est bonum/aut alia
specie est ob quam congreditur amicus/ac adulator. ¶ Secundo.nemo expetet ita viuere/ vt toto vite
curriculo habeat mentem puerilem(ꝙuis pueri multis voluptatibus defluant) et ijs ipsis voluptatẽ
capiat ex rebus/quibus pueros maxime oblectamina capere putant.nemo item expeteret turpissimũ
quid agendo:continuo gaudere nullum vnqꝫ suscepturus dolorem. verum contra:operam nostrã com
pluribus indulgere expetimus rebus;tametsi nullam secum voluptatem afferãt. damꝰ enim operã vt
videamus/audiamꝰ/meminerimꝰ/ vt sciamꝰ/ vt virtutes nobis paremꝰ.neqꝫ refert quicqꝫ ꝙ necessa-

rio hec comitat̃ voluptas.expeterem⁹ enĩ ea:etiã si nulla prorsus ab ipis prouẽtura esset voluptas.per
spicuũ igitur iã esse videt̃:neq̃ oẽm voluptatẽ summũ bonũ esse/neq̃ per se expetibilẽ omnẽ: et volu=
ptates nonnullas esse ꝑ se expetibiles/et specie ab alijs differentes/aut ea a quibus proueniũt.Sed de
dolore ac voluptate:que ab alijs dicuntur tanta dicta esse sufficiat.

Ed quidnam/aut quale sit:magis patebit si sermonem Cap.IIII. 13
s paulo altius repetemus.Uisio enim quouis in tempore/ perfecta esse videtur.
nil enim ipsi deest/quod postea factum species ipsius perficiet.tali persimilis est
et ipsa voluptas.Est enim quoddam totum.nulloq̃ in tempore voluptatem quispiam
accipiet:cuius species si maiore tempore fiat/perficietur.quocirca nec motus est.in tem
pore enim est omnis motus. ¶Et alicuius etiam finis.vt edificatio tunc erit perfecta:
cum id fecerit quod affectat:in toto tẽpore/aut in hoc.in partibus autem tẽporis omẽs
sunt imperfecte/et a tota/et inter sese diuerse specie sũt.cõpositio nãq̃ lapidũ diuersa est
ab erectione colũne/et he rursus a tẽpli effectiõe.Et tẽpli quidẽ est perfecta:nulli⁹ enim
ad ꝓpositũ indiget rei.fundamentoꝝ autẽ et laquearũ imperfecta:est enĩ vtraq̃ pars.
differũt igit̃ specie.et fieri non potest:vt quouis in tẽpore motus specie perfectus acci=
piatur/nisi in toto.Similiter res sese habet et in ambulatiõe/et motionibus ceteris.nam
si latio motus est:quo quidem ex hoc ad hoc itur.et huius differẽtie specie volatio/am
bulatio/saltatio/et talia motiões sunt quibus ex hoc in hoc similiter itur.Non solum au
tem in his res ita sese habet:sed in ipsa etiã ambulatiõe.termini nãq̃ non sunt ijdẽ in sta
dio toto/atq̃ in parte:et in alia atq̃ alia parte.neq̃ idẽ est pertransire lineã hanc et illã.
non solũ enĩ lineã:sed etiam in loco collocatã pertransit.Atq̃ hec et illa/in diuersis sunt
locis sed exacte quidẽ de motu alijs in locis est dictum.videt̃ autẽ non in oĩ tẽpore esse
ꝑfectus.sed multi sunt impꝑfecti specieq̃ diuersi.siquidẽ ipsi termini speciei sunt effecto=
res.At voluptatis species quouis in tẽpore est perfecta.patet igit̃ voluptatẽ et motum
diuersa esse:et voluptatem ex ijs esse que tota sunt et perfecta. ¶Id et ex eo ita esse vide
bitur:quia moueri quidem in non tẽpore nichil potest/voluptate aũt affici potest.quod
enim in ipso nunc est:totũ est quoddã.Ex his autẽ patet non bene dici voluptatẽ motũ
esse vel generationẽ.non enĩ oĩm hoc dicuntur:sed partibiliũ/et non totorum.Neq̃ enĩ
visionis/neq̃ puncti/neq̃ vnitatis est generatio:neq̃ quicq̃ horũ est motus vel gene=
ratio.quare neq̃ voluptatis.est enĩ quoddã totũ. ¶Atuero sensus omnis ad sensibile 14
est operatio quedã:ꝑfecta aũt eius qui bene est dispositus/ad id quod est pulcherrimũ
eorũ que ipsi subijciuntur.tale enim maxime videt̃ esse operatio ipsa perfecta. Atq̃ ni=
chil intersit:siue ipse/siue id quo est ipse/operari dicatur.In vnoquoq̃ autẽ genere pre
stabilissima est ei⁹ opatio:qđ optime dispositũ ad id qđ est p̃stabilissimũ eoꝝ:q̃ ipsi obij=
ciunt̃.hec aũt ꝑfectissima est et iucundissima.In oĩ nãq̃ sensu/ voluptas est:et in mente
silĩ mõ/ꝯtẽplatiõe ue.iucũdissima autẽ est ea que est ꝑfectissima.ꝑfectissima aũt est ea q̃
est eius quod bene sese habet ad id quod est studiosissimũ eorũ que cadunt sub ipsam.
¶Uoluptas autẽ perficit operationẽ/atq̃ non eodem modo voluptas ꝑficit/ac sẽsibi= 15
le/et sensus:si sunt studiosa.Quẽadmodũ neq̃ sanitas/medicusq̃ similiterq̃ cause sũt/
vt quispiã valeat.In vnoquoq̃ autẽ sensu voluptatẽ fieri constat.dicimus enĩ visiones
ac auditiones voluptatẽ afferre.Cõstat aũt et maxime tũ/cũ sensus est prestantissimus:
et circa tale operat̃.atq̃ cũ talia sunt:ipsũ sensibile et id quod sentit erit sẽper voluptas:
si est quod agat et quod patietur.Perficit autẽ operationẽ voluptas non vt habit⁹:sed
vt resultans quidã finis:perinde atq̃ pulchritudo in ijs qui vigent etate. ¶Atq̃ q̃usq̃ 16
ipsum sensibile vel intelligibile et id quod discernit vel cõtẽplat̃ tale sit quale eẽ oportet
erit in operatiõe voluptas.Nã cũ sunt similia ipsũ passiuum:atq̃ actiuũ:et iter sese mo=
dum habent eundẽ:idẽ sẽper natura fieri solet. ¶Quando igit̃ nemo cõtinue volupta= 17
tem capit:aut defatigat̃(omnia enĩ humana nequeunt continue operari)neq̃ voluptas
igitur cõtinue fit.sequitur enim operationẽ. ¶Nonnulle autem res cum noue sunt de=
lectant:sed postea non similiter/propter hec ipsa:primo nãq̃ inuitatur mens.et circa il=
las operatur intense quemadmodũ operantur visu qui inspiciunt: deinde non fit talis
ipsa operatio/sed neglectior.quapropter et voluptas extenuat̃/ac offuscat̃. ¶Putaue= 18
rit autẽ quispiam omnes ideo voluptatem appetere/quia viuere etiam omnes affectãt.
Uita vero quedam est operatio.atq̃ circa ea quilibet et ijs operatur:q̃ ⁊ maxime amat

vt musicus quidem auditu circa cantus: cupidus vero discendi/mente circa res contem
plandas. Eodem modo et singuli ceterorum: voluptas autē perficit operatiōes: et ip=
sum etiā viuere quod appetunt. cum ratione igitur et voluptatem affectant: pficit enim
ipsum viuere vniuscuiusqꝫ quod expetibile est. ¶ Querere vero vtrū ob voluptatē vi=
uere expetamus/an voluptatem ob vitam: missum in presentia faciamus. Cōiuncta enī
hec esse videnť/et non suscipere separationē. nam et sine operatiōe voluptas non fit: et
omnē operationē perficit ipsa voluptas.

¶ Quarti capitis note. ¶ Laquear / quod et lacunar: tabulatū dicitur/et testudo qua camerarū supe
riora ornanť/ac tectorū. ¶ Exacte de motu in auscultatione physica dictū est. ⁊ mot⁹ quo ptrāsiť pars
linee/et tota linea: diuersus est. nā hic pfect⁹ ille vero imperfect⁹. et nichil ꝓhibet esse eiusdē speciei/et
rationis: vt mot⁹ aeris per partē/aque et totā aquā sursū/nichil etiā alteri⁹ speciei: vt motus aeris per
ignem/aerem/et aquam deorsum.
¶ Quartum cap. sex cōclusionibus partitum est.

13 Quarti capitis Cōmentari⁹ ad litterā. ¶ Prima ꝯclusio. Voluptas nō est motus. Quidnā sit/ et
quale sit voluptas: dilucidi⁹ apparebit/si sermonē paulo altius resūpserim⁹. ¶ Et primū nō esse motū
declarať. Nā visio quouis in tēpore perfecta esse videť. vtpote cui nichil desit/quod postea factū: ipsi⁹
perficiat speciē. at visioni persimilis est ipsa voluptas. est enī quoddā totū/integrūqꝫ. neqꝫ vllo in tem=
pore voluptatem quispiā accipiet: cuius species si maiore in tēpore prorogeť/perficiať. nō igiť volu=
ptas motus est: siquidē oīs motus in tempore est. ¶ Secundo. motus alicuius finis est/atqꝫ reicōple
mentum/absolutionēqꝫ desiderantis. vt edificatio tū primū perfecta est: cum edificator id quod aut in
omni/aut in hoc tempore affectabat: perfecerit. in partibus enī tēporis oēs edificij motiones imperfe=
cte sūt: et a tota/et inter sese specie diuerse. assituatio enī lapidū diuersa est/a colūne erectiōe: et he rur
sus a templi absolutione alie. templi autē absolutio perfecta est: nā nichil ad susceptū opus ei deest. sʒ
fundamentorū/et allaqueationū imperfecta est: est enī vtraqꝫ/pars. differūt etiā specie. neqꝫ vllo modo
fieri potest vt quocunqꝫ in tēpore/motus specie perfect⁹ accipiať: nisi in toto tēpore. et vt de edificatio=
ne dictū est: ita et de ambulatione/et ceteris motibus sentiendū est. nā si latio motus est quo ex hoc ter
mino ad hunc terminū proficiscitur: et sue differentes species sunt vt volatio/ambulatio/saltatio et si=
milia: diuerse motiones erūt/q̄bus ex hoc termino identidē in hunc terminū ꝓficisciť. et nō solū in his
res ita se habet/notaturqꝫ diuersitas: sed in ipsa ambulatione. nā idem termini nō sunt in toto stadio/
atqꝫ in parte/et in alia/atqꝫ alia parte. neqꝫ idē est transire hanc lineā/et illam: nā nō solū lineā sed lo=
co coniunctā pertrāsit: atqꝫ hec/et illa diuersis ascite sunt locis. sed exacte de motu alio in loco dictū
est. attamen de motu id habeatur explouatū: non in oī tempore esse perfectū: et multos imperfectos / et
specie differentes esse. nā termini ad quos proficiscuntur: speciei discrimen efficiūt. at voluptatis spe=
cies quouis in tēpore perfecta est. voluptas igitur/et motus diuersa sūt: estqꝫ voluptas de eorū nume=
ro que tota sunt/atqꝫ perfecta. ¶ Tertio. id idem ita patet quia in momento moueri/ atqꝫ non tempore
nichil potest. at in non tēpore voluptate quispiā affici potest. voluptas igiť et mot⁹ diuersa sunt. quod
enī in ipso nunc est: totū quiddā est. Ex his itaqꝫ patet: quo pacto non recte dicerem⁹/ voluptatē motū
esse/aut generationem: ꝙ motus et generatio non totorū dicuntur/ sed partibiliū/ac imperfectorū: et
vt visionis/puncti/vnitatis nō est generatio: neqꝫ visio/neqꝫ punct⁹/aut vnitas motus est/ aut genera=
14 tio: ita neqꝫ voluptas. est enī totum quoddā. ¶ Secūda conclusio. Perfectissime operationis mentis/
perfectissima voluptas est. Nā omnis sensus ad sensibile est operatio quedā: et eius sensus qui appri=
me dispositus/ad sensibiliū pulcherrimū operatio perfecta est: imo talis maxime perfecta esse videtur
neqꝫ id referat an sensus/an animal in quo est sensus operari dicať. nam in vnoquoqꝫ genere eius ope
ratio prestabilissima est: quod optime dispositū est ad id quod eorū que ipsi subijciuntur principalissi=
mum est. et hec enim operatio/non solum perfectissima sed et iucundissima est/et in omni (hoc modo) sē
su voluptas est: et in mente et mentis contēplatione simili modo. et iucundissima semper ea est: que est
perfectissima. at in mente ea perfectissima est: que eius est quod optime se habet/ad studiosissimum eo=
15 rum que menti subijciuntur. perfectissime igiť operationis mētis/voluptas perfectissima est. ¶ Ter=
tia conclusio. Voluptas operationem perficit non vt obiectum/neqꝫ vt forma habitusue inexistēs: sed
vt superueniēs finis/atqꝫ cōplementum. Nam voluptas operationē non perficit: vt bonum sensibile/
bonum perficit sensum: sed alio/atqꝫ alio modo: perinde atqꝫ medicus et sanitas/ vt quispiā recte vale=
at diuerse sunt cause. Verū dicimus visiones/ac auditiones voluptatē afferre. quod maxime tum cō=
stat/cum sensus prestantissimus est: et circa prestantissimū operatur. cum enim sensus/et ipsum sensi=
bile talia fuerint: semper erit voluptas/modo sit quod agat/⁊ quod patiať. perficit igiť voluptas ipsā
operationem: non vt habitus quidā inexistens: sed vt concomitans quidam finis/complemētum/ atqꝫ
16 terminus: perinde atqꝫ pulchritudo perfectā comitatur etatem/illiqꝫ superuenit. ¶ Quarta conclu=
sio. delectatio/ipsaqꝫ voluptas tamdiu remorari solet: ꝙdiu ipsa cognoscentis perfecta operatio ma=
net. Nam quandiu sensibile aut intelligibile tale sit quale oportet/et sentiens aut contemplans in ope=
ratione: tandiu erit voluptas. nec ab re quidem id fuerit. nam quādiu sunt similia ipsū agēs ac patiēs
et inter sese eundē modū seruātia: idē semp facere nata sūt. permanet igiť ipsa voluptas: ꝙdiu et ipsa
17 pfecta opatio manet. ¶ Quinta ꝯclusio. Nemo cōtinue voluptate perfūditur/aut dolore. Queri enim
solet cur nemo cōtinue voluptatē capit/aut continue tristať. Respōsio in promptu est. ¶ Primo. quo=
niā nulle res humane ꝯtinue operari q̄unt. nō fit ergo ꝯtinue voluptas. sequiť enī voluptas ipā / ipsam
operationē. ¶ Secūdo. q2 nōnulle res cū noue sūt delectāt. postea vero haudquaqꝫ similiter. ꝓpter hoc
scilicet ꝙ ipā mens primo alliciť/et circa illas operať attentiuscule/perinde atqꝫ operanť qui visu at=
tente ispiciūt. postea vero nō similis fit operatio: sed remissior/neglectiorqꝫ. quapropť et voluptas ipā

attenuat̃/obſcurat̃/ac obfuſcat̃. ¶ Sexta cõcluſio. Oẽs voluptatẽ rationabiliter appetũt. Nã viuere 18
rationabiliter oẽs affectãt. vita vero quedã eſt operatio. et quilibet circa ea et ijs operat̃ q̃ et maxime
amat: vt muſicꝰ/auditu circa concentꝰ operat̃: et diſcendi cupidꝰ/mente operat̃ circa res cõtẽplãdas/
et eodẽ modo ceterorũ ſinguli. at voluptas: ip̃as ꝑficit operatiões. perficit igit̃ et ipſũ viuere: quod ip
ſi appetunt. cũ ratiõe igit̃ voluptatẽ affectant oẽs: ſiq̃dẽ ipſa vniuſcuiuſqꝫ viuere perficit/quod expe-
tibile eſt. ſed hoc in loco querere vtrũ ob voluptatẽ viuere expetamus: an voluptatẽ ob viuere/miſſum
impreſentiarũ faciamus. cõiũcta enĩ hec ſũt/neqꝫ ſeparationẽ abinuicẽ admittunt. nã et ſine oꝑatione
non fit voluptas: et omnem operationem ipſa voluptas perficit.

Nde et ſpecie voluptates differre videt̃. Nã ea q̃ ſũt diuerſa ſpecie/a Cap. V. 19
v diuerſis perfici putamꝰ. Sic enĩ vident̃/⁊ ea q̃ a natura/et ea q̃ ab arte cõficiũt̃.
vt aĩalia/arbores/pictura/ſtatua/domꝰ/vas/et ſilĩa. ſĩliter igit̃ et operatiões dif
ferentes ſpecie: a differẽtibꝰ ſpecie ꝑficiũt̃. operatiões aũt mẽtis/ab oꝑatiõibꝰ ſẽſꝰ: et he
rurſus int̃ ſeſe differũt ſpecie. igit̃ et voluptates q̃ ip̃as ꝑficiũt. ¶ Hoc aũt et ex eo pate-
bit: q2 vnaq̃qꝫ voluptas eſt ei ꝓpria oꝑatiõi/quã ꝑficit. ꝓpria enĩ voluptas auget opera-
tionẽ. Qui nãqꝫ cũ voluptate oꝑant̃: ſingula magis diſcernũt/atqꝫ exactiꝰ ꝯprehẽdũt.
veluti geometre fiũt q̃ geometrica gaudẽt ꝯtemplatiõe: magiſqꝫ intelligũt ſingula. Si-
militer et q̃ muſicã amãt/et q̃ ediũ extruẽdarũ delectant̃ arte/ceteroꝝ ſinguli oẽs in oꝑe
ꝓficiũt ꝓprio: hoc ipſo ſe oblectãtes. voluptates igit̃ augẽt oꝑatiões. at ea q̃ augẽt: ꝓ-
pria ſunt. q̃ vero diuerſis ſpecie ꝓpria ſunt: et ip̃a diuerſa ſpecie ſũt. ¶ Preterea magis
hoc ex eo videbit̃ ita eẽ: q2 voluptates q̃ a diuerſis ſũt/ip̃edimẽto ſũt oꝑationibꝰ. Qui
nãqꝫ fiſtulis delectant̃/nequeũt mẽtẽ ſermonibꝰ adhibere/ſi quẽpiã audierit modulãtẽ:
magis modulãdi gaudẽtes arte/q̃ꝫ oꝑatiõe p̃ſẽti. voluptas igit̃ ea q̃ a modulãdi facul-
tate ꝓdit: oꝑationẽ q̃ ẽ circa ſermões corrũpit. hoc idẽ et ĩ ceteris euenire vſu videt̃: cũ
circa duo ſit̃ quiſpiã operat̃. Oꝑatio nãqꝫ iucũdior alterã excludit. et ſi multũ volupta-
te precellat/magis extrudit: atqꝫ adeo vt neqꝫ operet̃ per illã. Quocirca cũ vehementer
aliqua re gaudemus/non multo aliud agimꝰ: et alia facimꝰ/cũ parũ nobis alia placent.
vt et in ſpectaculis: qui bellaria edunt/tũ id maxime faciunt cũ viles ſunt qui cõtendũt.
Cũ igitur propria quedã voluptas exactas operationes reddat: et diuturniores/ac me
liores efficiat/aliene vero extenuent/atqꝫ corrumpant: conſtat ipſas inter ſeſe vehemen
ter diſtare. ¶ Aliene nãqꝫ voluptates id fere quod ꝓprij dolores efficiũt. Etenim pro-
prij dolores operatiões ipſas corrumpunt. vt ſi huic ſcribere: illi rationem ſubducere
iniucundum eſt/atqꝫ moleſtum: hic non ſcribit/ille rationem non ſubducit: quippe cum
dolorem afferat operatio. Circa igitur operationes contrarium a proprijs voluptatibꝰ
et doloribus accidit. atqꝫ voluptates/doloreſue proprij ſunt/qui in operatiõe per ſeip-
ſam fiunt. Alienas vero voluptates dicimus eo q̃ ſimile quid/atqꝫ ipſi dolores efficiũt.
corrumpunt enim etſi non ſimiliter operationes. ¶ Cum autem operationes probitate 20
differant atqꝫ improbitate: et alie quidem ſint expetende/alie vero fugiende/et alie neu-
tre: ſimiliter ſeſe habent et voluptates. nam vnicuiqꝫ operationi eſt propria quedã vo-
luptas. que igit̃ ſtudioſe propria eſt: ea et proba/que vero praue: ea eſt ip̃roba. ¶ Etenĩ
et cupiditates honeſtarum quidem laudabiles ſunt: turpium vero vituperabiles. Ma-
gis autem proprie ſunt operationibus voluptates que ſunt in ipſis: q̃ꝫ ipſe cupiditates.
he nãqꝫ ſeiuncte ſunt: et temporibus/et natura. ille vero propinque ſunt operationibus/
atqꝫ adeo indiſtincte vt contentio ſit: ſi idem ſit operatio et voluptas. non tamẽ ipſa vo
luptas mentis/eſſe videtur operatio/neqꝫ ſenſus. eſt enim abſurdum. ſed quia non ſepa
ratur: idem quibuſdam videtur. ¶ Ut igitur operatiões ſunt diuerſe: ſic et voluptates.
differt autem viſus a tactu puritate: et auditus/ac odoratus a guſtu. Similiter igitur et
voluptates differunt. et ab his item ee que ſunt mentis. et he rurſus differentiam inter 21
ſeſe ſuſcipiunt. ¶ Uidetur autẽ vnicuiqꝫ animalium et propria quedam eſſe voluptas:
ſicut et opus. eſt enim ea que comitatur operationem. In ſingulis etiam intuenti id ita
eſſe videbitur. alia nãqꝫ voluptas eſt equi/alia canis/alia hominis. quemadmodum et
Heraclitus dicit: aſinum ſtramina magis optare q̃ꝫ aurum. aſinis enĩ pabulum auro iu-
cundius eſt. Uoluptates igitur ee que ſunt diuerſorum ſpecie/differunt ſpecie: eas ve- 22
ro que ſunt eorundem/conſentaneum eſt rationi diuerſas nõ eſſe. ¶ In hominibus au-
tem non mediocriter diſcrepant. Eadem enim alios dolore afficiunt: alios delectant. et
alijs quidem moleſta ſunt/odioqꝫ habentur: alijs vero iucunda/ac amabilia ſunt. hoc⁊

in dulcibus accidit. nō eni eadē dulcia febricitāti/atq; sano videnť. neq; calidū idē īfir-
23 mo/atq; optimā habitudinē habēti videť. Siľr et in alijs accidit. ¶ In oībꝰ aūt talibus
id eē tale videť: qđ studioso videť. ꝙ si hoc recte diciť: queādmodū et videť et est: atq;
virtus/et bonꝰ hoc ipso quo talis est/oīm est mēsura: erūt ⁊ voluptates ꝑfecto q̄ huic vi-
denť/et iucunda q̄bꝰ gaudet ip̄e. Atq; nō mirū est si ea que huic molesta sūt: alicui vide-
anť esse iucūda. multe nāq; corruptele deprauationesq; hoīm fiūt. iucūda aūt non sunt:
24 sed his/et ita dispositis. ¶ Eas igiť que sunt sine controuersia turpes: constat non esse
dicendū voluptates esse/nisi corruptis. earū vero que ꝓbe videnť esse/qualē aut quā di
cendū est hominis esse: an ex operationibus constat: has eni ipse voluptates sequunť.
Siue igitur vna sit: siue plures operatiōes perfecti viri/atq; beati: ee voluptates/ q̄ has
perficiunt: proprie dicēde sunt hoīs voluptates. cetere vero secūdo/et perparū: queād-
modum et operationes.

¶ Quinti capitis note. ¶ Que specie differentia ꝑficiūt: specie differētia esse: intelligiť / ac applicať
ad ꝑfectiones ꝓprias: non autē cōmunes. ¶ Bellaria/herbe que secundis mensis apponunť/ꝙ antiq;s
bellatoribus (vt volunt) oportune essent.

¶ Quintū cap. tribus cōclusionibus/et vno correlario partitum est.

19 Quinti capitis Cōmētariꝰ ad litterā. ¶ Prima ꝯclusio. Voluptates īter se specie differūt. ¶ Pri-
mo. q2 voluptates ea perficiūt: que inter se specie differūt. que aūt specie differētia ꝑficiūt: ⁊ ip̄a quoq;
specie differētia sunt: vt declarant ea q̄ a natura/et que ab arte sunt: vt aīalia/plante/pictura/statua/
domꝰ/vas et similia. igitur eodē/similiq; modo specie differunt: que operatiōes inter se specie dissenti-
entes perficiūt. at operatiōes mētis ab operatiōibꝰ sensus/et rursus operatiōes sensuū inter se specie
differūt. igitur et voluptates que illas ꝑficiunt. ¶ Secundo. quia vnaqueq; voluptas ei operatiōi ꝓ-
pria est quā perficit. nā ꝓprie voluptatis propriū est operationē augere: auget eni oꝑationē voluptas.
quod hinc cognoscitur ꝙ qui cū voluptate operanť: singula magis discernūt/exactiusq; cōprehendūt
omnia. vt geometre fiunt: qui geometrica contemplatiōe gaudent/magisq; intelligūt singula. et mu-
sici: qui musica amant. et architecti: qui in architectura/ediūq; extruendarū delectantur arte. et cete-
rorum singuli omnes in proprio perficiuntur opere: hoc ipso sese oblectantes. voluptates igiť augent
operationes. at que augent operationes propria sunt. que autē diuersis specie propria sunt: et ipsa di-
uersa specie sūt. igitur voluptates inter se specie differunt. ¶ Tertio. voluptates specie esse differētes
hinc dilucidius apparebit. quia delectationes que a diuersis proficiscuntur operationibus: sibi vicis-
sim impedimento sunt. vt qui fistulis delectantur: si fistularum sonum exaudiant/non possūt sermoni
bus mentem adhibere: magis modulatione gaudentes/ q̄ȝ presenti sermonis occupatione. voluptas
igitur que ex modulandi facultate enascitur: operationem (que circa sermonē est) impedit/ ac corrum
pit. et hoc idem in ceteris ita vsu euenire compertum est: quotiens circa duo simul quispiam occupeť.
iucundior eni earū operatio: alteram extrudit. que si plurimum voluptatis excellentia precellat: ma-
gis extrudit/et interdum adeo vt nichil prorsus per eam operetur. Quo fit vt cum aliqua re vehemē-
ter gaudemus: non multo aliud agere valeamus. et alia facimus: cum parum nobis alia placent. vt ī
spectaculis gladiatorum: qui bellaria edunt/tum id maxime faciunt cum viles et ingenerosi sunt pu-
giles qui decertant. cum ergo propria quedam voluptas operatiōes exactas reddat/et diuturniores/
melioresq; efficiat: aliene autem extenuent/atq; corrumpant: non est obscurum/ voluptates ipsas inter
sese vehementer distare. ¶ Quarto. Aliene voluptates id fere faciūt: quod et proprij dolores efficiūt.
proprij enim dolores operationes ipsas corrumpunt. vt si huic scribere iiucundum/molestumq; sit: illi
vero supputando/rationem exigere. neq; hic profecto scribit/neq; ille supputando rationem exigit: q2
illis dolorem talis afferat operatio. itaq; fit vt circa operationes a proprijs voluptatibus / proprijsq;
doloribus contrarium accidat. sunt enim voluptates/doloresq; proprij: qui in operatione nō per ope-
rationem alteram sed per illam ipsam fiunt. Cum itaq; simile efficiant aliene voluptates/vt et ipsi do
lores proprij: nichil ab re fuerit/ea specie inter se distare. quas et alienas hoc ipso dicimus: quod simi-
20 le quid/atq; ipsi dolores efficiunt. corrumpunt enim operationes: et si non omnino similiter. ¶ Secun-
da conclusio. Voluptatum quedam sunt probe. quedam vero turpes/ac fugiende ¶ Primo. quia ope-
rationes probitate differunt/atq; improbitate. sunt enim operationum quedā expetende/alie vero fu-
giende/et alie sunt neutre. ergo similiter sese habent/et voluptates. nam vnicuiq; operationi propria
quedam est et voluptas. que igitur operationi studiose propria est: et ea proba est. que vero operationi
praue/et ea quoq; praua/turpis/atq; improba est. ¶ Secundo. concupiscentie honestarum operatio-
num probe sunt/et laudabiles: turpium vero praue/illaudabilesq;. tanto magis igitur voluptatū que
dam sunt probe/et laudabiles: alie vero illaudabiles/atq; improbe. nam voluptates magis affines/at
q; proprie operationibus quibus assunt: q̄ȝ ipse cupiditates. quandoquidem cupiditates ab operatio-
nibus: et temporibus/et natura seiuncte sunt: voluptates autem semper assecle/ operationumq; comi-
tes. et adeo indiuise/indisiuncteq; videntur: vt contensio sit/sit ne idem operatio ac voluptas. nō tamē
mentis voluptas ipsa operatio esse videtur/itidem neq; voluptas sensus ipsa sensus operatio. id enim
putare absurdum est. sed quibusdam ipsa voluptas operationi iccirco idem esse videtur: quia ab ope-
ratione non separetur. manifestum igitur est quasdam voluptates probas esse: quasdam vero illauda-
biles. ¶ Tertio. quia vt operationes sunt diuerse: ita et voluptates diuerse apparent. nam vt opera-
tio visus/differt ab operatione tactus puritate: similiter operationes auditus ac odoratus puritate/
ab operatione gustus. ita quoq; voluptas visus a voluptate tactus. et voluptas auditus ac odoratus/
a voluptate gustus puritate differre videtur. et voluptates mentis a sensuum voluptatibus: et volu-

ptates mentis/inter ſe ſua diſcrimina ſortiunt̃. fit igit̃ recte vt voluptatũ quedã ſint ꝓbe: quedã vero i-
ꝓbe/ac illaudabiles. ¶ Tertia ꝯclusio. Animantiũ ſpecie differentiũ: differẽtes et ſpecie ſũt volupta- 21
tes. et earũdẽ: cõſimiles/ſpecieqꝫ conſentiẽtes. Nã vnicuiqꝫ aĩaliũ ꝓpria quedã videtur eſſe voluptas:
quẽadmodũ et ꝓpriũ opꝰ. ꝓpria enĩ voluptas ea eſt: que ꝓpriã comitat̃ operationẽ/quod in ſingulis in-
tueri ꝑfacile videbit̃. alia nãqꝫ voluptas eſt equi/alia canis/alia hoĩs. et quẽadmodũ Heraclitꝰ dicit
aſinus ſtramina potiꝰ optat/ꝗ̃ aurũ. aſinis enĩ pabulũ: ꝗ̃ aurũ iucũdiꝰ eſt. ergo animantiũ ſpecie dif-
ferentiũ: differẽtes ſpecie erũt et voluptates. et eas que ſunt eorũdẽ/conſimiliũqꝫ operationũ: conſen-
taneũ eſt non eſſe ſpecie diuerſas. ¶ Quarta cõcluſio. In hoĩbus voluptates non mediocriter diuerſe 22
ſunt: imo longo diſcrepant interuallo. Nã eadẽ alios dolore afficiũt/alios autẽ delectant. et que alijs
moleſta ſunt/odioqꝫ habent̃: alijs iucunda ſunt/atqꝫ amabilia. quod et in dulcibꝰ reperitur. non enĩ ea-
dem et ſano/et febricitanti dulcia eſſe vident̃. neqꝫ idẽ eſſe calidũ infirmo/et optimã valitudinẽ habẽti:
et ſimiliter in alijs rebus accidere cõperit̃. varie igit̃ inter ſeſe hominũ voluptates/diſcrepãt. ¶ Qui- 23
ta cõcluſio. In oĩbꝰ hoĩm voluptatibꝰ: id ſentiendũ eſt/taleqꝫ eſſe quale ſtudioſus iudicat/et quale ipſi
ſtudioſo videt̃. Studioſo certe id cõmittẽdũ eſt/ſi recte dicit̃ ꝙ quẽadmodũ ſtudioſo videt̃ ita eſt: ⁊ vir-
tutẽ et bonũ hoc ipõ quo tal' eſt oĩm eſſe mẽſurã. quod ꝑfecto recte dici dubiũ nõ eſt. igit̃ ee voluptates
ſunt: que ipſi voluptates videntur/et illa vere iucunda quibus gaudet ipſe ſtudioſus. neqꝫ mirari ꝗ̃ſꝗ̃
debet: ſi ea que ſtudioſo moleſta ſunt/alicui videantur eſſe iucunda. nam multe corruptele/ depravatio-
neſqꝫ hominum fiunt. et proinde ꝗ̃ꝗ̃ hec iucunda non ſunt: his tamen/huncqꝫ in modũ depravatis iu-
cunda videntur. ¶ Correlariũ. Quo fit vt ee voluptates que ſine cõtrouerſia turpes ſũt: minime vo- 24
luptates dicende ſint/niſi depravatis: ſed earũ: que probe ſunt (quã/et qualẽ dicendũ eſt hominis eſſe)
ex operationibꝰ cõſtat. operatiões enĩ ipſas: ſequunt̃ voluptates. ſiue igit̃ perfecti / beatiqꝫ viri vna ſit
operatio/ſeu plures: ee voluptates (que eiuſce operationes perficiũt) dicende ſunt ꝓprie/peculiares/
atqꝫ oĩm optime hominis voluptates. cetere vero ſecundo loco/⁊ perparum cẽſende ſunt hominis vo-
luptates: quemadmodũ et operationes.

Cap. VI.

D Ictis autẽ ijs que ad ipſas virtutes ac amicitias/voluptateſqꝫ pertinent: de fe- 25
licitate figura dicere reſtat: quippe cum finẽ humanarũ rerũ ipſã eſſe ponamus.
Si igitur ea que priꝰ dicta ſũt repetierimꝰ: orationẽ ſane fecerimus breuiorem.
¶ Diximus itaqꝫ felicitatẽ habitũ nõ eſſe. Ineſſet enĩ dormienti per vitã: plantarũ vita 26
viuenti/et in calamitatibus maximis conſtituto. ꝙ ſi hec non placent: ſed ponendũ eſt
potius ipſã operationẽ eſſe quandã (vt prius dictũ eſt) et operationũ alie ſunt neceſſarie
et ob alia/alie per ſeipſas ſunt expetibiles: perſpicuũ eſt felicitatẽ earũ aliquã operatio-
nẽ eſſe: que ſunt per ſe et non ob aliud expetende. felicitas enĩ nullius indiget rei: ſed eſt
ex ſeſe ſufficiens. ¶ Operationes autẽ ee per ſe ſunt expetibiles/ a quibus nichil preter 27
operationẽ queritur. Tales vero vident̃ eſſe actus ij qui a virtute ꝓficiſcuntur. honeſta
nãqꝫ ſtudioſaqꝫ agere/ex ijs eſt que per ſe expetuntur. et item ludorũ ij qui ſunt iucũdi.
non enĩ ob alia ipſos expetunt. damna nãqꝫ potius ex ipſis ꝗ̃ cõmoda ſuſcipiunt et cor-
pus/et patrimoniũ negligentes. confugiũt aũt ad talia oblectamenta et pleriqꝫ eorum
qui beati eſſe dicuntur. Quapropter apud tyrãnos in precio habentur ij qui in talibꝰ ob-
lectamentis ſunt dextri. in ijs enĩ ſeipſos prebent iucũdos que illi affectant. indigẽt aũt
talibus. ¶ Videntur igitur he ad felicitatẽ pertinere: ꝓpterea quod hiſce vacant homi- 28
nes ij qui ſunt in poteſtatibus ꝯſtituti. At nullũ fortaſſe ſignũ tales ſunt homines. nam
nec virtus in poteſtatibꝰ/nec intellectꝰ cõſiſtit: a quibus operationes ſtudioſe ꝓficiſcũt̃.
¶ Nec ſi illi cũ ſincerã/liberalẽqꝫ voluptatẽ non deguſtarint/ad corporis cõfugiũt vo-
luptates: ꝓpterea putandũ eſt has magis expetibiles eſſe. ¶ Et pueri enĩ que apud ſe-
ipſos in precio ſunt: preſtabiliſſima eſſe putant. conſentaneum igitur eſt rationi/vt pue-
ris et viris diuerſa precioſa eſſe vident̃: ſic et prauis et ſtudioſis videri. Vt igit̃ ſepe di-
ctũ eſt: et precioſa et iucunda ſunt ea/que ſtudioſo viro talia ſũt. vnicuiqꝫ aũt ea eſt ope-
ratio maxime expetibilis: que ab habitu ꝓprio ꝓdit. et ſtudioſo igit̃ ea que ꝓficiſcitur a
virtute. Felicitas ergo non in luſiõe/iocoue ꝯſiſtit ¶ Itẽ abſurdũ foret humanũ finẽ io-
cum eſſe: et negocia multa moleſtiaſue per totã vitã cauſa iucũdi ſuſcipe. Cũcta enĩ fere
preter felicitatẽ alteriꝰ expetimꝰ gratia. hec enĩ eſt finis. ¶ Studere aũt et laborare gra-
tia ioci ſtultũ ꝑfecto/nimiſqꝫ puerile eſſe videtur. Iocari vero vt ſtudeas ſecũdũ ſenten-
tiam Anacharſidis: recte ſeſe habere videt̃. Iocꝰ enĩ requieti ſimilis eſt. atqꝫ cũ cõtinue
nequeãt hoĩes laborare: indigẽt requiete. Non eſt igitur ipſa requies finis. fit enim gra-
tia operatiõis. ¶ At uero vita felix in virtute videt̃ cõſiſtere. hec vero vita cũ ſtudio eſt
et in ſerijs: ſed nõ in ioco cõſiſtit. ¶ Atqꝫ ea q̄ ſtudioſa ſunt/ſeriaue: preſtabiliora ridicu-
lis/et is que ioco fiunt ¶ Et operationem ſemper melioris et partis/et hominis ſtudio-

sam magis dicimus esse: melioris vero prestabilior est: et ad felicitatem iam magis attinens. ¶ Frui preterea quiuis/ et mancipium voluptatibus corporis: non minus ꝙ optimus homo potest. ad felicitatem nemo mãcipio tribuet: nisi et vitam tribuerit studiosam. Felicitas enim non in talibus consistit modis viuendi. sed in operationibus que a virtute proficiscuntur: vt prius etiam diximus.

¶ Sexti capitis note. ¶ Qꝫ potẽtatus vt plurimũ praui sint: hoc facit ambitio/ et dominãdi cupiditas: que indignos ad huiusmodi honorificos magistratus petendos/ cogit esse importunos.

¶ Sextũ cap. tribus cõclusionibus/ et resumptione aliquorũ precedentiũ partitũ est.

25 Sexti Capitis cõmentarius ad litterã. ¶ Prima cõclusio. Post exactũ sermonẽ eorũ que ad virtutes/ amicitias/ voluptatesqꝫ ptinẽt: reliquũ est de felicitate determinationẽ figura/ rudiqꝫ minerua suscipere. Nam felicitatẽ humanarũ rerũ finem esse statuimus. ad quod breuiore sermone cõplecten-
26 dum/ opereprecium nobis videtur: nõnulla eorũ que prius allata sunt: resumere. ¶ Primũ. felicitatem habitum non esse. nam inesset per vitam dormienti/ solumqꝫ vt planta viuenti/ pariter et maximis calamitatibus versato: que minus placere videntur. ¶ Secundũ est/ felicitatẽ operationẽ quandam: esse ponendam. ¶ Tertiũ. operationũ quasdam esse necessarias ⁊ ob alia/ alias aũt ob seipsas esse expetẽdas. ¶ Quartũ. felicitatẽ aliquã earũ operationũ esse: que per seipas/ et non ob aliud expetende sunt.
27 nam felicitas nullius rei indiget: sed est ex sese sufficiens. ¶ Secunda conclusio. Actus qui a virtute proficiscũtur/ operationes sunt per se expetibiles: et ludi quidã iucũdi. ¶ Nam operationes ee per se sunt expetibiles: a quibus nihil queritur preter ipãm operationẽ. sed actus qui a virtute proficiscunt operatiões sunt: a quibus nihil preter operationẽ ipsam queritur. honesta eni/ studiosaqꝫ agere/ ex ijs sunt que per se expetũtur. actus igitur qui a virtute proficiscũtur: operatiões sunt per se expetibiles. et quod quidam ludi itidem per se expetãtur: patet. nã homines/ eos non ob alia expetũt. verũ damna ex ipsis potius recipiunt/ ꝙ cõmoda: et corpus/ et patrimoniũ negligentes. Et ad huiusmodi ludorũ delectationes cõfugiunt plurimi eorũ: qui vulgo beati censentur. quapropter apud tyrannos in precio habentur ij: qui in talibus ludorũ oblectaminibus dextri sunt/ atqꝫ comes. nam hi seipsos prebent iu-
28 cundos in ijs que ipsi tyranni summopere affectant. talibus enim viris ipsi tyranni indigent. ¶ Tertia cõclusio. In huiusmodi ludorũ vacationibus: minime felicitas collocãda est. De ludorũ operationes propterea ad felicitatẽ pertinere vidẽtur: ꝙ hisce intendũt homines qui magnis in potestatibus sunt constituti. sed huiusmodi homines nullũ signũ debent esse. ¶ Primo. quia huiusmodi viris qui magnis in potestatibus sunt cõstituti: nec virtus/ nec intellectus adest/ a quibus tamen studiose operationes pficiscũtur. non igitur ꝙ in lusionibus sit felicitas: sufficiens sunt argumentũ. ¶ Secundo. non iccirco putandũ est corporeas voluptates magis expetibiles esse: pterea ꝙ in potestatibus cõstituti (quoniã ipsi sincerã/ liberaleqꝫ voluptatẽ nũqꝫ degustarunt) ad corporeas cõfugiant. igit neqꝫ ludos (quos ipsi sectantur) pertinere ad felicitatẽ. ¶ Tertio. pueri que apud ipos in precio sunt/ prestabilissima esse putãt: viri quidẽ nõ putãt. igitur rõni cõsentaneũ esse videt/ vt queadmodũ pueris et viris diuersa pciosa esse vidẽtur: ita quoqꝫ et prauis et studiosis videri. potẽtatus aũt vt plurimũ praui verũ (vt sepe numero dictũ est) ea et preciosa et iucũda sunt: que studioso viro talia sunt. hec aũt sunt: que a virtute pficiscũtur. nam vnicuiqꝫ ea operatio maxime iucunda/ ac expetibilis est: que a proprio proficiscitur habitu. studioso igitur ea que proficiscitur a virtute. nõ igitur felicitas in lusione/ ludorumqꝫ vacatione consistit ¶ Quarto. Absurdum esset humanũ finẽ iocũ existimare: et multa negocia/ laboriosaqꝫ per totã vitam ipius ioci gratia suscipere. at omnia ĩ vita (preter felicitatẽ) alterius gratia/ felicitatis scilicet/ expeti debent. est eni felicitas finis. non igitur in ioco collocanda est felicitas. ¶ Quinto. Studere/ et laborare gratia ioci stultũ/ nimiũqꝫ puerile esse videtur: verũ vt Anacharsidis sententia recte habet: iocandũ est vt studeas. non est igitur iocus: humanus finis. ¶ Sexto. iocus requiei similis est. cũ eni cõtinue homines nequeant laborare: indigent requie/ intermissioneqꝫ laborũ. at requies operationũqꝫ ferie: hũanus finis non est. fit eni operationis gratia. igitur neqꝫ iocus ¶ Septimo vita felix potius/ in virtute cõsistere videtur: ꝙ in ioco. nam vita que secundũ virtutem est: in officio atqꝫ serijs versatur. ¶ Octauo. quia que studiosa sunt/ et seria: prestabiliora sunt ridiculis/ et ijs que pro ioco/ iociqꝫ gratia fieri solent. ¶ Nono. semp melioris/ et partis et hominis operationẽ: magis studiosam dicimus. nam melioris prestabilior est/ et ad felicitatẽ plus habens momenti. at virtus melioris partis est: ꝙ iocus. nõ est igitur iocus: hominis finis. ¶ Decimo. preterea quiuis (etiã ville mancipiũ) voluptatibus corporis/ et non minus quidẽ ꝙ optimus: frui potest. at felicitatẽ mancipio tribuet nemo: nisi et vitam eidem tribuerit studiosam. non igitur felicitas in talibus viuendi modis iocisqꝫ: qui ad voluptates pertinent corporeas/ consistit. sed vt superius quoqꝫ dictum est: in ijs operationibus que a virtute proficiscuntur.

29 Quod si felicitas operatio est per virtutẽ: cõsentaneũ est rationi per eam esse que est prestabilissima. hec aũt eius fuerit/ quod est optimũ. Siue igit mẽs sit hoc/ siue aliqd aliud: quod quidẽ natura dñari videt/ ac iperare: ⁊ aĩaduersionẽ habere de honestis/ diuinisqꝫ rebus: aut quia diuinũ et ipm est/ aut ꝙ eorũ que sunt in nobis est diuinissimũ: huius operatio per virtutem propriã/ ipsa felicitas fuerit/ beatitudoqꝫ perfecta. Dictũ est autẽ ipãm esse contẽplatiuam. Atqꝫ consentaneũ hoc et antea dictis/ et veritati videbitur esse. hec eni operatio prestabilissima est: quippe cũ et mens sit eorũ que in nobis insunt/ prestabilissimũ: ⁊ ea circa q̃ mẽs versatur cognoscibilium prestabilissima sint. ¶ Est preterea continua maxime. Nam contemplari magis continue: ꝙ agere quoduis possumus. ¶ Arbitramur preterea felicitati voluptatẽ ad-

Cap. VII.

mixtam esse oportere: iucūdissima aūt operationū virtutum/ est ea haud dubie que per sapiētiā ꝓdit. Itaqꝫ philosophia mirabiles tū puritate/tū firmitate: voluptates habere videtur. atqꝫ cōsentaneū est rationi: scientibus ꝙ querētibus oblectamentū ipm iucundius esse ¶ Ipsaquoqꝫ sufficiētia/maxime fuerit in contemplatiua. Nam et sapiens/et iustus/et ceteri rebus ijs indigēt que necessarie sunt ad vitā. sed si satis his talia adsunt: iustus quidē eorū indiget ad quos et cū quibus egerit iuste. et tēperans item/ac fortis/ et singuli ceterorū. at sapiēs si solus etiā sit contēplari potest et quo sapiētior est/eo magis potest: melius aūt fortasse si habeat adiutores. attamē sufficiētissim⁹ est ipe. ¶ Preterea propter seipam amari sola videt. Nihil enī ab ipa fit ꝓter hoc cōtēplatū inqꝫ esse. at cū agimus/ preter ipam actionē/aut plus aliquid/aut minus assequimur. ¶ Videtur etiam in ocio felicitas ipa cōsistere. Negocia nāqꝫ suscipimus/ vt ociū habeamus/ ⁊ bellum gerimus: vt in pace degamus. Opatiōes igitur actiuarū virtutū/ ciuilibus aut bellicis in rebus versantur. actiones aūt que in his versantur negociose esse videntur/atqꝫ bellice quidē ⁊ omino. nemo nāqꝫ bellū expetit gerere/ gerendi gratia belli: neqꝫ bellum ob bellū parat. videbit enī crudelis quidā atqꝫ sanguinolētus penitus esse: si faciet amicos hostes vt pugne/cedesqꝫ fiāt. At et ipius ciuilis/negociosa est. et preter ipam administrationē/ potestates cōparātis atqꝫ honores/aut felicitatē sibypsi et ciuibus. que quidem diuersa est a ciuili et quā querimus vt diuersam. Si igitur ciuiles quidem et bellice actiones: ceteris actibus qui a virtutibus proficiscūtur. pulchritudine/ magnitudineqꝫ precellūt: he vero negociose sunt/atqꝫ aliquē finē affectant: et nō propter seipas sunt expetibiles. mētis aūt opatio et studio aūcellere videt/ cū cōtēplatiua sit: et preter seipam nullū affectare penitus finem: habereqꝫ voluptatē propriā que quidē operationē ipam exauget/ sufficientia insuper/ocium/defatigationis vacuitas et humana et queciiqꝫ alia viro tribuūtur beato/per hanc opationē illi inesse videntur: perfecta felicitas hominis fuerit hec profecto/sumpta longitudine vite perfecta. Nihil enī felicitatis est iperfectū. ¶ Talis autem vita superat hominis naturā. Non enī hoc ipo quo homo est/ita viuet: sed quo est quid in ipo diuinū. Quantū igitur hoc ab ipo cōposito differt: tantū et hui⁹ operatio distat ab ea que a virtute alia proficiscitur. ¶ Quod si mens/diuinū ad ipsum hominem est: et vita que ab hac manat/ diuina est respectu ipsius vite humane. Oportet autē: non quēadmodū monent quidā humana nos sapere/ cū simus homines: aut mortalia cum simus mortales: sed quoad fieri potest imortales nosipos facere. cūctaqꝫ efficere/vt ea vita viuamus que ab eo manat/ quod est eorū que in nobis insunt prestabilissimum. Nam tametsi parū est mole: vi tamē et precio multū omibus antecellit ¶ Videbitur autem et vnusquisqꝫ hoc esse: siquidē precipuū est et melius. Absurdū igit esset: si non suam sed alicuius alterius expeteret vitam. ¶ Id insuper quod dictū est antea: nūc etiam accōmodabitur. Quod est enī natura vnicuiqꝫ propriū: id optimū vnicuiqꝫ ⁊ iucundissimū est. Et homini igitur ea vita que ab ipsa proficiscitur mente. siquidem maxime hoc est homo/hec ergo est et felicissima vita.

¶ Septimi capitis note. ¶ In primo libro de actiua felicitate ad quā duodecim virtutes morales in toto ferme opere determinate/ perducunt: et que est inferioris partis animi felicitas: hic aūt precipue de felicitate diuina ac contēplatiua: quantū in hac mortali vita cōceditur: ad quā sola perducit sapiētia et que est superioris anime partis virtus perfectissima: que plus diuinis illustrationibus/ ꝙ mortalium viribus: animis insinuatur. ⁊ post euangelicā lectionē opera diui Dionysij Areopagite ad huius altissime vite initiationē credūtur valitura.

¶ Septimū cap. vnam cōclusionem cōplectitur. 29

Septimi Capitis cōmētarius ad litterā ¶ Cōclusio. Partis cōtēplatiue/opatio secūdū ꝓpriā virtutem: felicitas est. quequidem cōtemplatiua dicitur: et que perfectissima est. ¶ Primo. quia felicitas operatio est secundū virtutem. par igitur est: vt sit secundum prestabilissimā virtutem. at optima virtus: eius est quod in nobis optimū est. optmū autem in nobis dictum est esse ipsam cōtemplatiuā partem: siue ea mens vocetur/siue quicqꝫ aliud : quod quidem natura dominari/ ac imperare videtur/ et curam habere de honestis/diuinisqꝫ rebus. quoniam aut ipsum quid diuinum est: aut quia eorum que sunt in nobis idipsum diuinissimum est. igitur eius partis operatio secundum propriam virtutem: felicitas/beatitudoqꝫ perfectissima est. ¶ Secundo. id superioribus dictis/ ipsiqꝫ veritati consentaneū esse videtur: quia partis contēplatiue operatio perfectissima est. nam et mens cuius ipsa est operatio: eorum que sunt in nobis/ omniū est prestabilissimū. et non modo id verū sit: sed et circa que ipsa mens versatur/cognoscibiliū prestabilissima sunt. nimirū igitur si eius partis secundū propriā virtutē operatio: felicitas sit/et quidē ꝑfectissima. ¶ Tertio. hec opatio maxime ꝯtinua est/ ⁊ magis quidē ꝙ ꝑtis actiue operatio. nam contēplari magis cōtinue: ꝙ agere quodcūqꝫ valemus. ¶ Quarto. arbitramur

voluptatē felicitati cōiūctā esse oportere. at opationū virtutū ꝓculdubio ea iucūdissima est: q̄ a sapiētia/ ꝓpriaq̧ cōtēplatiue partis virtute enascit̄. videtur enī sapiētia/ ipaq̧ diuina philosophia mirabiles: cū puritate/ tū firmitate voluptates habere. neq̧ quidē hoc ab re fuerit. quādoquidē diuina interrogātibus magna assit voluptas: maior aūt sciētibus/ q̄ ea sciscitātib⁹/ querētibusq̧. ¶ Quīto. q² ipa sufficientia maxime in hac contēplatiua felicitate cōsistit. nam et sapiens/ et iustus/ et ceteri: ijs indigent que vite necessaria sunt/ sed vbi talia assint sufficienter: iustus adhuc eorū indiget ad quos/ et cū quibus agat iuste. et tēperans/ et fortis/ et singulis reliquorū. verū sapiens etiā si solus fuerit/ cōtēplari potest: et eo quoq̧ magis/ quo et sapientior est. at nihil prohibet forte id posse melius/ si habeat adiutores: nihilosecius tamen sufficiētissimus ipse est. hec igitur cōtēplatiua felicitas perfectissima est. ¶ Sexto. quia ipsius sapientie contēplatio: maxime propter seipam amari vel sola videtur. nihil enim ab ipa preter ipam contēplationē ꝓuenit. at vero cū agimus aliquid: nobis preter ipam actionē: aut plus/ aut minus acquirimus. ¶ Septimo. ipsa felicitas in ocio/ quiete atq̧ tranqllitate cōsistere videtur. Nam negocia suscipimus: vt ferias/ ociūq̧ habeamus. et bellū gerimus: vt in pacis trāquillitate viuamus. virtutū enī agibiliū opationes sunt in ciuilibus/ bellicisq̧ rebus: et negociose quidē sunt/ et prorsus que sunt bellice. at ille ocij tranquillitatisq̧ gratia petūtur. nemo enī expetet bellū gerere belli gerendi gratia/ neq̧ quisq̧ bellū ob bellū parat. crudelis nimiū ille quidam et cruētus/ atq̧ sanguinolentus penitus esse videbitur: si faciet amicos hostes vt pugne/ cedesq̧ fiant. et ipsius ciuilis operatio itidem negociosa est: vt que est preter ipam actionē/ administrationēq̧ potestates sibi cōparans/ atq̧ honores: aut sibiipi et suis ciuibus felicitatē parās. quequidē ciuilis viri felicitas: diuersa est a felicitate ciuiū/ et ab ea quā hoc in loco querimus. si ergo ciuiles/ et bellice actiōes ceteris actib⁹ qui a virtute ꝓficiscūtur: et pulchritudine/ et magnitudine precellūt et negociose sunt/ atq̧ ob aliquē finē/ non aūt ob se ipas expetēde: tanto magis alie actiōes. modo mētis opatio ⁊ studio ꝑcellere videt̄ (nā ꝯtēplatiua) et ꝑter seipsam nullū penitus affectat finē/ et ꝓpriā sibi cōiunctā habet voluptatē: que ipam opationē adauget/ sufficiētissima est/ nō negociosa/ nō turbulēta: sed in ocio et trāquillitatis successu/ et a fatigatiōe vacua quantū hoib⁹ licet/ atq̧ ꝯcedit̄/ et sūmati quecūq̧ alia viro beato tribuunt̄: homini per hanc partis ꝯtēplatiue opationē secundū virtutē inesse videtur. ꝑfecta igit̄ hec opatio putetur hois felicitas: dū modo sūpta sit in vite longitudine ꝑfecta. nā nihil felicitatis mācū iperfectūq̧ est. ¶ Octauo. q² hec secūdū sapiētiā/ atq̧ ꝯtēplationē vita: hois supat naturā. nō enī hoc ipo quod hō est ita viuet: sed quo q̄d ī ipo diuinū est. quātū igit̄ hoc/ ab ipo ꝯposito differt: tantū ⁊ ꝯpositi opatio distat ab ea q̄ ab altius virtute ꝓficiscit̄. ¶ Nono. mēs aliq̄d diuinū ad ipm hoiem est. igit̄ et vita q̄ ab hac manat diuina est: respectu/ rōneq̧ habita ipius hūane vite. Neq̧ oportet queādmodū admonēt nōnulli: hūana nos sapere cū simus hoies: aut mortalia/ cū simus mortales: sed quoad fieri potest imortales nos ipos facere/ cūctaq̧ efficere vt ea vita viuamus: q̄ ab eo manat/ ac ꝓfluit quod oīm (q̄ nobis insunt) ꝑstabilissimū est. nā tametsi paruū est mole: vi tñ/ ⁊ ꝑcio multū oibus ācellit. ¶ Decimo. videt̄ vnusq̄sq̧ idipm ꝑstabilissimū esse: siquidē vnusq̄sq̧ ꝑcipuū est/ ⁊ melius. absurdū igit̄ esset si nō suā: sed alicuius altius expeteret vitā. maxime igit̄ partis cōtēplatiue: vita querēda est. ¶ Undecimo. id insuper quod et antea dictū est: huic etiā ꝓposito accōmodari licet. nā quod natura vnicuiq̧ ꝓpriū est: id optimū vnicuiq̧/ ac iucūdissimū est. igit̄ homini ea vita que ab ipa ꝓficiscit̄ mēte: optima/ iucūdissimaq̧: siquidē homo maxime mēs ipsa. vita igitur secundū mentē felicissima est.

s Ecundo autē est ea vita que a virtute alia manat. Operationes enī que ab hac prodeūt humane sunt. nā iusta/ et fortia/ et cetera que a virtutibus proficiscūtur: inter nosipos agimus/ in cōmercijs/ et necessitatibus atq̧ actibus cōmunibus/ et itē affectibus/ vnicuiq̧ seruātes decorū. hec aūt oīa cōstat esse hūana. ¶ Nōnulla aūt et a corpore ꝓuenire videtur: et multū virtus morū cū affectibus videt̄ esse cōiuncta. Cōiuncta est etiā et prudētia/ moris virtuti/ et hec prudētie: si pricipia quidem prudētie a virtutibus ipsis emergant/ rectū vero moris virtutū a prudētia manet. cum aūt he sese habeant/ vt a se mutuo pendeant/ sintq̧ cōiuncte affectibus: circa ipsum cōpositum fuerint. at cōpositi virtutes humane sunt. quare et ea vita que ab ipsis proficiscitur/ et felicitas humana est. Mentis aūt est separata atq̧ tantū de ipsa sit dictū. exacte namq̧ dicere ꝓposito maius est. ¶ Uidebitur aūt et externa affluentia perparum aut minus idigere q̄ moralis: opus est enī vtrisq̧ necessarijs rebus. Atq̧ sit eque: quāq̄ circa corpus et res tales/ ciuilis homo magis elaborat. parua enim differentia fuerit. in operationibus aūt non mediocriter different. Etenī liberali quidē ad liberalitatis operationes exercēdas: et iusto ad retributiones pecunijs opus erit. ¶ Uolūtates enī non sunt manifeste. Simulant aūt et qui non sunt iusti/ agere iuste velle. Forti aūt opus est potētia: si agit aliquid eorū que a virtute ꝓficiscūtur. et potestate etiā tēperāti. quo nāq̧ modo aut hic/ aut ceterorū quisq̧ manifestus erit? Querit̄ aūt vtrū magis ꝓpriū sit virtutis: vtrū electio/ an ipsi actus? quippe cū in vtrisq̧ virtus cōsistat. atq̧ cōstat in vtrisq̧ perfectū ipm cōsistere. Ad actus aūt multis indiget: et quo maiores/ pulchrioresq̧ sunt eo pluribus indiget. At contēplanti nullis huiuscemodi rebus ad operationē est opus. quin et ipedimēto fere sunt ad cōtemplationē. Sed hocipso quo homo est/ atq̧ cū pluribus viuit: expetit ea agere que a virtute ꝓficiscūtur. indigebit igit̄ talib⁹ ad ea agēda

que ad hominē spectant. Atq̧ felicitatē perfectā contēplatiuā quandā operationē esse
hinc quoq̧ fuerit manifestū: deos eni maxie beatos esse putam⁹/ atq̧ felices. at quosnā
actus tribuere illis oportet: iustosne? An ridiculi videbūtur: si cōmutēt/ ⁊ deposita red=
dant: et hmōi ceťa agāt? At fortes ne: ꝓpterea ꝙ formidolosas res sustinēt/ periculaq̧
subeunt honestatis ipsius causa? An liberales? at cuinā dabunt? Absurdū est insuper si
numos etiā habeāt/ aut aliquid tale. An tēperantes? at quidnā fuerint? An laus sit im=
portuna si prauas dij cupiditates nō habere dicātur? Ita per omia discurrēt/ cūcta que
sunt circa actus: parua quedā et nō digna dijs imortalibus sane videntur. Atuero viuere
ipos vniuersi putant. quare et operari. Nō eni oportet illos (vt Endymionē aiunt) dor=
mire. Uiuenti igitur ei: cui actio et multo magis effectio nō tribuit: quidnā aliud preter
cōtemplationē restat? Quare dei operatio precellēs beatitudie/ cōtēplatiua sine cōtro=
uersia fuerit. et hūanarū igit opationū ea homo est summe felix: que illi maxime est co=
gnata. ❡ Signū est huius et aialia ceťa felicitatis expertia esse: tali penitus operatione
priuata. Nam dijs quidē tota est vita beata/ talē habētibus opationē: hoibus aūt/ quo
ad ipos talis opationis quedā inest silitudo. At aialiū ceterorū nullū prorsus est felix.
quippe cū nulla ex parte particeps sit contēplatiōis. Quousq̧ igit contēplatio sese ex=
tendit/ eousq̧ sese extēdit et felicitas ipa: et q̄bus cōtēplatio magis inest/ ijs et felicitas
magis inest/ nō peraccidēs quidē: sed per ipam vtiq̧ cōtēplationē. hec eni per seipam 31
est preciosa. Quare felicitas cōtēplatio fuerit quedā. ❡ Est aūt opus huic et ꝓsperitate
externa cū sit homo. Natura nāq̧ ipa nō est ad cōtēplandū sufficiēs: sed et corpus sanū 32
esse oportet/ et alimēta/ reliquūq̧ famulatū adesse. ❡ Non tamē putandū est multis ac
magnis ei opus fore/ qui futur⁹ est felix: si fieri nō potest vt sit beatus sine bonis extnis.
Neq̧ eni sufficiētia/ neq̧ iudiciū/ neq̧ actus in exuperatione cōsistit. sed fieri potest vt et
non pricipes terre ac maris agant honesta. etenī a mediocribus facultatibus potest q̄s=
piam agere per virtutē. Atq̧ id clare cernere licet. priuati nāq̧ nō minus agere videntur
res bonas/ q̄̄ qui sunt in potestatibus cōstituti: imo etiā magis. Satis aūt est tot facul=
tates habere. erit eni eius vita felix qui per ipsam operatur virtutē. ❡ Solon etiā bene
fortasse de felicibus sensit: qui quidē eos esse felices dixit: qui mediocriter res habuerūt
externas: et pulcherrimas res (vt putabat) egere/ modesteq̧ vixere. Fieri eni potest: vt
mediocria possidētes agant ea que agere oportet. ❡ Uidetur aūt et Anaxagoras: non
locupletē/ neq̧ potentē felicē ipm existimasse: cū dixit se nō mirari/ si absurdus quidem
multitudini videatur. hec eni res sentiens solū externas his iudicare tantūmodo solet.
Consentanee igit nrīs sentētijs et sapientū opiniones esse videntur. atenī habēt quidē et 33
talia quandā fidem ❡ Ueritas tamē in ijs que in actionē veniūt ex operibus iudicatur/
et vita. In his eni precipue certitudo veritatis cōsistit. cōsiderare eni oportet ea q̄ ātea
dicta sunt ad opera referētes/ et vitā. et si cōsona sunt operibus: acceptāda sunt. sin vero 34
discrepant: verba sunt tantū putanda. ❡ Atuero qui mēte operatur/ ⁊ eā colit: disponit
optime. is et amicissimus dijs imortalibus esse videtur. Nā si dij curā humanarū rerū
(vt existimatur) aliquam habēt: rationi sane cōsentaneū fuerit ipos eo gaudere quod est
optimū/ maximeq̧ sibi cognatū. hoc aūt fuerit ipsa mēs. et in eos qui maxime hoc amāt
atq̧ honorant/ beneficia vicissim cōferre tanq̄̄ curā ijs que sibi sunt cara/ ac diligentiam
adhibentes: et recte/ beneq̧ agentes. at constat hec omnia maxime sapienti inesse. ami=
cissimus igitur sapiens ipse dijs immortalibus est. eundem autem conueniens est: et fe=
licissimum esse. Quare sapiens hoc quoq̧ modo maxime fuerit felix.

❡ Octaui capitis note ❡ Ex hoc loco q̄stionē fundāt: an actus extior aliquā pfectionē virtuti morali
addat. ❡ Anaxagoras vt libere philosopharet: oēs opes abiecit/ et libere suis cōcessit/ et alij ita ꝯplu=
res ita fecisse legūtur ❡ Endymion a poetis fingitur dilectus a luna: et in monte licie sopitus: quo li=
berius dormiētis carperet oscula. ❡ Priuati hoies res p̄claras agere videntur: p̄sertim in ijs que ad
contēplandi vitā pertinēt/ potius q̄̄ qui sunt ī potestatibꝫ/ magnisq̧ dignitatib⁹ cōstituti. vt Paulus/
Hierotheus/ Bartholomeus/ et diuus Dionysius.
❡ Octauū cap. quinq̧ cōclusionibus partitū est. 30

Octaui Capitis cōmētarius ad litterā. ❡ Prima ꝯclō. Ea vita q̄ ab actiua/ admistratiuaq̧ vir=
tute manat: secundū sibi vēdicat locū. ❡ Primo. nā opatiōes que ab hac virtute ꝓficiscūtur: humane
sunt. nam et iusta/ et fortia/ et cetera id genus officia: que ab administratiuis virtutib⁹ proficiscūtur/
inter nos ipos agimus in cōmercijs/ in necessitatibus/ in actibus coībus/ itē et in affectibus: vnicuiq̧
decorū seruantes. hec autem omnia constat esse humana. at ea vita que a virtute cōtemplatiua prodit/
atq̧ enascitur: mōstrata est nō humana/ sed diuina potius. merito igitur vita que a virtute āministra=

toꝛia pꝛocedit:ſecũdas partes/ſecundũq; ſibi vẽdicat locũ. ¶ Secundo in vita que ab actiua virtute/ adminiſtratiuaq; moderatur:multa a coꝛpoꝛe ꝓuenire videntur. atq; multũ virtus ipa moꝛũ:cũ affectibus/coꝛpoꝛeiſq; perturbationibus videtur eſſe cõiuncta.et cõiuncta eſt etiã pꝛudẽtia/ moꝛis virtuti:et viciſſim virtus moꝛis/pꝛudẽtie.nec iniuria quidẽ. nã pꝛincipia pꝛudẽtie a virtutibus ipis emergunt:rectũ aũt virtutũ moꝛis/ab ipſa pꝛudentia manat.cũ ergo et pꝛudentia/et virtutes moꝛis ita ſeſe habeãt vt a ſeſe mutuo pendeãt/ſintq; humanis affectibus aſcite/ atq; cõiuncte:circa ipm cõpoſitũ erunt. at cõpoſiti virtutes ſunt humane.eſt igitur ea vita/ eaq; felicitas que a pꝛudẽtia et virtutibus moꝛũ ꝓficiſcitur: hũana.at mẽtis felicitas ſeparata eſt. iure igiẗ actiue virtutis felicitas/et que humana eſt:ſecundũ ſibi vendicat locũ.ſed ꝙ felicitas mẽtis ſeparata ſit:tantũ de ipſa dictũ hic ſatis ſit. nam id exacte pꝛoſequi:ꝓpoſito maius eſt. ¶ Tertio.mẽtis/cõtẽplatiuaq; vita:externa affluẽtia ꝑparum/aut minus indigere ꝙ̃ actiua/atq; moꝛalis vita videtur.et ꝙ̃q; ita eſt vt actiuus/ciuiliſq; homo circa coꝛpus et res tales magis laboꝛet:eſto tamẽ vt poſueris et cõtemplatiuũ/et ciuilẽ eque externoꝝ affluentia indigere:id parũ ad id quod paramus refert/modiciq; admodũ momẽti eſt. nã in oꝑatiõib; nõ mediocriter different/ſed plurimũ.liberali enĩ ad liberalitatis oꝑationes exercẽdas/et iuſto ad retributiones faciendas: pecunijs opus erit/ cõtemplatiõibus aũt his adminiculatiõibus nõ opus eſt. pꝛimas igitur partes/felicitas mẽtis ſibi aſciſcit:actiua vero ſecundas. ¶ Quarto.vita adminiſtratiue virtutis pluribus indiget:ꝙ̃ partis contẽplatiue.neq; cõfert quicq̃ dicatur:vitã actiuã in actib; volũtatis cõſiſtere/et pꝛoinde nõ egere exterioꝛe oꝑatione vt neq; cõtẽplatoꝛ.nã volũtates nõ ſunt manifeſte:neq; in eis ſolis perficitur adminiſtratiua vita. ſimulant enim et qui non ſunt iuſti:agere iuſte velle. verũ foꝛti opus eſt potentia/et roboꝛe:ſi quicq̃ eoꝛũ agere debeat/que a foꝛtitudine ꝓficiſcũtur. et temperato itidem opus eſt eoꝛũ facultate circa que cõtingit tẽperantẽ/et intẽperantẽ eſſe.quo modo enĩ aut tẽperatus/aut alioꝛũ aliquis manifeſtus erit:niſi circa extrinſecũ operãdo ꝓbetur? et ideo q̃ri ſolet vtrũ magis virtuti ꝓpꝛiũ ſit ipa electio:an actus ipſe/quaſi in vtriſq; ipa virtus cõſiſtat:et id cõſtat atq; manifeſtũ eſt:ipm ꝑfectũ in vtriſq; cõſiſtere.ac ad actus ipos/ multis indiget adminiſtratiua virtus.et quo maioꝛes/pulchꝛioꝛeſq; ſunt/eo ⁊ pluribus indiget.contẽplãti aũt nullis hmõi rebus ad ſue cõtẽplatiõis functionẽ opus eſt: verũ potius ĩpedimẽto fere ſunt ad contẽplatiõis officiũ.vita igiẗ contẽplatrix pꝛimũ locũ ſibi defendit:actiua vero ſecundũ. Nec ab re euenit vt ea quibus actiuus indiget:contẽplationi fere ſint ĩpedimento.nã in vita actiua homo hoc ipo ꝙ homo eſt/ viuit:et quãto cũ pluribus viuit/tanto magis ea agere expetit que ab humana virtute pꝛoficiſcũtur. indigebit igiẗ talibus. vt exteris facultatibus:ad ea que ad hoiem ſpectant peragenda. ¶ Quinto. hinc licet cognoſcere contẽplatiuã felicitatẽ perfectã admodũ eſſe oꝑationẽ/ et pꝛimũ ſibi vendicare ꝑfectionis locũ: ꝙ ſupꝛamũdanas mẽtes maxime beatas eſſe putamus/ atq; felices. at ipſis nullas actiões tribuim⁹. quas enĩ actiones/adminiſtratiõeſq; illis tribuere opoꝛteret:nõne iuſtas? ſed ridicule foꝛte tũ apparebũt ipe ſupꝛamũdane mẽtes:ſi cõmutẽt/et depoſita reddãt/et cet'a id genus actionũ efficiãt.foꝛtes ne? et id quidẽ abſurdũ:qua ſi res foꝛmidoloſas ſuſtineãt/ periculaq; ſubeãt ipſius honeſtatis gratia. an liberales? ſed cui nã tũ dabunt indigenti? et abſurdũ inſuper eſt ſi numos habeãt/ et loculos/ aut aliq̃d ſimile.an tẽperãtes? ſed quo pacto id fuerint? et an indecẽs/ac ĩpoꝛtuna laus eſt:ſi pꝛauas cupiditates beatiſſime mẽtes nõ habere dicãtur. et ita per oĩa diſcurrẽti cuncta que ſunt circa actus:parua quedã/et nõ digna mẽtibus ĩmoꝛtalibus ſane vidẽtur.at vero ipa beatiſſima numina viuere/putãt vniuerſi.quare et oꝑari.nõ enĩ opoꝛtet illa (vt Endymiona fabulanẗ) doꝛmire: ſed quid nã potius eis tribuem⁹/ꝙ̃ cõtẽplari? oꝑanti enĩ cui actio et multo foꝛtius effectio (que artis eſt opus) nõ tribuitur: nihil pꝛeter cõtẽplationẽ tribuendũ relinq̃tur.quare dei longe pꝛecellens beatitudine oꝑatio:vita ſine cõtrouerſia cõtẽplatiua ſit.ea igiẗ operatione inter oꝑationes humanas:homo maxĩe felix eſt:que illi diuine felicitati maxime eſt cognata: hec aũt eſt cõtẽplatiua.igiẗ cõtẽplatiua felicitas:ſummũ ſibi ꝑfectionis locũ inter humanas oꝑationes vendicat. ¶ Sexto eius rei ſignũ ſunt cet'a aĩalia felicitatis expertia:tali pꝛoꝛſus ꝯtẽplatiõis officio pꝛiuata.nã ſupmũdanis numinibus tota vita beata eſt:talem habẽtibus oꝑationẽ.hoĩbus aũt quoad ad ipa talis quedã ineſt oꝑatiõis ſil'itudo. at reliquoꝛũ aĩaliũ nullũ pꝛoꝛſus felix eſt:quippe ꝙ nulla ex parte ſit ꝯtẽplatiõis particeps.quouſq; igiẗ ꝯtẽplatio ſeſe extendit:eouſq; ſeſe extendere videẗ et felicitas.et q̃bus cõtẽplatio magis ineſt:et felicitas magis ineſt/ nõ ꝑaccidens quidẽ ſed ꝑ eã ipam ꝯtẽplationẽ.eſt enĩ ꝯtẽplatio ꝑ ſeipam p̃cioſa.igiẗ felicitas:vel ma-
31 xime contẽplatio quedã eſt. ¶ Secũda ꝯcl'o. Felici etiã illa diuina/cõtẽplatiuaq; felicitate: exterarũ
rerũ ꝓſperitate opus eſt. Nã hmõi felix homo eſt.homo aũt natura ipa/ nõ eſt ad ꝯtẽplandũ ſufficiẽs:
32 ſed et coꝛpus ſanũ eſſe opoꝛtet/et alimẽta/reliquũq; famulatũ adeſſe ¶ Tertia ꝯcl'o.Si fieri nõ poteſt
vt quis beatus euadat ſine bonis externis: nõ tñ putãdũ eſt multis/ ac magnis ei opus eſſe:qui futur⁹ ſit felix ¶ Pꝛimo.q: neq; ſufficiẽtia/neq; iudiciũ/neq; actus in magnis/exuperantibuſq; rerũ copijs cõſiſtit. verũ fieri poteſt: vt qui neq; pꝛincipes terre/neq; maris ſunt:agant honeſta.nã a mediocribus facultatibus:poteſt quiſpiã ſecundũ virtutẽ agere.quod et clare cõſpicere licet:quandoquidẽ pꝛiuati hoĩes nõ minus agere vidẽtur res p̃claras/ꝙ̃ qui in poteſtatib; ſunt cõſtituti:imo ⁊ magis.ſatis ergo erit tot facultates habere:q̃ ſcʒ ad agendũ ſufficiãt.nã eius vita beata erit:qui ſecũdũ virtutẽ oꝑabiẗ. que ſi ſufficiũt ad agendũ: tanto magis/et ad contẽplandũ. nõ igitur multis/ ac magni facultatũ copijs ei opus erit:qui felix futurus eſt ¶ Secũdo. Solon de felicibus in hoc recte ſenſiſſe videẗ: quiq̃dẽ eos felices eſſe dicebat:qui mediocriẗ res habuerũt externas/et qui res pulcherrimas (vt arbitrabaẗ) egerũt/modeſteq; vixerũt. fieri enĩ poteſt vt mediocria poſſidẽtes:agãt ea que agere opoꝛtet ¶ Tertio videtur idẽ ſenſiſſe Anaxagoꝛas:neq; locupletẽ/neq; potentẽ felicem ipm exiſtimaſſe:cũ inquit ſe non mirari ſi abſurdus quidẽ multitudini videretur.nam multitudo ſolũ res externas agnoſcens: ab his dũtaxat iudiciũ ferre ſolet. videntur itaq; noſtris ſententijs ad ſapientũ opiniones cõſentanee: nec ab re quidẽ. nam et talia fidem quandã habent. nõ igitur magnis externarũ rerũ copijs: opus eſt felici.
33 ¶ Quarta cõcluſio. Ueritas in ijs que in actionẽ veniũt:ex operibus iudicatur/et vita. Nam in operationibus/et vita pꝛecipue certitudo veritatis cõſiſtit.cõſiderare ergo vos opoꝛtet ea que antea dicta

funt/et ad opera referre/pariter et vitã.etſi cõſona ſunt operibus: acceptanda ſunt/ et vita proba eſt: 34
ſin vero diſcrepãt: verba tantũ ſunt putãda. ¶ Quinta cõcluſio. Sapiens: deo/ imortalibuſqꝫ celi nu=
minibus amiciſſimus eſt/et pariter ⁊ maxime felix. Nam qui mẽte operatur/et eam colit: optime mẽ=
te diſponitur. at ijs amiciſſimus numinibus imortalibus eſſe videtur. nã ſi imortalia numina rerum
humanarũ curam vt exiſtimatur aliquã gerũt(gerũt eni)rationi ſane cõſentaneũ eſt: ipſa eo gaudere
quod in rebus humanis optimũ eſt/maximeqꝫ ſibi cognatũ. hoc autem ipſa mens eſt. et cõſentaneum
item eſt: in eos ſummopere qui mentem amant/ coluntqꝫ ac honorant: beneficia viciſſim conferre tãqꝫ
curam eorum(que ſibi cara ac diligẽtiam adhibentia/et recte beneqꝫ agentia. At vero conſtat hec oĩa
maxime ſapienti ineſſe. ſapiens igitur deo/ immortalibuſqꝫ numinibus amiciſſimus eſt. ⁊ eundem cõ=
ſentaneum eſt feliciſſimum eſſe. quare et ſapiens hoc quoqꝫ modo: maxime felix eſt.

Cap. VIIII.

Peroratio operis.

Teni ſi de his/ atqꝫ virtutibus et inſuper de amicitia/ voluptateqꝫ ſatis figura di= 35
c ximus: eſt ne putandũ noſtrũ propoſitũ iam finem habere? An queãdmodum
dicitur: non eſt in hoc rebus agendis finis/ perſpexiſſe/ cognouiſſeqꝫ ſingulas:
ſed potius agere. Nec de virtute ſcire ſat eſt: ſed enitendũ eſt ipſam habere/ac vti: vel ſi
quo alio modo boni efficiamur. Si igit̃ verba ſufficerẽt ad faciẽdos homines bonos:
multas iure mercedes ſecundũ Theognidẽ/atqꝫ magnas afferrẽt. et cõparare ea opor=
teret. Nunc vero iuuenes quidem liberos hortari/ac prouocare: morẽqꝫ idoneũ ad ob=
temperandũ educatione bona iam factũ: ingenuũ/ vereqꝫ honeſtatis amatorem facere
poſſe videntur: vulgus autem ad probitatẽ incitare non poſſe. non eni ſunt tales/ vt ob
dolorem obtemperent: ſed ob metũ. nec vt a prauis ob turpitudinem abſtineant rebus:
ſed ob penã. Nam quia affectib⁹ viuũt: perſequũtur quidẽ proprias voluptates/ et ea
que illas efficiunt. fugiunt aũt dolores oppoſitos. honeſtatis autem voluptatiſqꝫ vere
nullam prorſus habent aĩaduerſionẽ: quippe cũ eas nõ deguſtarint. Tales igitur que
nam verba traducere/ moderariqꝫ poſſent? Fieri eni non poteſt: aut non facile ſit vt ea
verbis mutentur/ac extrudantur: que impreſſa ſunt moribus/temporeqꝫ diuturno retẽ=
ta. Amabile autem eſt fortaſſe: ſi cum omĩa eſſent quibus boni fieri videmur participes
virtutis efficiamur. ¶ Fieri vero bonos alij natura/ alij conſuetudine/ alij doctrina pu=
tant. Natura igitur(vt conſtat) non in noſtra eſt poteſtate: ſed ineſt ijs hominibus per
cauſam quandam diuinam: qui vere ſunt fortunati. Verba autem preceptioneſue/ non
in omnibus vires habent: ſed opus eſt auditoris animũ antea moribus eſſe cultũ/ ad re=
cte gaudendũ/ ac ad horrendũ: perinde atqꝫ terrã que ſemina ſit nutritura. Qui nãqꝫ
viuit cũ perturbatione non audiet ea verba que dehortantur/ neqꝫ intelliget. is vero qui
ita diſpoſitus eſt: qui fieri poteſt vt diſſuadenti obtẽperet? Omĩno autem non verbis
ipa ꝑturbatio: ſed vi cedere videt̃. mores igitur ꝓcedãt aliquo modo virtuti familiares
oportet: amãtes bonũ/atqꝫ abhorrentes a turpi. ¶ Difficile autem eſt/ vt ab adoleſcen=
tia recte quis ad virtutem inſtituatur non ſub talibus legibus educatus. Modeſte nãqꝫ
viuere/continenterqꝫ pleriſqꝫ hominũ/preſertim et iuuenibus non eſt iucundum. Qua=
propter educationẽ/ atqꝫ officia a legibus inſtituta eſſe oportet. Non eni dolorẽ afferẽt
ſi fuerint conſueta. Fortaſſe autẽ non ſufficit/ dum ſunt adoleſcentes/ rectam educatio=
nem et curam eſſe adeptos: ſed cũ oporteat viros quoqꝫ factos ipa agere/ac aſſueſcere:
et in his/ et omĩno omni in vita legibus eſt opus. multitudo eni neceſſitati potius qꝫ ra=
tioni: et penis qꝫ honeſtati paret. Jccirco ſunt qui legũlatores oportere cenſent ad vir=
tutem iuitare/ac prouocare honeſtatis gratia: propterea quod ij qui probi ſunt: ob cõ=
ſuetudinẽ precipue obtẽperabunt. aduerſus autem inobedientes et hebetiores ingenio
caſtigatiões penaſqꝫ inſtituere. At eos qui curari/ac emendari nequeũt: extrudere atqꝫ
exterminare. probũ eni hominẽ/et ad honeſtatẽ viuentẽ rationi obtẽperaturũ inquiunt
eſſe. improbum vero voluptatẽ affectantẽ dolore afficiendum eſſe/ perinde atqꝫ iumen=
tum. Quapropter et eos dolores afferri oportere dicunt: qui maxime ꝯcupitis volup=
tatibus aduerſantur. ¶ Q ſi eum qui bonus futurus ſit bene educatum (vt dictum eſt)
ac moribus bonis aſſuefactum eſſe oportet/ deinde bonis in exercitijs viuere: ⁊ neqꝫ in=
uitum neqꝫ ſponte res agere prauas: hec autẽ fuerint ſi mente aliqua/ rectoqꝫ ordine vi=
res habẽte viuatur. Jgitur patris quidẽ ꝓceptio: vires nõ habet/ neqꝫ neceſſitatẽ: neqꝫ
vllius omĩno vnius viri/ niſi ſit rex/ aut aliqs talis. Lex aũt vim habet cogentẽ. q̃ quidẽ
eſt ſermo ab aliq̃ prudẽtia/atqꝫ mẽte ꝑfect⁹. Et hoĩz q̃dã eos odiſſe ſolẽt/ q̃ appetitiõib⁹
adũſant̃: etſi recte id ipm faciũt: lex aũt nõ eſt eis moleſta: ꝓbitatẽ iubẽs. ¶ Jn ſola aũt
Lacedemonioꝝ ciuitate cũ alijs paucis curã adhibuiſſe ĩ educatõe/ atqꝫ officijs legiſla=

tor videtur. In pluribus aũt ciuitatibus tales res sunt neglecte. Et ita vnusquisq; viuit vt si placet ritu Cyclopũ filios regens/ atq; vxorẽ. Prestabilissimũ igitur est diligentiã rectãq; curam adhibere cõmunẽ: idq; ipm facere posse. Quod si negligitur publice: ad vnũquẽq; attinere videbitur filios suos atq; amicos ad virtutẽ dirigere/ vel saltẽ velle dirigere. Atq; maxime id ipm posse videbitur ex dictis idoneus ad leges ferendas factus. Publicas igitur diligentias/ atq; curas per leges fieri cõstat: bonas autẽ/ per studiosas. Nec interesse quicq; videtur: scripte sint/ an nõ scripte: vnus an plures per instituãtur: vt et in musica/ exercitãdiq; facultate/ et eruditioib⁹ ceteris hoc nihil refert. Nã vt in ciuitatibus leges/ ac mores: sic et in domibus possunt paterni sermones ac mores/ quinetiã magis ob cognitionẽ/ beneficiaq; collata. sunt enĩ ipsi filij iampridẽ affectione deuincti: et facile obtẽperantes natura. Differunt insuper et instituta priuata publicis: perinde atq; in medicina. vniuersaliter enĩ/ febricitanti cõfert inedia/ et quies. at alicui forsitan non conducit. Magister quoq; ludi non omnibus fortasse pugilibus eandẽ pugnam imponit. Singula autẽ magis exacte fieri videbuntur adhibita cura/ diligẽtiaq; priuata. magis enĩ id adipiscitur vnusq̃sq; quod cõgruũ est. Atq; optime quidẽ in singulis curã ac diligentiam adhibuerit et medicus et ludi magister/ et quiuis alius: qui hoc vniuersale scit: omnibus inq̃ aut talibus hoc esse accõmodatũ. Scientie enĩ/ cõis ipsius esse dicuntur/ et sunt. Nihil tamẽ forsitan obstat quin ⁊ is qui scientie quidem est expers: exacte autẽ ea perspexit experientia que in vnoquoq; accidũt/ rectam in vno aliquo diligentiã adhibeat/ atq; curã: queadmodũ et quidã optimi sibĳpis esse medici videntur: qui tamen nulli alij possunt opem afferre. ¶ Verũ non minus forsitan oportere videbitur eũ qui vult artifex/ et cõtemplator euadere: ad vniuersale peregre: atq; illud (vt fieri potest) cognoscere. dictũ est enĩ scientias circa hoc ipm versari. Fortasse autem et is qui vult sua cura/ diligẽtiaue meliores facere siue multos siue paucos: enitat̃ oportet/ vt ad ferendas leges aptus euadat: si boni legibus fieri possumus. Non est enĩ cuiusuis quemuis recte disponere. sed si alicuius est: scientis est. vt in medicina fit et in ceteris facultatibus/ quarũ est aliqua cura/ atq; prudentia. ¶ Hec cum ita sint: considerare post hoc oportet vnde nam/ et quomodo quispiam legũlator euaserit. An ab ĳs qui rempublicam gerunt: queadmodũ et in facultatibus ceteris fieri solet? Nam pars ciuilis esse videtur ipsa ferendarũ legũ facultas an non similiter in ciuili et ceteris in facultatibus fieri/ sciẽtĳsq; videtur. Nam in ceteris quidem idem tradere facultates/ et per ipas operari videtur. vt medici/ atq; pictores. Res autem ciuiles docere quidem pollicẽtur ipsi sophiste. nemo autẽ ipsorum agit. ¶ Sed ij qui rempublicã gerunt. qui quidem potentia quadã id agere/ et experiẽtia potius q̃ mẽte vident̃. Neq; enĩ scribere: de talibus neq; dicere videntur. quod tamen preclarius forsitan esset: q̃ iudiciales orationes/ vel deliberatiuas cõponere. Neq; filios suos/ aut amicorũ vllos idoneos ad gubernandũ rempublicam effecisse. Erat autem consantaneũ rationi si possent. neq; enĩ melius quicquam ciuitatibus reliquissent: neq; sibiipsis/ aut carissimis aliud magis optassent q̃ talia posse. Non tamen parũ experientia conferre videtur non enĩ fierent per ciuilem cõsuetudinem ad gubernandũ rẽpublicã aptiores. Quapropter ĳs qui de re ciuili cupiũt scire: experientiia insuper opus esse videtur. Sophistarũ aũt ij qui facultatẽ hanc: profitentur: lõge abesse a tradenda ipsa vidẽtur. neq; enĩ quale quid est: neq; circa que versatur omĩno sciunt. Non enĩ ipsam/ et oratoriam facultatem idem/ neq; inferiorem ponerent: congregatis ĳs legibus que sunt probate. Fieri enĩ posse dicunt: vt optime deligantur. proinde quasi delectio nõ esset sagacitatis/ et iudicare recte nõ esset maximum. vt in musicis. Qui nãq; sunt in singulis experti/ recte opera iudicãt: et quibus/ aut quomodo perficiuntur: et que sunt his consona cõprehendunt. Inexpertis autem satis est/ si non lateat ipsos bene aut male factũ sit opus: vt in pictura. Leges autem operibus similes ciuilibus sunt. Quonam igitur pacto quispiam ex his legum fuerit lator: aut eas que sunt optime iudicauerit? Neq; enĩ medici vident̃ ex libris fieri: et tamẽ dicere conantur non solũ curatiões/ sed etiã egrotantes curari posse: et vt curare oportet: habitu vniuscuiusq; disticto/ hec aũt expertis quidẽ vtilia: ĳs vero qui sciẽtia carent inutilia esse vidẽtur. Et legũ igit̃ forsitã/ et rerũ publicarũ ꝯgregatiões: ĳs quidẽ qui ꝑspicere/ atq; discernere possunt quidnã recte sese habet/ vel cõtra: aut que q̃bus accõmodãtur/ vtiles

esse possunt. sed ij qui sine habitu talia tractant/ recte quidē iudicare nō possunt: nisi fortuitu. magis aūt ad ea cōprehendenda fortasse fuerint apti. ¶ Cum igitur nostri maiores ea que ad facultatē ferendarū legum pertinerent sine perscrutatione reliquerint: nosipsos illa fortasse prestat cōsiderare. ⁊ omino de republica ꝑtractare oportet. vt quoad fieri potest: ea philosophia perficiatur/ que circa res humanas versatur. ¶ Primū itaqꝫ siquid recte sit a maioribus dictum id enitamur recensere. deinde ex congregatis rebus publicis considerare: quenam / ciuitates et rerum publicarū singulas euertūt/ atqꝫ conseruāt. et quas ob causas alie recte gubernantur: alie contra. His enī perspectis: magis fortasse perceperimus quenā sit respublica optima/ ⁊ quomodo vnaq̄qꝫ disposita: quibusue legibꝰ vtēs/ ac moribus bñ fuerit cōstituta. Dicamus igitur hinc initio sumpto.

¶ Noni capitis note. ¶ Magister ludi: qui pugiles ad diuersa exercitiorū genera: vt certaminū/ palestrarum: et ludorū formabat. ¶ Uerba et ammonitiones: que ex hoc opere magna cōmoditate assumi valebunt: pondus/ efficatiamqꝫ ad vitam habere nullus dubitare debet: qui hanc Horatij aliquando legerit sententiam.

Horatius

Feruet auaritia/ miseraqꝫ cupidine pectus
Sunt verba/ et voces quibus hunc lenire dolorem
Possis/ et magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes: sunt certa piacula: que te
Te pure lecto poterunt recreare libello
Inuidus/ iracundus/ iners/ vinosus/ amator/
Nemo adeo ferus est: qui non mitescere possit:
Si modo culture patientē cōmodet aurem.

Ergo huic studio libenter vestram operā impendite/ et reddite vos ad meliorē vitā persuasibiles. Est

Hesiodus

enī hec disciplina medica animi/ totiqꝫ salutifera cognita mundo. verū vt cū Hesiodo cōcludamus.

Ille quidē dijs est gratus: cui cognita sunt hec
Omniaqꝫ inspiciens rerum se exercet ad vsus.

¶ Hec peroratio pariter est: et librorū moraliū/ et politicorū prelectio.

Ultimi Capitis/ et perorōnis opis cōmētarius ad litterā ¶ Eniuero de felicitate/ atqꝫ virtutibꝰ: 35
similius est ¶ 6. Interdũ coacti iustũ faciunt homines: et interdum non sponte aliquid iniustum. ¶ 7. Multa patimur sciẽtes a natura: vt senescimus/ et morimur. ¶ 8. Qui affectione ignorantes peccant/ et sue ignorantie conscij: non sunt venia digni ¶ 9. Voluntarie/ scienter/ ac delectabiliter cuiq₃ quod suum est tribuens. ¶ 10. Non est facile attingere medium et vnãquãq₃ prudentie circunstantiã alteri tribuendo quod suũ est obseruare. Non est facile ex iniustitie habitu iniusta cõmittere. ¶ 11. Itidem neq₃ facile est leges/ consulta/ decreta/ et cetera id genus recte instituende vite precepta: cognoscere. ¶ 12. Iniuriam facere est sponte quẽpiam ledere preter voluntatem eius qui leditur. ¶ 13. Iniuriam pati est aliquem iniuriã preter eius voluntatẽ sustinere. ¶ 14. Nõ est in potestate alterius vtq₃ inuite iniuriã ferat. ¶ 15. Quod nõ nunq₃ deficit: et nõ semp obseruari honestum est/ interdum quo dirigatur egere necesse est.

Precepta

Cuiq₃ suum tribuito.	Mandata exsequitor	Precepta tenento.
Parem patitor	Dominũ diligito.	Vir vxorem diligito.
Seditionem vitato.	Pater liberos alito.	Vxor virum obseruato
Superioribus obedito.	Ipsos erudito	Vterq₃ fidem seruanto
Domini presunto	Virtutibus formato.	Integrãq₃ vite societatẽ.
Familiam curato.	Liberi libenter parento.	Sic rixa/ sine q̃rela viuũto
Quod iustũ est mandato.	Parentes adiunto.	Vir acq̃rito. ꝓta ꝯseruato
Seruus obedito.	Amanto/ honoranto.	Mulier casta/ fida temperansq₃ esto.
Videns/ audiens/ tacitus.	Magistros venerantor.	Sedula domũ curato.
Spõtaneus/ ĩpiger/ fidus.		

Amicitia VIII

a Micitia est mutua aliquorũ beniuolentia cum eos nõ lateat: et alicuius quidem boni gratia. Que si cõmodi gratia fuerit: amicitia vtilis dicitur. Si vero voluptatis gratia: amicitia delectabilis est. et he due amicitie per accidens/ et nõ vere amicitie dicuntur. Est enĩ amicitia per accidens. cũ quis non suiipsius sed alterius grã/ amatur. Si vero virtutis gratia fuerit: amicitia studiosa dicitur: et per se et vera amicitia. Est enim amicitia per se qua quis suiipsius et boni gratia quod intra se est amatur. Est et amicitia in excellentia constituta que est aut superioris ad inferiorẽ aut inferioris ad superiorem. ¶ Tres sunt reipublice species: et que in ipsis sunt amicitie polytice dicuntur: et tres earũ opposite transgressiones/ labesq₃. Prima est regia: et est principatꝰ vnius nõ suũ propriũ sed regni cõmune bonũ intendentis et qui in ea preest: rex dicit̃. Tyrannus est principatus vnius suum quidẽ propriũ et non regni/ subditorũq₃ bonum intendentis. Et est regno opposita transsgressio: ⁊ qui preest tyrannus appellatur. Secunda optimorũ potestas: et est cũ per studiosos et optimos ciuitas gubernatur: que et aristocratia nominatur. Qui in ea presunt optimates et magistratus dicuntur. Et ei opponitur paucorũ potestas. que et oligartia dicitur. et est cũ per paucos/ prauosq₃ nõ secundum dignitatem bona distribuẽtes: ciuitas gubernatur. Tertia est censupotestas cum per multos mediocres et diuitũ et pauperum cõmune bonũ intendentes: ciuitas moderatur. et hec timocratia dicit̃. Cui popularis potestas et democratia opponit̃: que est cũ per multos mediocres ciuitatẽ gubernãtes: solũ plebeorũ bonũ intẽditur. Amabile est bonũ: aut quod tale appareat. Amabile simpliciter: bonũ est simpliciter. Amabile alicui: est cũ tale sit aut non: alicui appareat bonum.

Questiones vtilis aĩcitie

1 Quid.
2 Nonne secundũ eam contingit multos habere amicos.
3 Cuius etatis viri eam maxime querunt.
4 Cuius conditionis hominibus.
5 Nonne per accidẽs.
6 Vtrũ eam loca tollant.
7 An principium eius beniuolentia sit.
8 An in ea plurimis opus sit amicis.
9 Qualis.
10 Anne cito solubilis.
11 An perfecta.
12 In quo consistit.
13 Per quid conseruatur
14 Nonne accusationes et querele in ea fiunt.
15 Quando indiget homo vtilibus amicis.
16 Et vbi.
17 quõ retributio faciẽda ẽ.
18 Nonne secundmu recipientis extimationem.

Et eedem questiones de amicitia delectabili et studiosa formari possunt.

Elementa

¶ Elementa. ¶ 2. A pluribus vtilitatẽ recipere contingit: et pluribus vtilem esse. ¶ 3.

Senes. ¶ Qui nature deficiẽtis/indigentiam subleuante egent: maxime vtilitatis amicos querunt. ¶ 4. Inter cuiuscũqȝ conditionis homines possunt vtilia cõmutari. ¶ 5. Diffinitio. ¶ 6. Aliqua loca cõmodum tollunt. ¶ 7. Principiũ vtilis amicitie est vtilitas. Et beniuolentia/bonum aliquod amico/ et eius gratia volumus. ¶ 8. Iis amicis quibus in amicitia bene satisfieri nõ potest: opus non est. ¶ 9. Per accidens / imperfecta/non vera. ¶ 10. Cuius amicitie causa non permanet: et ipsa cito solubilis est. ¶ 12. In equalitate. ¶ Sine equalitate in amicitijs accusationes ac querele fiunt. ¶ 13. Per condignam retributionem seruatur vtilitatis equalitas. ¶ 14. Accusationes et querele fiunt: vbi plerũqȝ non fit condigna retributio. ¶ 15. Quando est in necessitate constitutus. ¶ Maxime indiget homo vtilibus amicis: quando vtilitas indigentiam leuat. Et ita de vbi. ¶ 17. Compensando vtilitatis equalitatem. Equalitas enim oẽm amicitiam saluat. ¶ 18. Retributio facienda est secundum extimationem eius qui quantum perceperit beneficij: melius nouit.

Elementa Delectabilis

¶ Elementa pro amicitia delectabili. ¶ 2. A pluribus delectationem recipere/ et pluribus delectabilem esse contingit. ¶ 3. Iuuenes cito labentis cui damnum non experti: etatem habent lasciuiusculam. ¶ 4. Cuiuscũqȝ conditionis viri possunt sibi mutuo delectabiles esse. ¶ 6. Presentia rerum et non absentia oblectamẽ/delectationemqȝ affert. ¶ 7. Principiũ delectabilis amicitie: voluptas est. ¶ 8. Plurimis placere: difficile est. ¶ 9. Ut in precedenti. ¶ 10. Cuius causa non permanet: ea amicitia cito solubilis est. ¶ 11. 12. 13. 14. Eadem cum precedentibus. ¶ 15. Quando in anxietate ac fastidio fuerit constitutus ¶ Maxime eget homo delectabilibus amicis: quando maxime delectatio iuuat. ¶ 16. 17. Ut precedentia.

Elementa Studiose

¶ Elementa pro studiosa amicitia. ¶ 2. Difficile est multos longa cõsuetudine probatos: propter honestatem vehementer amare. Rari reperiũtur studiosi. ¶ 3. Adulte etatis. ¶ Eius etatis eam viri querunt: qui macti virtute esse possunt. ¶ 4. Solis bonis. ¶ Amicitia que mutua est propter virtutẽ consuetudo: non nisi studiosis conuenire potest. ¶ 5. Non ¶ Diffinitio. ¶ 6. Non omnino ¶ Loca probitatis mutuam beniuolẽtiam non tollunt neqȝ virtutem impediunt. ¶ 7. Amicitie studiose beniuolentia principium est ¶ Eius amicitie qua amico propter ipsum/bonũ volumus: beniuolentia principium est. ¶ 8. Non. ¶ In ea amicitia vbi non contingit multos habere amicos: minime opus est plurimis amicis. ¶ 9. Per se/perfecta/ veraqȝ amicitia. ¶ Amicitia qua quis ob per se/perfectũ et verum bonum amatur: per se/perfecta/ veraqȝ amicitia ¶ 10. Non. ¶ Amicitia cuius causa permanet: non facile soluitur. ¶ 12. In equalitate bonitatisqȝ assimilatione. ¶ In eo cõsistit amicitia studiosa: quo non existente soluitur ¶ 13. Per bonitatis assimilationẽ. ¶ 14. Non. ¶ In ea amicitia qua amicus propter se diligitur/et a quo nihil expetitur: nõ fiunt querele. ¶ 15. Semper. ¶ Semper homini studioso opus est ijs quibuscum delectabiliter viuat/ et quibus beneficia conferat. ¶ 16. Ubiqȝ consimiliter. ¶ 17. Secundum electionem. ¶ Studiosi est secundum electionẽ operari. ¶ 18. Amicus studiosus in ijs que retributionis extimationẽ habent: id quod honestũ est facit. Honestũ autem: recipienti retributionis faciende optionẽ relinquere.

Precepta

Commodus esto.	Utilitatẽ fugacẽ cogitato.	Uerã amicitiã querito
Parem gratiam referto.	Momentaneã voluptatẽ	Iuuentam colito
Beneficijs vincere studeto.	Tales suos amicos diectato.	Et ei[9] amicos obseruato.

Quid amicitia que in excellentia: et quid ciuilis iam diximus.

Amicitia in excellentia VIII Questiones

q 1 Quid.
2 Quot ciuilis amicitie species.
3 Quot ipsis similes.
4 Nõne amicitie supioris ad inferiorẽ et contra specie differunt.
5 Utra paterna amicitia an regia maior sit
6 An i tyrãnide sit amicitia
7 Patris ne ad filiũ an contra maior sit amicitia.
8 Qualis.
9 An pater an ne mater potius filios amat.
10 Quid viri et vxoris coniunctionem conseruat.
11 An licet filio abdicare prẽm
12 An patri licet abdicare filium.
13 Cur beneficiũ conferens magis eum cui beneficium contulit qȝ contra diligit.
14 An omnia patri sint exhibenda
15 Cur potius ea que ad vite sustentationem.
16 Quãdo prestãda sunt.
18 Et vbi.

Elementa

¶2. Tres: regia/optimatũ/et censu potentũ. ¶Tot sunt ciuilis amicitie species: quot sunt species reipublice. ¶3. Tres: herilis/paterna/economica. ¶4. Amicitie q̃ diuersa opera habent/et rationes amandi diuersas: specie dissident. ¶5. Amicitia qua amatus plura ac maiora bona suscipit maior est. recipiũt liberi a parentibus et esse et vite sustentationem. ¶6. Ubi non est iustũ: et vbi qui preest inferiorũ bonũ non intendit/ sed sibi vsurpat: amicitia non est. ¶7. Quanto quis magis cognoscit: magis diligit. et artifex magis opus suũ diligit q̃ contra ab opere diligatur. ¶8. Quedam vtilis/ quedã delectabilis/et quedã honesta ¶9. Qui maiore labore bona sibi cõquisierũt: et ipa magis diligunt. ¶10. Proles. ¶Id viri et vxoris cõiunctionẽ saluat: cuius carentia societas soluitur. ¶11. Qui semp ad benefaciendũ manet obligatus: ei abdicare non licet. Abdicare enim est aliquem omino neq̧ curã eius gerendo: neq̧ beneficiũ vllũ prestãdo: relinq̃re. ¶12. Cui debet abdicare licebit. ¶13. Qui bñficiũ ꝯtulit: est vt artifex ¶14. Alia sunt exhibẽda deo/alia principi/optimatibus/parẽtibus/equalibus/ ꝛ inferiorib᷒. ¶15. Que filij a parẽtibus susceperũt: vt fieri potest et eis eadẽ prestare ꝯsentaneũ est. Deo atq̧ parentibus dignum nemo vnq̧ reddere potest.

Precepta

Princeps subditos amato.
Et subditi pricipẽ venerãtor.
Magistratus ppl'm dirigito
Et populus obedito.
Ciues ciuibus cõcordanto
Humane seruos tractato.
Et serui domino parento.
Liberos/ familiãq̧ curato.
Liberi famuliq̧ obsequũtor
In thori societate ꝯcors viuito
¶Supiorũ amicitie iura.
Inferioribus benefacito.
Doceto/precipito.
Et omnino in bonũ dirigito.
¶Inferiorum officia
Supiorib᷒ bona cupiũto
Grati/beniuoliq̧ sunto.
Dociles se prebento
Libenter parento.
Beate viuere assuescũto.

Studiosa amicitia VIIII

Que ob virtutem amicitia sit: dictum est. Cuius tria sunt opera: beniuolentia/beneficentia/ concordia. Beniuolentia est cum quis alicui et illius quidem gratia bonum vult. Beneficentia cum que bona sunt/ aut bona putat: alicui/ et illius quidem gratia voluntarie facit. Concordia vero cũ quis alicui cõuiuens eadem eligit/ ijsdem gaudet/et ijsdem quoq̧ tristatur. ¶Uere amicitie sex ꝓprietates. est per se amicitia. maxima amicitia. permanens. perfecta. optima. rara.

Questiones amicitie studiose

1 Quid.
2 Nõne tria amicitie opa: studioso ad se cõueniũt.
3 Nõne studioso ad amicũ
4 Nũquid prauis ad se
5 Quot amicitie interiores actus.
6 Quis eorũ potior
7 Circa quem magis.
8 An honorari prestabilius sit q̃ amari.
9 Nũquid postea q̃ amicus factus est prau᷒: debet studiosus amicus manere.
10 Nũquid iterũ si amicorũ alter ab ineunte etate puer maneat: alter vero virtute proficiens vir optimus euadat/ manere debet amicitia.
11 Qualibus amicis opus est felici.
12 Nunquid vtilibus/ aut delectabilibus.
13 Quare amicorum vera amicicia: bonitatem adauget.
14 Cur maloꝝ prauitas eorum amicitia ediuerso augetur.
15 Qñ amicoꝝ ꝑñtia delectabil' ẽ: ꝛ vtẽdũ ẽ amic.
16 Et vbi.

Elementa

¶Elemẽta. ¶2. Studiosus sibijpsi bonũ vult/et suijpsius gratia. et sibi que bona sunt/ aut bona putat: voluntarie facit. et secum cõuiuens eadem eligit/ ijsdem gaudet/et ijsdẽ quoq̧ tristatur. ¶3. Studiosus sese habet ad amicum: perinde atq̧ ad seipsum. est enĩ alter ipse. ¶4. Praui non sibi bona volunt. Nam expletionem suarum voluptatũ volunt. neq̧ sibi bona voluntarie faciunt: cumulant enim voluntarie mala malis. et secum continue dissident. ¶5. Tres: Actus beniuolentie/ beneficentie/ et concordie. quibus et tres respondent exteriores ¶6. Actus concordie. ¶Potior est amicitie actus: quem amici in quacunq̧ fortuna cõstituti: magis expetunt. ¶7. Circa actũ cõcordie. ¶Circa potiorem actum: magis versatur amicitia. ¶8. Amari prestabilius est. ¶Quod est per se: prestabilius est. ¶9. Amicitia studiosa est solum inter bonos. ¶10. Inter eos manere non debet amicitia: inter quos amicitie opera exerceri non possunt. ¶11. Studiosis. ¶Opus est felici ijs quibus beneficia conferat/ ꝛ quibuscum delectabiliter versetur/iucundeq̧ conuiuat. ¶12. Cuius vita secundum se sufficiens est: vtilium bonorũ abundantiam/et vitam scdm̃ se delectabilem habens: vtilibus amicis et delectabilibus

non eget. Felicitas hominis operatio est scdm virtutẽ et in vita perfecta. ¶13. Studiosi amici cõuiuunt: et beate vite alter ab altero plenius assumit exemplũ. ¶14. Mali vero adinuicẽ secundũ corruptas opatiões cõuiuentes: accipiũt alter ab altero prauitatis cõ-suetudinem. ¶Ad prosperas fortunas: prompte vocato amicum/ ad aduersas tarde. Quando cũ sui pauca perturbatione possunt amici multo presidio esse: maxime vocandi sunt. Ad amicũ infortunijs pressum: nõ vocatus accede. Amicũ bene fortunatũ (vt scde fortune cõgratuleris et officiũ prestes) adito. Ad bñficia suscipiẽda: quã prestãda tardior esto.

Amicos vt teipm habeto.	Unanimisq; viuito.	Illos consulito.	Precepta
Longa cõsuetudine pbato.	Eadem sentito	In aduersis succurrito.	
Illis tuis secreta credito.	Iisdẽ gaudeto actristator.	In secundis gratulator	
Bene optato	Fortune participes facito	Bñfacere pmptior esto.	
Benefacito.	Aduersitates ne cõicato.	Esto suscipere tardior.	

Scientia VI

m Entis due sunt partes. Una vis est contẽplatiua/ac sciendi: qua ea que aliter vt sese habeant minime fieri potest: contẽplamur. Altera vero: qua ea que aliter sese habere possunt: perspicimus. et hec vis actiua/administratiua/ cõsultatiua et subducendi ratio nominatur. ¶Mentis contẽplatiue et vis sciendi: sciẽtia/intellectus/ et sapientia sunt habitus. Et est scientia cõclusionũ demõstratiuus habitus. ¶Scibilis quattuor pprietates. Est necessariũ/eternũ/ingenitũ/icorruptibile. Sciẽtie pprietates. Omis sciẽtia doceri potest: et sciẽtie scibile disci. Sciẽtia est ex antea notis et ex rõcinatione. Ratiocinatio syllogismus: sub quo et doctrinale enthymema cõprehendimus. Scientie vniuersaliũ principiorũ nõ est nisi inductio. et sub inductione exemplũ cõprehẽdimus. Et ipsa principia magis quã scientie conclusio: nota sunt.

Intellectus

i Ntellectus est habitus principiorũ. Principia sunt que cũ aliter sese habere nõ possint: per seipsa/et non per alia fidem habent. Principiorum proprietates: ee que et scibilis sunt. ¶Intellectus pprietates. Omnis intellectus est intelligibilis/et principium intelligibile. Intellectus non est per ratiocinationẽ. Est mentis habitus scientia perfectior: et sine quo scientia minime haberi potest.

Sapientia

s Apiẽtia est scientia et intellectus eorũ q̃ honorabilissima sunt in natura ¶Eius proprietates. Est certissimorũ principiorũ/atq; certissimorũ scibiliũ. Intellectũ continet certissimũ/et scientiã certissimã. Est mentis intellectualiũ virtutũ pclarissima/honorabilissima/principalissima/ac optima. Est et sapientia in alia significatiõe que est artis virtus. vltima eni artis perfectio: eius virtus nominatur. secundũ quam significationem polycletũ et statuariũ/ et sapientem dicimus.

Ars

v Is mentis que consultatiua dicitur: ars et prudentia sunt habitus. Ars vero est habitus circa ea que aliter sese habere possunt: vera cũ ratione factiuus. Factio que et effectio nominatur: et in opus extrinsecum transiens operatio. ¶Artis tres sunt operationes. Prima est quo pacto aliquid faciendũ sit: consideratio. Secũda circa extrinsecum opus operatio. Tertia rei facte contemplatio. Prima et tertia actiones sunt. Est eni actio in ipso operante immanens operatio. Secunda vero (a qua factiua non ab re dici videtur) effectio. ¶Factibilis quod et extrinsecum opus est: proprietates. Contingens est esse/et non esse. extrinsecum eius principiũ: nõ eni in eo sed in faciente est. ¶Artis proprietates. est contingentium. circa opus extrinsecum. seruilis. in materia cum fortuna quodãmodo conueniens. Artis contrarium est atechnia: et est habitus eorum que sese aliter habere possunt: falsa cum ratione factiuus.

Prudentia

p Rudentia est omino circa hominis bona et mala vera cũ rõne actiuus habitus. Que si vnũ hoiem in suis agendis dirigit: prudẽtie nomẽ retinet/aut monastica prudentia dicitur. Si domũ: rei familiaris prudentia/ et economica. Si ciuium multitudinẽ: ciuilis prudẽtia et ciuilis facultas/ atq; polytica noiatur ¶Tria eius opa. Recte cõsultare. de ijs que recto consilio sunt inuenta: recte iudicare: recte inuenta/iudicataq; pcipere. Prudẽtie circũstãtie iã dicte sunt ¶Cõsilij pprietates. Nõ est sine mẽte. nõ est finis. psentis. pteriti. ipossibilis. necessarij. est mediorũ in finẽ. et finiti. et futuri. et cõtingẽtis. et eorũ que in nostra sunt potestate. est et incerti quo pacto eueniat. Ordo prudentis in consultando. Finem supponit. qua ratione/ quibusue medijs finis assequi

possit: inquirit. et si plura sint media: quod illorum expeditius. quam si vnico optime finem assequimur: qualiter/quomodoue id mediū nanciscamur. ¶ Sane cum primum prudentie opus sit recte consultare: virtus qua recte ad totius vite bonū via qua oportet et tēpore congruēti cōsultamus/ bona consultatio et eubulia dicitur. Et virtus qua circa ea que vt plurimū in legis positione accidunt recte iudicamus: sagacitas et synesis. Et ea que in quibus lex ob vniuersale deficit: recte iudicat: sententia et gnome dicitur. Et que ad recte exsequendum ea: que rite iudicata sunt est preceptiua: prudentie cōmune nomē sibi peculiariter asciscit ac vendicat.

Bona cōsultatio

Sagacitas

Sententia

Questiones

1 Quid.
2 Quot prudentie opera.
3 Circa que.
4 An nō circa vniūsalia et singularia.
5 Circa quod magis.
6 Quo mētis ꝟtutes conueniunt.
7 Quo differunt.
8 Quo prudētia a morali philosophia differt.
9 Ad quid prudentia et sapiētia cōducūt/ vtilesque sunt
10 Est ne sapientia potior prudentia.
11 An virtus moralis sine prudentia.
12 An prudentia sine virtute morali sit.
13 An vna virtutum moralium sine alia qualibet esse possit.
14 Qualis.
15 Quid prudētia saluat.
16 Quare sciētie et nō prudētie fieri potest obliuio
17 Per quid virtutis pficitur operatio.
18 Quando prudentia vtendum est.
19 Et vbi.

Elementa

¶ Elementa. ¶ 2. Tria: recte ꝯsultare/ recte iudicare/ recte exequi mandare. ¶ 3. Circa hominis bona et mala in vita. ¶ 4. Actiōes humane non modo particulariū: sed et vniuersaliū sunt. ¶ 5. Actio magis circa singula quam circa vniūsale versatur. ¶ 6. Omis virtus mētis: mentem perficit. ¶ 7. Scientia/ intellectus/ sapientia necessariorū sunt: prudentia vero et ars contingentiū. Itē prudentia actiuus est habitus/ ars vero factiuus. ¶ 8. Moralis scientia in sola ratiōe cōsistit: appetitus rectitudinē non supponēs. ¶ 9. Ad perficiēdam mentē. ¶ Prudentia et sapientia mentis sunt perfectiones/ atque felicē perficiunt. ¶ 10. Uirtus que nobilioris anime partis est: potior est. ¶ 11. Nulla moraliū virtutū sine itellectꝰ discretiōe (que quidē et sine prudētia nō fit) esse potest. ¶ 12. Recta electio finis nō nisi a virtute pficiscitur ¶ 13. Quicunque prudētiā habet: omēs moraliū virtutum consecutus est. ¶ 14. Consultatiua/ iudicatiua/ preceptiua. ¶ 15. Tēperātia. ¶ Id prudentiam saluat quod rectam extimationē conseruat. ¶ 16. Quod in sola ratione consistit: eius potest esse obliuio: nō autem eius quod simul appetitū rectū trahit. ¶ 17. Per virtutem moralem et prudentiam. ¶ Per id perficitur virtutis operatio quod de fine rectam intētionē facit/ et quod media perueniendi ad finem monstrat. Uirtus moralis rectam intentionem: et prudentia media prebet.

Heroica ꝟtꝰ

VII

HEroica virtus ea est que supra nos existens: oēm supergreditur humanorū virtutem. et hec omnes virtutes ambit. Et qui hac virtute mortales superexcellūt/ heroas/ sanctos/ diuosque nominamus. Qui vero flagiciorum magnitudine cōmunes hominū malicias excedunt: feri/ immanesque/ atque bestiales dicūtur. Sunt preterea qui inter efferatos/ indisciplinatosque barbaros morandi ꝯsuetudine tracti: qui ob morbos: ob lesiones principij: ob naturalem complexionem/ vt atram bilem/ et naturale vicium: ita appellari consueuerunt.

Questiones

1 Quid.
2 Quot ꝟtutis heroice species.
3 Quot modis homines feri dicuntur.
4 Circa que.
5 Quid ei contrarium.
6 Qui bestiales sūt deteriores
7 An ne viciū humanū feritate sit deterius.
8 Qualis.
9 Quā anime partē perficit heroica virtus.
10 An sepe diui feriue fiant homines.
11 Quando heroica virtute opus est.
12 Et vbi.

Elementa

¶ Elementa. ¶ 2. Quot virtutis species. psertim que magnitudinē/ excellentiamque admittūt. ¶ 3. Quattuor: malicia/ cōsuetudie/ morbo/ cōplexiōe. ¶ 4. Heroica fortitudo circa timores et fiducias. heroica tēperātia circa gustus ac tactus voluptates atque tristicias. et ita de reliquis. ¶ 5. Feritas. Maxime virtuti: pessimū viciū oppositū est. ¶ 6. Feri/ bestialesque malicia. ¶ Quod cū electione et rōne corrupta malū est: ipsum deteriꝰ est

¶7. Ferus morbo/ principij lesione/ aut cōplexione: neqȝ intellectū neqȝ rōem habet: qua feralē/ bestialēqȝ ipetū cohibeat atqȝ frenet. est tñ feritas quid vicio hūano horribilius. ¶8. Laudabilissima et honorabilissima. ¶Optima virtus laudabilissima et honorabilissima est. ¶9. Heroica virtus moralis: appetitū rōnalē pficit/ itellectualis aūt: intellectū. ¶10. Optimā virtutū attingere difficile: parit et in extremū malū incidere. ¶11. Semper optima virtute opus est: maxime tamē cū feritates veniūt reprimende.

Continentia

C Ontinentia est cū quis rationi parēs/ vehemētes gustus ac tactus delectatiōes ad turpe trahentes superat. Qui vero tristicijs resistens nō vincit: perseuerās est. At qui ob passionē nō ob electionē: voluptatū gustus aut tact⁹ seqtur abūdantias/ incōtinēs. Qui si ob cōsultatiōis defectū vincūtur: temerarij. Si vero deliberatione ꝑhabita ob ꝑturbationē nō ꝑsistunt/ tandē victi: debiles/ infirmiqȝ dicūtur. Qui autem a leuibus tristicijs supant: molles sunt. ꝙ si ad laborē fugiendū id fiat delicati.

Questiones

1 Quid.
2 Quot incōtinētiū modi.
3 Qui deteriores.
4 Circa que.
5 An circa delectabilia contra naturā: sit simpliciter continentia.
6 Nōne cōtinentia ꝙ̄ perseuerantia potior.
7 Nōne mollis incōtinente deterior.
8 Nōne ꝯtinētia laudabilis mediocritas est.
9 Quo differt cōtinētia a temperantia.
10 Quo incōtinens ab intemperato.
11 An belue incōtinētes sint.
12 Nonne intemperans deterior incōtinēte.
13 Nōne incōtinētia tactus: incōtinētia ire turpior.
14 An ꝯtingit eundē incōtinentē esse et prudentē.
15 Qualis ad ludum propensior.
16 An incōtinens simpliciter malus sit
17 Nōne cōtinēs opinioni vere: per se immanet.
18 Utrū incōtinēs: ex cōsilio recte rationis agat.
19 Quis facili⁹ sanat incōtinens natura / cōsuetudine/ aut intemperans.
20 An omis qui a fortib⁹ delectatiōib⁹ aut doloribus vicit: icōtinēs sit.
21 Qū ꝛ ubi ꝯtinē oportet.

Elements

¶Elemēta. ¶2. Quattuor. Temerarij/ infirmi/ molles/ delicati ¶3. Temerarij ꝛ molles. ¶Qui magis volūtarie peccāt/ ꝛ qui minori occasione/ debilioriqȝ passione vincūtur: deteriores sunt ¶4. Circa voluptates atqȝ tristicias gustus ac tactus ¶5. Qui ratione ad repellēdas cōcupiscētias sufficientē nō hūt: nō simplicit incōtinentes dicūtur. ¶6. Uincere ꝙ̄ non vinci potius est. ¶7. Et quia a leuioribus vincit perturbatiōib⁹: deterior. ¶8. Ubicūqȝ superabūdātia atqȝ defectus (que vitupamus) reperiūtur ꝛ illic laudabilis mediocritas reperitur ¶9. Cōtinentia cū passione est: tēperantia vero non. ¶10. Intēperatus voluptates gustus aut tactus ꝑ habitū et electionē seqtur/ appetitū habet corruptū/ quē neqȝ facti sequit penitudo: quin potius operis delectatio ¶11. Id quod rationē non habet/ neqȝ electionē: incōtinens nō est. ¶12. Qui turpe opatur sed quem peccati nō penitet: deterior est. Et malū cōtinuū et latens deterius. ¶13. Quod rationē nō seqtur/ quod minus naturale: iniustius. Et cui magis irasci dignū est: turpi⁹. ¶14. Non cōtingit eundē simul esse studiosū et incōtinentē ¶15. Qui quietē querit et laboris relaxationē: mollis est. ¶16. Cuius electio bona est: non simpliciter malus est. ¶17. Cōtinens opinioni vere imanet nō ꝓpter alterū. ¶18. Nullus recte rationis cōsilio ductus: turpe operat. ¶19. Incōtinens cōsuetudine ꝙ̄ natura: et incōtinēs natura ꝙ̄ intēperatus. ¶Facilius cōsuetudinē ꝙ̄ naturā est mutare. In quo principiū corruptum est: vix sanari potest. in quo vero saluum/ potest. ¶20. Qui a fortibus (vt potest) renitens aut voluptatibus aut tristicijs vincitur: is non vituperatur.

Verecundia IIII

V Erecundia est passio qua quis sui dedecus timens a turpiū perpetratione retrahitur. Et hec turpe factū preuenit: illa vero succedit. Et qui de quolibet et honesto et turpi vituperationē timet: stupidus/ ꝛ pauidus. Qui vero turpitudinis infamiam non timet: impudoratus ac inuerecundus dicitur.

Questiones

1 Quid.
2 Quot eius modi.
3 Utra laudabilior.
4 Circa que.
5 Cui etati accōmodatur.
6 An seni.
7 An studioso.
8 Quo a virtute differt.
9 Qualis qui res agit turpes et eum non pudet.
10 Cur laudat verecūdia.
11 Qū expedit verundia.
12 Et vbi.

Elementa

¶Elementa. ¶2. Duo. factum preueniẽs et ſequens. ¶3. Factum preueniens. Laudabilioꝛ eſt verecundia: que nos in aliquid turpe cadere non ſinit/ et nos a vicio defendit innoxios. ¶4. Circa turpiũ obiectionẽ. ¶5. Iuuenili. ¶Iis (qui ad peccandum ſunt pꝛoni/ et quos pꝛopter verecundiam laudamus) verecundiam accommodamus. ¶6. Nullus ſenem ob verecundiam laudabit. ¶7. Nemo pꝛobus turpia perpetrabit. Et qui rationem conſummatam habet: affectione amplius non eget turpi retrahente. ¶8. Virtutis habitus et adulte etati et ſenili cõuenit. ¶9. Impudoꝛatum cum res turpes agit: non pudet. ¶10. Quia a vicijs retrahit pudoꝛ/ verecundiaqꝫ laudatur. ¶11. 12. In iuuentute et vbi eſt turpiũ licentia. ¶Et tunc et ibi expedit verecundia quando et vbi eam laudamus/ et nos a turpium perpetratione retrahit. ¶Quẽadmodũ de verecundia/ ita de nemeſi et indignatione (que eſt de maloꝛũ ꝓſperitate doloꝛ: et de inuido qui aliena ꝓſperitate toꝛquetur: et de maliuolo qui de omnibus potiſſimũ bonoꝛum aduerſitatibus gaudet) diceretur.

Indignãs.
Inuidus
Maliuolus
Voluntariũ
III

v Oluntarium diffiniuimus cuius pꝛincipiũ in nobis eſt: operationis ſcientibus ſingula. Et qui quod vult operatur operatiõis ſingula cognoſcens: ſponte agere dicitur. Inuoluntariũ eſt quod per violentiã aut ignoꝛantiã factũ: ĩputabile nõ eſt. Quod q̇s facit non cõſentiẽte volũtate/ aut ꝑ ignoꝛantiã: qđ quidẽ cognitũ penitudinẽ/ doloꝛẽqꝫ inducit: id inuitus facere dicatur. Quod ſi poſteaqꝫ cognitum fuerit penitudinẽ/ triſticiãqꝫ nõ inducit: id quidẽ nõ ſponte et ignoꝛãs: at nõ inuitus feciſſe dicatur. ¶Ignoꝛantia omnis: videtur alicuius cognitiõis defectus. Que ſi cõgenita eſt: innata dicitur. Si qua quis (ne explẽde cupiditatis ĩpedimẽto ſit) ignoꝛare cupit: affectata et ex electione. Et ſi per pꝛecedentẽ (tametſi eam nõ vellet) inducitur operationem: cõſequẽs/ ⁊ ignoꝛãtia cuius homo cauſa eſt. Et ſi earũ rerũ quas ſcire tenemur/ per cõſiderationis incuriã pꝛouenit: ignoꝛantia iuris/ vniuerſalis/ et cuius homo cauſa eſt: dicitur. Eſt pꝛeter ea ignoꝛãtia eius quod homo minime ſcire tenetur: cum actus humani particularẽ circunſtantiam/ ad quam homo non tenetur: ignoꝛat. Poꝛro eſt ignoꝛantia in quam homo omnimoda pꝛeſtita vigilantia pꝛeter eius voluntatem incidit: et hec ignoꝛantia inuincibilis appellatur.

Queſtiones

1 Quid.
2 Quot ignoꝛãtie modi.
3 Que inuolũtariũ cauſant.
4 Que ĩuolũtariũ nõ cauſãt.
5 Circa que voluntariũ
6 Nonne habitus animi voluntarij ſunt
7 An poſteaqꝫ geniti ſunt: in noſtra ſint poteſtate.
8 Nonne operationes ob maioꝛũ maloꝛũ metũ facte voluntarie ſunt.
9 Nõne in nr̃a poteſtate.
10 Qualis qui turpiter agit ignoꝛans.
11 An omne quod homo ignoꝛatione facit: ſit inuoluntariũ.
12 An quodcunqꝫ quis operatur per iram/ aut ꝯcupiſcentiã ſit inuoluntarium.
13 Nonne potius honeſta moꝛte oppetendum eſt: q̃ ad turpe compelli.
14 Quando voluntarie agendum eſt.
15 Et vbi.

Elementa

¶Elementa. ¶2. Sex: innata/ ex electione/ conſequẽs/ iuris/ eius quod homo minime ſcire tenetur/ et inuincibilis. ¶3. Ignoꝛantia eius quod homo minime ſcire tenetur/ et ignoꝛantia inuincibilis. ¶Ea ignoꝛantia qua cũ quid factũ eſt ĩputabile non eſt: cauſat inuoluntariũ ¶4. Cetere ĩuolũtariũ nõ cauſãt ¶Qđ in nr̃a poteſtate ſitũ nõ eſt: id neqꝫ voluntariũ neqꝫ inuolũtariũ eſt. qđ ĩputabile eſt: eius ignoꝛãtia inuolũtariũ nõ cauſat. Quod quis facit ignoꝛans (cũ ipſe ſue cauſa ſit ignoꝛantie) idipm̃ perinde atqꝫ volũtarie factũ reputatur. ¶5. Circa operationũ ſingula. ¶Circa ea verſanť voluntariũ/ ⁊ inuoluntariũ: ꝑ que cognoſcimꝰ aliquẽ volũtarie aut ĩuolũtarie agere. ¶6. Quoꝝ cauſe in noſtra poteſtate/ ⁊ volũtarie ſunt: eadẽ quoqꝫ in noſtra poteſtate/ atqꝫ volũtaria erũt. ¶7. Noſtre poteſtatis non eſt/ partos iam habitus: cũ volumus reijcere. ¶8. Cũ operandi pꝛincipium in nobis eſt operationis ſingula cognoſcentibus: ea voluntaria ſunt. ¶9. Ea in noſtra ſunt poteſtate: que ſi volumus facimus et que ſi facere nolumus/ facimus minime. ¶10. Aliquãdo turpia ex ignoꝛãtia operatus: malus ⁊ inexcuſabilis eſt. aliquando excuſabilis atqꝫ venia dignus. pꝛima/ quinta et ſexta peccantes: venia/ miſericoꝛdiaqꝫ dignantur. Secunda tertia et quarta minime: ſed vituperantur. ¶11. Non quicquid ignoꝛans facit/ penitudinẽ ac triſticiã cognitũ inducit. ¶12. Pueri et belue

omnia per iram aut concupiscentiam operantur. ℂ13. Minus malũ minus est fugiendum/atq̃ maius bonum semper magis eligendum et hominis propria vita est: nunq̃ a recta ratione deuiare.

d Electationem diximus operationi superuenientem placẽtiam. Que si studiosi habitus operationem sequitur: simpliciter/ per se/ vera/ et pfecta delectatio est. Et hec sine doloris/tristicieq̃ ammixtione est. Que si dolori/tristicieq̃ ammixta fuerit: delectatio per accidens dicitur. Delectatio. X

Questiones

1 Quid.
2 An generatio
3 Repletio
4 An motio
5 Quot delectabilium species
6 Quoad durat
7 Nonne operationũ/ et animalũ specie differentium: voluptates specie differunt.
8 Nonne voluptas operationis est perfectio.
9 Que delectationũ meliores: intellectuales/ an corporales.
10 Que potissima.
11 Qualis
12 An delectatio per se sit: que naturã habitũue constituit.
13 Nonne delectatio nature constantis / adultiq̃ habitus: per se est
14 Nonne ad hominum vitam voluptas requiritur.
15 An aliquis continue delectetur.
16 Quando delectandum est.
17 Et vbi.

ℂElementa. ℂ2. Generatio actio est qua in naturam/habitumue proficiscimur. ℂ3. Complura voluptatum sunt capacia: quorũ nulla repletio est. ℂ4. Omni motioni cõuenit esse velox aut tardũ. ℂ5. Due: per se/ et per accidens. ℂ6. Quamdiu operatio manet. ℂDum agẽs/patiensq̃ idem in eademq̃ dispositione manet: et eorum affectus manebit. ℂ7. Ea que specie diuersa sunt: a diuersis perficiũtur: et que proprias operationes habent: et delectationes differentes habent. ℂ8. Sine delectatione: operatio minime perfecta est. ℂ9. Meliores delectationes sunt: que tristicijs ammixte nõ sunt. ℂ10. Operationis optimi habitus: delectatio est optima ℂ11. Quedam bona/et quedam praua. ℂVoluptates operationũ quarum sunt: iudicia sequũtur. ℂ12.13. Diffinitio. ℂ14. Quibus quandoq̃ adueniunt tristitie: eos voluptates iuuant. Sunt profecto voluptates tristiciarum medele. ℂ15. Nullus homo continue operatur Elementa

i Ni summi boni nomine (inquit Aristoteles) philosophi consentiũt omnes: idq̃ felicitatem nuncupant. Quam quidem ita describit. Felicitas est (inquit) secũdum virtutem hominis operatio et in vita perfecta. Que si fuerit secundum virtutis actiue operationem sumpta: felicitas moralis/humanaq̃/et actiua dicitur. Si vero secundum operationem sapientie: contemplatiua felicitas/separata/ ac diuina nũcupatur. ℂFelicitatis pprietates. Est bona. per se. perfecta. homini propria. partis rationalis. iucundissima. pulcherrima. optima. permanens/et humanarum operationũ finis vltimus/optimusq̃ fructus. Felicitas IX

Questiones

1 Quid
2 Quot felicitatũ modi
3 Utra melior
4 An laudabile bonũ.
5 Nõne honorabile bonũ.
6 Quis deo amãtissimus.
7 Qualis.
8 An felicitas in voluptatibus cõstituta sit.
9 An in honoribus
10 An in diuitijs
11 An in virtute
12 An in idea
13 An felix bonorũ externorum ãminiculis eget.
14 Nonne aliquis dũ viuit potest dici vere felix.
15 Nonne prospera amicorum/atq̃ aduersa: in amicos redundant
16 Nõne magnis aduersitatum calamitatibus prepediatur felicitas.
17 An puero competat
18 Quãdo paretur felicitas
19 Et vbi.

ℂEleměta. ℂ2. Duo: actiua/et contẽplatiua. ℂ3. Contẽplatiua. ℂCum duarũ operationũ alteram alterius gratia querimus: ea cuius gratia quesita est altera: melior est. ℂUita contẽplatiua homini scdm aliqd diuinũ cõuenit. ℂQuod est separati/ et diuini: perfectius est eo quod est cõpositi. Et qd paucioribus eget: qdq̃ deo/ intelligẽtijsq̃ tribuimus. ℂ4. Laus ob bonum cõmendatio est: ad prestantius quid incitans. ℂ5. Honor bonũ est exibitũ in excellentis boni signum. ℂ6. Felix. ℂQui colit maximãq̃ Elementa

curam gerit (vt oportet) ei⁹ quod in homine deo similius est: iure deo amātissimus est. ❡.7. Proprietates. ❡.8. in quo cū beluis cōmunicamus: felicitatē consistere/ minime posse videtur. ❡ 9.10. Felicitas in bono: ipsi beato extrario nō cōsistit. ❡11. Virtus inesse dormienti/ et non secundū virtutē quidem in vita perfecta operanti: inesse potest. ❡12. In eo quod a nobis in hac vita possideri non potest: humana/ temporalisq; felicitas haudquaq; collocanda est. ❡13. Iis opus est felici: sine quibus virtutis officia exercere non potest. ❡ 14. Aliquis dum viuit secundum virtutem operari/ et ad finē vsq; in studiosa operatione persistere potest. ❡ 15. Sicut amicorū bona sunt cōmunia: eque aduerse fortune eos decet esse participes. ❡16. A magnis calamitatibus impeditur felicis operatio. ❡17. Is felix esse non potest: qui secundum virtutem operator non est. ❡18. In vita perfecta. ❡19. Vbi secundū virtutem perfectam operatur.

Peroratio. Vos ergo quos ad virtutes natura genuit: virtuti parete libenter/ fugite vicia. Sola enim virtus suo nos officio beatos efficit. Morum disciplinā discite: nō modo vt sciatis: verū vt boni efficiamini/ euadatisq;. Nulla eni huius discipline laus/ nullus fructus: nisi se quis bonis operibus protinus accōmodet. Circa eni humanam vitam (vt nos recte ammonet Aristoteles) minus verbis, q̄ operibus creditur. Ergo omni opera vos dedicate: et Mantuanū poetam vos ita hortantē libēter audite.

Fidite virtuti: fortuna fugatior vndis
Non manet: et certam nescit habere domum.

Et vtinam quod est apud Clitophontem: nostrum per omnem vitam eēt officium eos qui nondum satis incitati sunt: ad virtutē prouocare. atqui quod optamus: vobis felicius continget: si vestre nature benignitate trahamini. ita enim affectos maior gloria/ feliciorq; exitus manet. Valete iam: et tandem felicitate fruamini.

Presens Artificialis Introductio
In decem libros morales
Aristotelis: feliciter
suum finem
assecuta
est
In alma Parisiorum academia.
1505

¶ Aristotelis Stagyrite Ethicorum liber primus ad Nicomachū Interprete Leo-
nardo Aretino. Caput primum.

1 Omnis ars/omnisqꝫ doctrina/ similiter autē et actus/et electio: bonum
quoddā appetere videt̃. Quapropter bene ostenderūt summū bonū:
2 o quod omnia appetūt. ¶ Videt̃ autē inter fines differentia quedā. alij
3 nāqꝫ sunt operatiões/alij p̄ter eas opera aliqua. ¶ Quorū vero fines
4 sunt aliqui p̄ter actiões: in ijs potiora sūt opera q̄ꝫ opationes. ¶ Sed
cū multi sint actus/et artes et scientie: fit etiā vt multi sint fines. nā me-
dicine quidē sanitas/nauicularie vero nauigiū / rei militaris aūt victoria/ economice
5 vero diuitie. ¶ Quecūqꝫ aūt sūt hm̄öi sub vna aliq̄ virtute: queādmodū ars frenorū
faciēdorū/⁊ alie oēs q̄ ad structurā equorū ptinēt: sub eq̄stri ꝯsistūt/ipsa v̄o equestris
et oīs bellica actio sub re militari/eodēqꝫ modo alij sub alijs: in cunctis autē fines earū
que magis p̄icipes sunt: oībus inferioribꝰ sunt anteponendi. nā illorum gratia istos
ꝓsequimur. Nichil autē refert vtrū operatiões ipse fines sint actuū. vel p̄ter ip̄as ali-
ud quiddā quemadmodū in ijs que appellantur scientie Cap. II.
6 Si igit̃ agibiliū finis quispiā est: quē ꝓpter seipsū velimꝰ/alia vero ꝓpter illum
s nec oīa ꝓpter aliud optamꝰ (nā sic in infinitū esset etiā ꝓgressus/ vnaqꝫ et stulta
resultaret cupiditas) manifestum est id esse summū bonū et optimum. ¶ Atqꝫ
7 huiꝰ nimirū cognitio ad vitā nostrā multū ꝯferret: ac velut sagittarij signū habētes: fa
8 cilius qđ oportet asseq̄remur. ¶ Qđ si ita adnitēdū est idip̄m quasi figura cōprehēde
9 re q̄d sit ⁊ cuiꝰ sciarū vel facultatū. ¶ Videt̃ ꝑfecto eiꝰ eē q̄ maxime dn̄et̃ atqꝫ p̄sideat.
talis vero ciuilis apparet. Hec eni ⁊ quas disciplinas in ciuitatibꝰ eē/et q̄les queqꝫ ad-
discere/et q̊usqꝫ opꝫ: ip̄a disponit. Videmꝰ ⁊ honoratissimas facultates huic subesse:
vt rē militarē/economicā/rhetoricā/cūqꝫ reliq̄s sciētijs: q̄rū est in agendo opꝰ vtat̃/ac
p̄terea leges ferat: et q̄d agere q̄sqꝫ et a q̄ abstinere debeat ip̄a ꝯstituat: eiꝰ ꝑfectio finis
aliarū fines cōtinebit. itaqꝫ illud erit vtiqꝫ sūmū bonū humanū. Etsi eni idē est vni et
ciuitati: maiꝰ tñ ac ꝑfectiꝰ ciuitatis videt̃ et in capiēdo et in cōseruādo. amabile quidē
et vni soli: pulchrius tamē et diuiniꝰ genti/ciuitatibusqꝫ. intētio igit̃ circa ista versatur/
ciuilis quedam consideratio existens. Cap. III.
10 Nā qua dici ad sufficientiā putādū erit. si scđm subiectā materiā declaret̃. nā cer
i titudo q̄dē nō eodē est modo in oībus perquirenda. quemadmodū nec in arti
ficū operibus. Honesta vero et iusta de quibꝰ ciuilis cōsiderat: tantā varietatē
et discrepantiā habent: vt lege dūtaxat/nō autē natura constare videant̃. talē quandā
et ipsa bona habent varietatem: propterea quod sepe ab illis accidunt detrimenta. iā
enim quidā ob diuitias perire/alij ob fortitudinē. satis ergo fuerit de ijs et ex ijs loquē
tes: grosso modo ac veluti per figurā varietatem ostendere/et secundum ea que pluri-
mum fieri solent de huiusmodi rebus transigere. eo deniqꝫ modo singula que de ijs di
centur recipienda sunt. nam eius qui erudit̃ est catenus in vnoquoqꝫ genere certitudi
nem exigere: quatenꝰ eiꝰ natura rei recipit. Simile quippe videt̃ a mathematico per-
11 suasionē recipere: et ab oratore demōstrationē requirere. ¶ Quisqꝫ bene iudicat que
cognoscit/eorumqꝫ bonus est iudex. singula igitur is qui in singulis. simpliciter autē
is qui in cunctis eruditus est. ex quo fit vt iuuenis quidē nequaq̄ꝫ idoneus auditor sit:
ciuilis discipline. rudis eni earū rerū: que in vita versantur. sermo autē ex illis et de il-
lis est. Sequax vero adhuc affectibus existens: inaniter/et inutiliter audiet. cum finis
non cognitio sit sed actio. Nihil autē differt etate quis iuuenis sit an moribus. non eni
in tempore defectus: sed in viuendo et in persequēdo singula secundū animi pertur-
bationē. nam talibus quidem inutilis erit ista cognitio: quemadmodū ijs qui inconti
12 nentes sunt. ¶ Qui vero cupiditates suas rationi subiiciūt: iis ista scire multū admo-
dum ꝓderit. At de auditore quidē/et queādmodū recipiendū sit/et quid proponamꝰ
hec prefatos esse sufficiat. Cap. IIII.
13 Voniā vero vt p̄diximꝰ oīs cognitio atqꝫ electio bonū qđdā affectat: videamꝰ
q quid est id qđ ciuilē dicimus affectare. et qđ oīm agibiliū supremū est bonum.
14 ¶ Nomie q̄dē oēs fere ꝯsentiūt. felicitatē eni vulgꝰ simul/eruditiqꝫ appellāt:

sed et bene viuere: et bñ agere ꝓ eodē accipiūt ac felicē esse. quid vero ipsa felicitas sit:
de eo sane inter se discrepāt. nec idē vulgus/ sapiētesꝗ tradiderūt. nā alij quidā ex ijs q̄
clara et manifesta sunt: vt voluptatē/ aut diuitias/ aut honorē. alij itē aliud/ nōnūquam
etiā vnꝰ et idē diuersa. Egrotās eni sanitatē/ paupꝫ diuitias/ ignorātie sue cōscij: eos qui
magnū aliq̄d et supra se dicūt: admirant̄. Quidā ṽo et p̄ter hec bona: aliud q̄ddā ipm
per se esse putāt: qd causa sit oibus iis cū bona existāt. cūctas igr̄ opiones scrutari sup-
uacaneū forsā esset. sufficiet aūt si illas q̄ appꝫentes sūt/ aut rōnem aliquā habere videā
tur ¶ Nec ṽo nos lateat differre eos sermones q̄ a pricipiis sunt: ⁊ eos qui ad pricipia. 15
Recte eni plato dubitauit/ q̄siuitꝗ vtrū a pricipiis/ via sit: an ad pricipia: queādmodū
in stadio ab ijs q̄ pricipia ponūt ad finē vel cōtra. icipiendū q̄dē a notis est: sed hec bi-
fariā. Alia eni nobis nota sūt/ alia simpl'r. nos fortasse ab iis q̄ nobis nota sunt: icipe de
bemꝰ ¶ Itaqꝫ bene istitutū moribꝰ esse oportet eū qui de honestate/ ⁊ iusticia/ ⁊ oi ciuili 16
rōne sufficient̄ sit auditurꝰ. nā pricipiū est qr. ⁊ si hoc sufficiēter cōstat: nihil opꝰ erit ꝓ-
pter quid sed qui ita istitutus est: aut iam habet principia/ aut certe faciliter capiet. cui
vero neutrum istorum assit: is audiat hesiodum
Optimus ille quidem qui per sese omnia noscens:
Preceptor suus ipse sibi meliora peregit.
Ille bonus rursum: monitus qui recta sequatur.
Qui nec ipse videt neqꝫ credit recta monenti hic nulla in parte vtilis est. Cap. V.
Ed redeamꝰ vnde digressi sumꝰ. bonū et felicitatē nō absqꝫ rōe et mō viuēdi 17
s existiare vident̄. Nā vulgus quidē atqꝫ onerosissimi/ voluptatē. Qua ꝑpt̄
et ipi vitā adamāt voluptuosā. Tres eni sunt maxīe p̄cipue: illa quā nūc dixi
mus. Itē ciuil'/ tertia ꝯtēplatiua ¶ Vulgus igr̄ oino seruile videt̄ vitā pecoꝝ diligēdo 18
Sustentat̄ aūt ob id qd pleriqꝫ i ptātibꝰ ꝯstituti: istar Sardanapali vitā agūt ¶ Elegā 19
tes aūt viri/ et rebꝰ agendis apti honorē. hic fere eni ciuilis vite finis est. Sed videt̄ le-
uior q̄ꝫ is quē q̄rimꝰ finē: magisqꝫ i honorātibꝰ/ q̄ꝫ in eo q̄ honorat̄ cōsistere. nos aūt ꝓ-
priū q̄ddā et qd leuit̄ auferri neq̄at: sūmū bonū vaticinamur. Insup honorē seq̄ videt̄
vt se bonos esse cōfirmēt. itaqꝫ a sapiētibꝰ maxīe q̄runt et apd illos q̄ eos cognoscūt et
virtutis causa: laudari. patet igit̄ q̄ꝫtū ad hos attinet: virtutē esse potiorē. ¶ Atqꝫ eā 20
fortasse q̄spiā ciuilis vite finē magis putabit: sꝫ videt̄ hec iꝑfectior. Nā ⁊ dormire ṽtu-
tē habentē/ et nō oꝑari i vita: recipꝫ videt̄/ et insup maxīa mala/ adūsitatesqꝫ subire. cū
vero qui ita viuat: nemo beatū dicet nisi positionē custodiens. Et de his q̄dē satis. nā
et in coronis de his abūde dictū. Tertia est cōtemplatiua vita: de qua in sequētibꝰ cōsi
derationē faciemꝰ ¶ Pecunijs vero itendens violentꝰ quidā est: ipseqꝫ ꝓfecto diuitie: 21
nequaq̄ꝫ sint id qd querimꝰ bonū. Utiles eni ⁊ alterꝰ gratia: itaqꝫ magis illa q̄ supra
diximus fines quis existimet: qm̄ propter se expetūtur. sed apparet nec illa esse quāuis
multa verba in his consumpta sint. His igitur omissis. Cap. VI.
E vniūsali forsan videre p̄stabit. et queādmodū dicat̄ inq̄rere. q̄ꝫq̄ꝫ hec q̄stio 22
d pardua sit: ob amicos qui ideas itroduxerūt. Sed ꝓ defensione ṽitatis etiā
ꝓpria ipugnare oportere: p̄serti phos magis forsā existimādū ē. Nā cū ābo
sint amici: piū est veritatē i honore p̄ferre. ¶ Huiꝰ opiniōis latores nō ponebāt ideas: 23
in quibꝰ prius et posteriꝰ dicebat̄. Itaqꝫ nec nūeroꝝ ideā ꝯstituebāt. bonū aūt dicit̄ et
in eo qd quid est/ et in eo qd quale/ et i eo qd ad aliq̄d. Quod ṽo per se atqꝫ sba: priꝰ est
natura q̄ꝫ id quod ad aliquid est. nā id tanq̄ꝫ adiacens quiddā et accidēs sbstātie videt̄
esse. quare in his quidem nequaq̄ꝫ cōmunis quedā foret idea. Preterea cum bonū tot
modis dicatur quot modis dicit̄ ens. Nā et in eo qd quid est: vt deus et mēs. et in q̄li
virtutes. et i quanto: mensuratū. et ad aliquid: vtile. ⁊ in tpe: occasio. ⁊ in loco: dieta et
alia huiusmodi: manifestū est non esse cōe vniuersale et vnū. non eni in omnibus sed in
vno dūtaxat predicamēto diceretur. Preterea cum eorūque secundū vnam sunt ide-
am vna sit scientia: certe et bonorū oim vna scientia foret. Nunc autē sunt plures etiā
eorū que sub vno p̄dicamēto sunt: ceu tēporis quidē in bello/ res militaris: in morbo/
medicina: in laboribꝰ/ gymnastica. Ambigat ideo quispiā quid dicere velint ipsum
quodqꝫ: siquidem in vno homine et in homīe vna atqꝫ eadē ratio homīs est. qua eni

homo nihil differet. quod si ita: nec qua bonum. Siquidem nec magis album id quod
diuturnum / q̃ id quod vnius diei. Probabilius autem videntur dicere pythagorici q̃
in ordine bonorum vnum reponunt. quos etiam Pseusippus sequi videtur. verum de
his dicitur alio loco. Ex illis vero que supra diximus dubitatio quedam suborta appa
ret: quoniam de vniuerso bono sermo habebatur. et que nos propter seipsa appetim⁹/
atq; optamus: secundum vnam speciem dicuntur. que vero hec efficiũt / aut custodiũt /
aut contraria prohibent: propter illa dicuntur / et alio modo. Constat igitur bifariam di
ci bona: alia propter seipsa / alia propter illa. Que ergo propter se bona sunt / ab vtilib⁹
separantes consideremus: si secundum vnam dicantur ideam. Sed que ponenda sunt
propter se bona an que sola licet quis persequitur: veluti sapere / videre / et voluptates
quedam / et honores. nam hec et si propter aliud persequamur: tamen et propter seipsa
in bonis quis reponat: an nihil aliud quicq̃ preterq̃ ideam? Itaq; supflua species erit.
Sin autem et hec sunt propter se bona: eandem in cunctis rationem boni extare opor-
tebit / quemadmodum albedinis in niue et cerusa. honoris autẽ et prudentie et volupta
tis alie atq; diuerse sunt rationes: qua bona sunt. non est ergo bonum commune aliq̃d
secundum vnam ideam. Quemadmodum ergo dicuntur: neq; enim similia videntur
ijs que fortuito equoca sunt: sed videlicet ex eo quia ab vno sunt aut quia ad vnũ cũcta
conterminãt. vel potius secundũ analogiã. vt enĩ in corpore visus / in anima mens / ꝛ ali
ud certe in alio. Sed hec fortasse nunc relinquenda sunt. nã ea trite discutere: alteri⁹ eẽt
philosophie magis / similiť autẽ et de idea. si enĩ vnũ quiddã est: qd̄ cõmuniť de oib⁹ di
catur bonũ / aut separabile aliq̃d per se: clarũ est id nõ eẽ tale quod ab hoĩe agi / vel pos-
sideri queat. nũc autẽ tale aliquid queriť. At forte videri potest alicui meli⁹ esse idipsũ
cognoscere gratia illorũ bonorũ que agi possiderĩq; possũt. nãq; si hoc tãq̃ exẽplar ha
24 buerimus / magis intelligem⁹ que nobis sũt bona: intelligẽtes vero adipiscemur ¶ Hec
verba suasionẽ cõtinent quandã: sed sciẽtijs dissonare videnť. nã ille quidẽ omnes bo-
num affectantes et quod deest perquirentes: cognitionẽ hui⁹ pretermittũt. atqui tãtũ
ac tale auxiliũ a cunctis artificibus ignorari / neq; perquiri: absurdũ esset. Nec vero ap-
paret quid cõferat textori / aut fabro ad artẽ suã si sciuerit quid ipsum sit bonũ. aut quid
medicus vel dux peritior fuerit si ideam ipsã contemplatus sit. Neq; enĩ isto modo sa-
nitatem considerare videtur medicus / sed hominis sanitatem: imo forte hui⁹. nã singu-
lis medetur. ac de his quidem satis Cap. VII.
25 Ursus vero ad id quod querimus bonum: quid tandem sit redeam⁹. videtur
r enim aliud in alia mensa atq; arte existere. siquidem aliud in medicina / aliud in
re militari / aliud item in alijs. qd̄ ergo in singulis erit bonum / nonne id gratia
cuius fiunt cetera? est autem hoc in medicina sanitas / in re militari victoria / ĩ architectu
ra edificium / item in alio aliud. in omni deniq; actu et instituto id quod finis est. nã hu-
26 ius gratia cetera fiunt. ¶ Quare si vnus aliquis omnium agibiliũ finis est: id certe eẽt
summum in agẽdo bonum. sin autem plures: plura. transcendens certe in idem recidit
27 sermo. Sed conandum est magis etiam hoc declarare. ¶ Cũ ergo constet plures fines
esse et quosdam ex his aliorũ gratia expeti. ceu diuitias / fistulas / omniaq; instrumenta:
28 patet non cunctos esse perfectos. ¶ At quod optimum sit perfectum esse constat. qua-
re si vnum aliquid et solum perfectum est: id certe esset quod queritur. sin plura: id qd̄
29 eorum perfectissimum est. ¶ Perfectius autem dicimus id quod propter se expetibile
est q̃ id quod propter aliud / et id quod nunq̃ propter aliud: q̃ ea que et propter se et
alia expetuntur. et simpliciter quidem id perfectum quod semper propter se expetendũ
est. nec vnq̃ propter aliud. Talis autem felicitas maxime videtur esse. nam eam quidẽ
semper propter seipsam nec vnq̃ propter aliud expetimus. honorem vero / et volupta-
tem / et mentem / atq; omnem virtutem: tum propter seipsa expetimus / tum propter feli-
citatem. per illa namq; beatos fore nos credimus. ipsam vero felicitatem neq; propter
illa / neq; omnino propter aliud quispiam expetit. Uidetur autem et ex sufficiẽtia idem
probari. perfectum enim bonum per se sufficiens videtur esse. sufficiẽs autem dicimus
non sibi soli vitam solitariam viuenti: sed parentibus / et natis / et vxori / et amicis / et ciui
bus: etiam quoniam natura homo ciuilis est. sumendus est tamẽ in his quidam termi-

nus:ne si ad natos natorū/et amicos amicorū extendatur:in infinitum fiat progressus.
Sed de hoc alias considerandū erit. sufficiēs autē per se ponimus qđ vel solū/vitā suf=
ficientē/et optabilē/ac nullius indigā prestat. huiusmodi autē putamus esse felicitatem
¶ Insuper omniū maxime expetibilē non connumeratā. nam si cōnumeretur:clarū est 30
cū minimo bonorū magis esse expetendā:cum bonorū accumulatio sit quicquid adiū=
gitur. in bonis autē semper maius sit expetendum. perfectum ergo quiddā/et sufficiēs
per se videtur esse felicitas agibilium finis existēs. ¶ Enumero felicitatem esse summū 31
bonum manifestum est. sed quid ip̄a felicitas sit/planius dilucidari queritur. Forsan ve
ro id fiet:si opus hominis deprehendat̄. vt enī tibicini/et statuario / cūctisq; artificibus
et omnino oībus iis quorū est aliquod opus/atq; actio:in opere ipso bonū et bene vide
tur esse. sic etiam homini:siquidē eius aliquod opus est. Utrum igitur fabri/ et sutoris
aliqua opera sūt/et actus: hominis vero nullū est opus:sed ad nichil agendū natꝰ est:
cupiscentiã/ vel iram/ vel volũtatē/ vel opinionē quandã: recte dicere nõ videnť: nõ eni cõmune quiddã electio est/ nec irrationaliũ: sed cõcupiscētia et ira cõmunia sunt. ⁊ incõtinens concupiscēs quidē: sed non eligens agit: continēs vero contra eligens quidem: sed non concupiscens. Electioni cõcupiscētia aduersatur: cõcupiscentia vero cõcupiscētie nequaq;. Preterea cõcupiscentia voluntarii est/ atq; molesti: electio aũt neq; molesti neq; voluntariũ: ira etiã minus. nã que per irã fiũt minime per electionē fieri videnť. sed nec volũtas/ q̃uis ꝓpinquũ quiddã apparet. nã electio nõ est ĩpossibiliũ: et si quis hãc electionē vocet desipere videbiť. at volũtas ĩpossibiliũ est: veluti ĩmortalitatis. Est etiã voluntas circa illa que ab eo ĩpõ qui vult nequaq; fiũt veluti histrionē aliquē vel pugilē vincere: verũ hec talia eligit nemo/ sed ea dũtaxat que ĩpẽ facere posse existimat. Insuꝑ voluntas finis est magis: electio aũt eorũ que sunt ad finē. vt puta sanos esse volumus: eligimus autē illa per q̃ sani sumus. et felices esse volum⁹ et dicimus: eligimus autem dicere non congruit. Omnino autē videtur electio circa illa versari q̃ in nostra sunt potestate. Sed nec opinio quidē erit. nã opinio circa omĩa videť esse: nec minus circa eterna et impossibilia q̃ circa illa que in nobis sunt. Nec bono nec malo: sed vero et falso distinguiť: at electio per illa magis. sed ĩ totũ idē esse electionē qđ opinionē: nemo fortasse dicet. at certe nec in parte aliqua idē est. nã ꝓpter electionē bonorũ aut maloꝝ tales aliq̃ sumus. ꝓpter opinionē aũt: non. Et eligim⁹ capere/ aut fugere/ aut aliqđ hmõi: opinamur autē quid res ipsa sit/ et in quo cõducat/ et qua ratione vtilis sit: capere vero aut fugere nõ nimis opinamur. Et electio laudať magis q: qđ opus erit elegerit/ q̃ qđ rectũ elegerit: opinio aũt ꝓpter veritatē laudať. Et eligimus que maxime scimus bona esse: opinamur aũt que nõ multũ scimus. nec sane iidē eligere videnť optima/ et opinari: sed opinantur quidã melius: attamē ꝓpter prauitatē deteriora eligũt. Utrũ vero aũcedat electionē opinio/ an magis sequať: nihil refert. neq; eni id q̃rimus/ sed an idē electio sit: quod opinio quedã. ❡ Quid igiť aut quale est electio cũ predictorũ nihil sit: volũtariũ 17
quidē esse constat. sed non omne voluntariũ electionē habet. at id tantũ cuius consultatio antecessit. nam electio cum ratione et cogitatione est: quod et nomen ĩpm significare videtur. quasi et quibusdã ꝓpositis vnũ aliquod legať: id est capiatur. Cap. III.

Ed vtrũ omĩa in cõsultationē cadant/ an quedã sunt in quibus cõsultatio locũ 18
s non habet: ❡ Forsan dicendũ est id in cõsultationē venire: nõ de quo insipiēs 19
aut fatu⁹: sed de quo sane mētis aliq̃s cõsultaret. de eternis aũt nemo cõsultat: veluti de mũdo/ de diametro/ vel de latere q: incõmensurabilia sunt. Sed neq; de ijs q̃ in motu/ ⁊ semꝑ eodē modo existũt: siue necessitate/ siue natura/ siue ꝓpter aliã causã: veluti de ortu aut cõuersiõe syderũ. Neq; de ijs q̃ alias aliter accidũt: veluti de siccitatib⁹/

et imbribus. Neqꝫ de hijs que sunt a fortuna: veluti de thesauri īuentione. Sed neqꝫ
20 de hūanis oib⁹. nā queadmodū scitharū respublica optie gubernet̃: nemo lacedomo
nius ꝯsultat. hec enī p nos agi nō possūt. ¶ At illa veniūt ī cōsultationē q̄ agi possunt/
et a nobis q̄dē agi. sunt aūt ⁊ alia hmōi. cā videt̃ eē nat̃a/ ⁊ necessitas/ ⁊ fortuna/ ⁊ mēs/
et oīe qḋ p hoiēȝ. hoies vo deūs cōsultāt q̄ sibi agibilia sunt ¶ Circa manifestas ⁊ suf
21 ficiētes disciplīas nō est cōsultatio. vt puta de litteris: nemo ābigit queadmodū scribi
debent. sed que a nobis fiūt. nec semp eodē mō ea sūt hmōi vt in deliberationē cadant:
veluti illa q̄ ad medicinā/ ⁊ ad rē pecuniariā ptinēt. ⁊ circa gubernatiuā magis/ q̄ circa
gymnasticā: q̄to illa min⁹ est manifesta. magis vero circa artes/ q̄ circa disciplīas: cō=
sultatio cadit. nā in iis magis dubitam⁹. consultatio aūt vsatur in iis que frequentius
accidunt: et icerta queadmodū euadāt/ et idet̃minata sunt. sumim⁹ et alios ad cōsiliū
cū de rebus maiorib⁹ deliberare volum⁹/ nō satis nobisipsis ad discernēdū cōfisi. Nec
sane de finib⁹ cōsultam⁹: sed de iis q̄ sunt ad finē. medicus autē nunq̄ cōsultat an sanū
faciat/ nec orator an psuadeat/ neqꝫ gubnator rei publice an bn̄ īstituat ciuitatē/ nec alio
rū quisq̄ de fine deliberat. sȝ posito fine queadmodū ad illū pueniat̃ cōsiderāt. ⁊ si per
multa fieri posse cōstat: p qḋ illoꝝ facillime ⁊ optie fiat pquirūt. si vo p vnū: queadmo
dū per illḋ fiat/ et id rursus p quod: donec pueniāt ad primā causā/ qḋ īuentiōe vltimū
est. qui enī cōsultat: videt̃ q̄rere/ et resoluere p̄dicto mō q̄si diagrāma ¶ Sed videt̃ nō
22 oīs pquisitio esse cōsultatio ceu cū mathematici aliqḋ pquirūt. verū oīs cōsultatio per=
quisitio est. ⁊ qḋ vltimū ī resolutiōe: id primū ī gn̄atiōe. et si ī aliqḋ īcidūt qḋ īpossibile
videat̃: illḋ omittūt. veluti si pecuniis opus sit: quas habere nō possint. sin aūt videat̃
possibile: facere tūc aggrediūt̃/ possibilia ītelligēda sūt q̄ nos possum⁹. nā q̄ p amicos
fiūt/ q̄dāmō p nos fiūt. qꝛ pricipiū ī nobis est. q̄runt̃ vo qn̄qꝫ īstrumēta/ qn̄qꝫ op⁹ illoꝝ/
eodē mō in reliq̄s/ quādoqꝫ p quod/ qn̄qꝫ quomō aut quo mediāte. videt̃ hō vt dixim⁹
principiū esse agēdi/ cōsiliū vo de iis esse q̄ cōsultādi agibilia sunt. actus vo alioꝝ gr̄a.
nō cadunt igr̄ ī cōsiliū fines: sȝ ea q̄ sunt ad finē ¶ Neqꝫ certe singl'ares res veluti si pa=
23 nis est hoc/ et si digestū est vt oportet. nā ad sensum id attinet ¶ Qꝛ si semp cōsulitur/ in
24 infinitum erit pgressus. cōsultabile et eligibile idē sunt: nisi q̄ eligibile rem iampridem
det̃minatā significat. qḋ enī in deliberando cet̃is ptulim⁹ id eligibile dicit̃. desinit aūt
tunc demū vnusquisqꝫ q̄rere queadmodū aget: cum in seipm reducit principiū/ et ipi⁹
in an̄cedens. hoc enī est qḋ eligitur. Patet hoc ex vetustis īstitutis: que Homerus secu
tus est: reges enī que elegerant denunciabāt in pplm. cū ergo sit eligibile cōsultabile/
affectabile eoꝝ que in nobis sunt: electio vtiqꝫ erit cōsulta affectatio: eorum que in no=
bis sunt. ex cōsultatiōe enī iudicātes affectam⁹ scd̄m cōsiliū. De electiōe igitur hacte=
nus dictū sit/ et circa que existat/ et q̄ circa illa vsatur: que sunt ad finem. Cap. IIII.
T q̄ volūtas ei⁹ est q̄ est finis. sȝ videt̃ aliis quidē boni esse: aliis opinati boni.
25 atqꝫ ex eo fit vt q̄ boni eē dicūt: negēt ea nos velle/ q̄ nō recte cupim⁹/ nihil eī vo
c lum⁹ nisi bonū. esset aūt malū si ita cōtigeret. sȝ q̄ opinatū bonū dicūt: nō na=
tura sȝ vt cuiqꝫ videt̃ bonū appellāt. videt̃ aūt aliud aliis: ⁊ si cōtraria extiterit. Qꝛ si ista
nō placēt dicēdū est simpl'r/ ⁊ scd̄ȝ vitatē: id eē volēdū qḋ bonū sit. verū singl'i qḋ bonū
appet sequit̃. ¶ Ex q̄ fit vt studioso q̄dē viro: verū sit bonū. prauo aūt: vt cōtigit. qḋ ī
26 corpib⁹ q̄qꝫ accidit. nā sanis q̄dē salubria sūt/ ea q̄ reuera sūt salubria: egrotis aūt alia/
eodēqꝫ mō amara/ et dulcia/ ⁊ calida/ ⁊ grauia/ et cet̃a hmōi. studiosus enī vir: recte sin
gula iudicat/ et ī vnoqꝫ verū discernit. cuiusqꝫ enī habit⁹ ppria quedā sunt bona ⁊ iu
cūda. at forte ī dinoscēda veritate studiosus vir plurimū an̄cellit. quasi regula/ et men=
sura illoꝝ exīs. multitudinē vero vt videt̃ voluptas decipit: q̄ licet bonum nō sit/ tamē
apparet. sequunt̃ ergo voluptatē tāq̄ bonū/ dolorē vero tanq̄ malū fugiunt. Cap. V.
Um itaqꝫ finis sit id qḋ volum⁹/ ꝯsultatio vo atqꝫ electio eoꝝ sitq̄ sunt ad finē:
27 c sequit̃ vt act⁹ scd̄ȝ electionē sint: ⁊ volūtarij. ¶ Operationes aūt virtutū circa
28 ista versent̃. sūt vero in nostra potestate virtutes et vicia. nā in quibus vtrū
agamus vel nō agamus in nobis est: et in nostra sunt potestate. quare si agere hone=
stum existens in nobis est: certe et non agere turpe/ in nobis existens est. ⁊ si non agere
honestū: existēs in nobis est: certe et agere turpe/ existens in nobis est. Qꝛ si est in nobis

honesta/et turpia agere: similiter et nō agere. hoc autē erat bonos et malos esse. in nobis erit probos/et iprobos esse. ¶Dicere aūt ꝙ nemo volens prauus sit/neqꝫ inuitus 29
felix: alterū falso/alterū vero similiter videt̃. porro felix nemo inuitus est: prauitas autem voluntaria res est/vel recedendū est ab ijs que premisim⁹. et dicendū hominē non esse principiū/neqꝫ generationē rerū: queadmodū filiorū. ꝙ si illa constant nec in aliud principiū ꝙ̄ in nosipos referre possum⁹; quorū principiū in nobis est illa i nobis erunt et voluntaria. Jd attestari videt̃ singulorū opinio/et legūlatores: qui aduersus delinquētes penas cōstituūt/si modo nō vi coacti/neqꝫ p ignorātiā cuius ipi causa nō fuerit deliq̄rūt. illis xͦo q̄ bn̄ agūt: p̄mia ꝯstituūt quasi alios iuitātes/alios deterrētes atqui ad ea q̄ neqꝫ in nobis sunt/neqꝫ volūtaria nullus hortat̃. qppe frustra hortaret̃ quis/vt nō caleret/vel nō frigeret/vel nō esuriret/vl' aliqd tale: ꝙuis eni hortat⁹: nihilominus illa pateret̃. Uerū per ignorātiā ꝯmissa puniūtur: si ipe cōmittēs causa ignorantie videat̃ fuisse: ceu aduersus ebrios duplici pena constituta. principiū eni in ipis est: cū in eorū potestate fuerit ne ebrij fieret: quod causa est eorū ignorātie. Puniūtur ꝛ ignorātes aliqd ex ijs q̄ legib⁹ ꝯtinētur: q̄ vtiqꝫ scire oportet/nec difficilia sūt. Eodē modo in alijs que per negligentiā ignorant̃: quasi in ipis sit ne ignorēt. poterāt eni diligentiā adhibere/sed forsan talis est quis vt diligēs esse neq̄at. at vero hi sibiipis dissolute viuēdo causa sunt vt iiusti/et iprobi fiant/in maleficijs/et flagitijs degentes: nā quales sunt actus cuiusqꝫ: talis tandē ꝛ ipse euadit. qd in omibus studijs/exercitationibusqꝫ cōspicit̃. ignorare igit̃ qd ex actibus habitus fiūt/nimiū hebetis est. absurdū etiam dicere iniuriātē nolle esse iniustū/neqꝫ flagitia patrātē flagitiosum. Qꝫ si q̄s non ignorans agit ea ex quib⁹ erit iniustus: volūtarie erit iiustus. ¶Nec tamē si velit iiu- 30
stus cessabit iiustitia/ac iustus fiet. nō eni egrotās sanus fit/et si ita cōtingat vt sponte egrotaret per icōtinētiā/atqꝫ lasciuiā: p̄ceptis medicorū aduersatus. tūc ergo licebat illi nō egrotare. sꝫ nūc nō ampli⁹ licet: queadmodū nec emissum lapidē quis retinere potest. fuit tamē in illo capere ipm/atqꝫ emittere. pricipiū eni in ipo. sic iniusto /et flagitioso licebat ab initio talis nō esse. Ex quo fit vt volens delinquat. Sed postq̄ talis factus est: nō licet sibi talis nō esse. nec solū animi vicia volūtaria: sed interdū etiā corporis: que certe carpimus/ et icrepam⁹. nā qui natura deformes sunt: eos nemo reprehendit. sed eos qui per negligentiā/atqꝫ icuriā tales sunt. idē facim⁹ circa ibecillitatē/et turpitudinē/et cecitatē. nemo increpat cecū natura/aut egritudine/aut vulnere: sed magis miseretur. ꝙ si ꝓpter ebrietatē aut aliā hmōi causā cecus fiat: oēs icrepāt. vicia igitur corporis que in nostra sunt potestate culpant̃. que nō sunt: nō culpātur. id si ita est in alijs quoqꝫ vicia que culpant̃ in nostra sūt potestate. ¶Qꝫ si quis dixerit omēs 31
affectare id quod apparet bonū: sed ipsius apparētie dn̄os nō esse. sed qualis quisqꝫ est talē illi finē videri. Si q̄s sui habit⁹ quodāmō causa ipe sibi est et appētie: certe erit idē ipse quodāmodo sibi causa. Sin aūt nullus sibiipi causa est male agēdi/sed ꝓpter ignorantiā finis: hoc agit putās sibi optimū esse ita facere. affectatio autē finis nō in nostra est potestate: sed ita natura genitos esse oportet/vt tanq̄ intuitū ad discernēdū optima: et ad expetendū verū bonū habeam⁹. atqꝫ ille gn̄osus est: cui hoc a natura extitit. rē eni optimā atqꝫ pulcherrimā: quā nec ab alio accipere nec discer p ōt: q̄lis a natura ē istituta: talē habebit. atqꝫ ita natū eē. ea demū vera/et pfecta ē gn̄ositas. ¶Hec 32
igitur si vera sunt qd magis virtus ꝙ̄ viciū erit volūtariū? vtriqꝫ eni eodē modo: ꝛ bono/et malo finis: natura erit. vel vtcūqꝫ tandē videt̃ ita iacet. reliq̄ vero ad hec referētes vtcūqꝫ agūt. Siue igit̃ finis nō natura cuiqꝫ qualiscūqꝫ apparet/sed p̄ter hoc aliq̄s est/siue finis quidē ipe naturalis est: sed quia i aliis agendis studiosus volūtarie agit/ virt⁹ volūtaria est: nihilominus et vicia erūt volūtaria. nā vt illa bono: sic ista malo p seipm existūt: si nō in fine ac in rebus agendis. Si itaqꝫ vt dicit̃ virtutes volūtarie sūt: quia habituū nostrorū nosipsi quodāmodo causa sumus: et quales sumus: ipsi talem ponimus finē/et vicia certe volūtaria erunt. nam similis in vtrisqꝫ ratio est. ¶De vir- 33
tutibus ergo nobis communiter dictum sit et genere: ꝙ mediocritates quedam / et ꝙ habitus ex quibus fiunt: eadem quoqꝫ operantur/ et ꝙ voluntarij sunt/et in nobis/ atqꝫ ita vt recta dictat ratio. Sed habitus quidem non ita vt actus voluntarij sunt.

quia actuū nostrorū ab ipso initio vsq; ad finē: domini sumꝰ/ ac singula nouimꝰ. habitū
vero ab initio cognoscimꝰ: ac singula q̄ postea addemꝰ ceu in aduersa valitudine igno=
ramus: sed ideo volūtarij dicunt̄ habitꝰ: ꝙ in nobis erat hoc vel illo modo vti. Resumē
tes igit̄ dicamus de singulis virtutibꝰ/ et qualis queq; sit/ et circa quid/ et quomodo: ex
quo etiā illud apparebit quot virtutes sunt. Ac primo de fortitudine dicere ordiamur.

34 Ediocritatem esse fortitudinē in metuendo et audendo dictū est Cap. VI.
m prius. Metuimꝰ autē illa que terribilia sūt. ea vt simpliciter dicamus: sūt mala.
itaq; metum diffiniunt expectationē mali. metuimus ergo omnia mala: ceu infa
miam/ egestatem/ morbos/ inimicitias/ mortem. Sed non videtur circa hec omnia forti
tudo versari. Nam sunt quedam que metuere honestum sit/ et non metuere turpe: velu=
ti infamiā qui timet/ humanus/ et verecundus: qui non timet/ impudens est. Dicitur ta=
men a quibusdā fortis per similitudinē: ꝙ simile aliquid habere videatur. Nam et ipse
fortis: impauidus est. Nec paupertas forsan metuenda est/ neq; morbus/ nec illa (vt sū
matim dicam) que neq; ab improbitate/ neq; a nobis proueniunt. nec tamen qui ista nō
metuit fortis est: sed vocamus et hunc fortem per similitudinem. Quidam enim in bel
licis periculis meticulosi: liberales sunt/ et ad erogandas pecunias satis habent auda=
cie. Nec etiam qui pro filiorum atq; vxoris pudicitia metuit/ aut inuidiam/ aut aliquid
35 tale: timidus est. nec certe fortis si virgis cedendus non terretur. ¶ In quibus igit̄ ter=
roribus fortis dicitur: an in maximis? nullus enim periculorum tolerantior. terribilis=
simū vero oim̄ mors. hec enī finis/ nec quicq̄; preterea bonū vel malum mortalibꝰ vide
36 tur esse. ¶ Sed nec circa omne genus mortis fortitudo videtur ceu in mari/ aut in mor
bis. in quibus igitur? an in pulcherrimis? talia vero sunt in bello: in pulcherrimo sane
37 ac maximo periculo. Testantur honores a ciuitatibus et regibus constituti ¶ Proprie
igitur fortis dicitur qui ad honestam mortem/ et ad ea omnia que repente illam afferāt
interritus est. ea vero in bello maxime contingunt. Quinetiam et in mari/ et in morbis/
fortis vir: interritꝰ est. nec ita vt naute. nam illi quidem desperati saluti: tale genus mor=
tis moleste ferunt/ hi vero propter experientiam confidunt. Et simul audent in quibus
est opus fortitudine/ aut pulchrum mori: quorum neutrum in huiusmodi mortis gene=
re existit. Cap. VII.

38 Ec sane terribilia omnibus eodem modo sunt. dicimus aliquid terribile supra
n hominem quod cuiq; mentē habenti terribile est. que vero secundum hominem
terribilia sunt: magnitudine differunt/ similiter autem et ausus ¶ Fortis vir im=
39 pauidus est vt homo. quare timebit hec vt oportet: et vt dictat ratio tolerabit decoris
causa. hoc enim virtutis finis est. metuuntur autem hec/ magis et minus. delinquitur ve
ro quando aut ita fit vt non oportet/ aut nō ita vt oportet/ aut non quando oportet/ aut
aliquid huiusmodi. eodem modo et in audendo. Qui igitur que oportet/ et cuiꝰ gratia
et quando/ et vt conuenit sustinet/ ac metuit/ et audet: is fortis est. vt enim dignum/ ⁊ vt
40 ratio precipit: patitur/ et agit vir fortis. ¶ Finis autem cuiusq; actionis est scd̄m habitū
forti vero fortitudo decorum videtur. talis igitur et finis. singula autem ad finē deter=
41 minantur. decoris autē causa fortis vir subit/ atq; agit fortitudinis opera. ¶ Exceden
tium vero qui non metuendo excedit: absq; nomine est. Diximus et prius multa esse in=
nominata. foret autem hic quidem stupidus et insanus si neq; terre motus/ neq; fluctus
pertimeat. vt de Celtis dicitur. Qui vero in audendo excedit ferox est. videt̄ aūt ferox
iactator quidam/ et fortitudinis simulator. Nam qualis fortis circa terribilia est: talis
iste videri vult. Itaq; imitatur illum in quibus potest. Ex quo fit vt pleriq; illorum: ad=
mixtam habeant cum timore audaciā. appetentes enim pericula non sustinent. Qui au
tem metuendo excedit: timidus est. Nam et que non oportet et vt non oportet et omnia
42 huiusmodi hunc sequuntur. deficit et in audendo. ¶ Sed in molestijs superexcedens:
magis in eo conspicitur. Desperans quidem/ meticulosus est. cuncta enī formidat. for=
43 tis contra: propter fiduciam bonam spem habet. ¶ Circa eadem igitur versantur timi=
dus/ ferox/ et fortis: sed aliter atq; aliter ad illa se habent. hi quidem excedunt atq; defi
ciunt/ hic vero mediocritatem tenet/ et vt oportet. Et feroces quidem procliues sunt et
volantes ante pericula: sed cū pericula assunt non sustinent. fortes vero cum ad rem ve=

nerint: feruidi sunt. ante rem vero: quieti. Ut igitur diximus: fortitudo mediocritas est
in metuendo/ et audendo de quibus dictum est. et quia decorum est suscipit/ et tolerat/
vel quia turpe non. ¶ Mortem vero appetere ob fugiendam paupertatem/ aut amorē/
aut aliud quicꝙ graue: non fortis est/ sed magis timidi. Est enim mollities quedam/ la-
boriosa fugere. et non quia decorum sit mortem subit: sed quia malum deuitat. fortitu-
do igitur tale aliquid est.

Cap. VIII.

Icunt̄ et alie quincꝫ modis. primo ciuilis que plurimā cū illa conuenientiā ha- 45
d bet. vident̄ enī ciues pericula subire metu penarū/ et ꝓpter infamiā/ et honorē.
atqꝫ ea de causa fortissimi vident̄ esse: apud quos timidi/ infames sunt: fortes ve-
ro in precio habent̄. Tales Homerus facit aliquos: vt Diomedē et hectorē. dicit enim
Hector: Polidamas me primus redarguet. et Diomedes. Hector enī quādocꝫ diceret
apud Troianos concionans Titides a me. Similis autē hec maxime est illi de qua su-
pra diximus per virtutem fieri: ex pudore enim/ et cupiditate decoris prouenit: quoniā
honoris gratia/ et ob fugiēdā vituperationem: que turpis est. In eodem gradu quis re-
ponat et eos: qui a magistratibus compellunt̄. sed eo deteriores sunt: ꝙ non pudore/ ſ3
metu adducti id agūt: nec dedecus fugiunt/ sed penam. compelluntur enī ab ijs qui po-
testatem habent. vt apud Homerum Hector inquit: si quem ego procul a pugna formi-
dantem aspexero: non ei sat erit fugere canes. Prefecti quocꝫ eos q̄ recedunt a pugna:
verberibus redire cogunt/ et qui pro vallo aut fossa collocant. omnes enim cogūt. sed
oportet non necessitate/ sed ꝙ decorum sit esse fortem. ¶ Videtur etiam rerum peritia/ 46
fortitudo esse quedam. quāobrem Socrates censebat fortitudinem esse scientiā. tales
sunt in bello milites/ et alij quidem in alijs. bellum vero multos terrores vanos habere
videtur: ijcꝫ militibus noti sunt. itacꝫ fortes ipsi credūt̄: quoniā alij qualia illa sūt igno-
rant. deinde et hostē defendere/ et seipsos tueri propter peritiam maxime possunt. et ar-
mis vtunt̄ ad vulnerandum hostem: et se tuendum aptissimus. ex quo fit vt ipsi armati
ceu aduersus inermes decertent/ et velut atlete aduersus rudes/ et inexercitatos. nam et
in certaminibus non fortissimi: sed amplas vires et robusta habētes corpora pugnacis-
simi habentur. Sed milites quidē timidi sunt/ quādo maius periculū imminet: velut si
pauciores aduersus multos/ aut imparati aduersus paratos/ instructosꝙ cōgrediant̄.
primi enī fugā arripiūt: vrbane vero copie: manēt/ atqꝫ intereūt. qđ apud Hermeū acci-
dit. nā his turpe fugere/ et mors huiusmodi saluti preferenda: illi vero quasi superiores
ab initio se periculis obiectarūt/ moxꝙ ītellecta re fugā arripuerūt: mortē magis q̄ꝫ de-
decus formidātes. sed fortis nequaq̄ꝫ talis est. ¶ Irā quocꝫ in fortitudinē referunt. vi- 47
dent̄ enī fortes: q̄ ꝑ irā ceu fere bestie in ꝑcussores ferunt̄: quoniā et fortes iracūdi sūt.
Impetuosissima quidē res est ad pericula capescēda animi concitatio. vnde et Home-
rus: robur animo iniecit. et alibi vim et animū concitauit/ subijtcꝫ per nares impetus/ et
efferbuit sanguis. hec omnia significare vident̄ animi cōcitationē/ et impetum. Fortes
igitur ꝓpter decus faciunt/ ira vero eos adiuuat. Bestie vero propter dolorē si vulnera-
te sunt aut timeāt. nā cū ī silua/ vel in palude sūt: nequaq̄ꝫ inuadunt. Nō est igit̄ fortitu-
do si dolore/ aut ira concitati in periculū deferūtur: nichil preuidētes eorum que incur-
runt. nā sic asini quocꝫ fortes essent: cum ne verberibus q̄dē a pabulo remoueri possint.
Meci etiā ꝓpter libidinē multa audent. non ergo sunt illi fortes dicendi: qui per dolo-
rem/ aut irā pericula adeunt. Proxime autem ad eā que maxime secundū naturā est ac-
cedere videtur fortitudo que per iram fit: si modo electionem rationemꝙ ante suscepe-
rit. Et homines sane irascendo quidem: dolent/ vlciscendo vero: letantur. sed qui per
hec agunt pugnaces quidem sunt: at nō fortes. Non enim decore/ necꝫ ratione/ ſ3 per- 48
turbatione animi id agunt. habent tamen aliquid simile fortibus. ¶ Nec etiam qui ꝓ-
pter fiduciam sui audent: fortes vticꝫ sunt. consuetudine enim vincendi fiduciam in pe-
riculis suscipere. In eo tamen fortibus similes/ ꝙ vtricꝫ pericula contemnūt. verum for-
tes ob eas rationes quas supra diximus: isti vero ꝙ superiores sese fore sperant/ nec eis
resisti posse. Sed ebrij quocꝫ tale aliquid faciūt: fidētes enim fiunt: cum ebrij sunt. cum
vero non sunt ebrij: pericula fugiunt. viri autem fortis est que terribilia hominibus vi-
dentur et sunt/ ea subire: quia decorum sit ita facere/ et turpe non facere. Quamobrem

fortior esse videtur: qui subitis/improuisisq; periculis non turbat: q̃ qui manifestis ac
p̄uisis. habitu eni magis hec agit/vel certe minus ex preparatiõe. nam preuisa quidẽ
ratione/et cogitatione: subire quis potest: repentina vero vt habitus est/ita perferuntur
49 ❡ Fortes videntur et qui ignorant/nec multũ absũt ab his q̃ pp̄ter fiduciã audent. sed
eo deteriores sunt/q: nõ existimatiõe vt illi: sed ignorãtia audent. Itaq; illi sustinẽt ali=
qd̃ tẽpus: hi vero simulatq; ĩtelligũt aliud eẽ q̃ ipi putabãt: aufugiũt. quod Argiuis cõ
tigit: cum in Lacedemonios ĩciderunt quos Sicyonios esse putabãt. dictũ est q̃ fortes
sint/et qui fortes videantur Cap. VIIII.
50 Uãuis autẽ circa terribilia/et audenda fortitudo sit: non tamen parit̃ in vtroq;
q versat̃/s; magis circa illa q̃ nos terrẽt. q̃ eni circa illa iterrit⁹ est/atq; ita vt opor
tet in ill' sic se habet: magis est fortis/q̃ q̃ circa audẽda. Toleratione eni grauiũ
et asperarũ rerũ: fortes dicuntur. itaq; graue quiddã/et asperũ fortitudo est/ac merito
51 laudatur. difficilius eni est dolores perpeti: q̃ a voluptatibus abstinere. ❡ Attamen fi=
nis in fortitudine dulcis esse videtur: sed a rebus circunstantibus obscurari. qd̃ in gym
nicis certaminibus euenit. nã pugilib⁹ finis dulcis ipse est: cuius gratia corone/hono=
resq; existunt. plagis vero percuti si modo illi e carne sũt: dolorosa sane/atq; molesta/et
oĩno laboriosa res est. cũq; hec multa sint/et illud cuius gratia fiunt paruum: nichil dul
ce continere videt̃. Tale igit̃ quiddã accidit circa fortitudinẽ. mors/ac vulnera forti vi
ro dolorosa sũt/eaq; nollet: perfert tamẽ quoniã decorũ est illa p̄ferre/vel turpe nõ per=
52 ferre. ❡ Et quãto magis omni virtute polet/quãtoq; felicior est: tãto magis illi molesta
est mors. nã huiusmodi vir maxime dignus est vita: et maximis bonis priuat̃ sciens. do
lorosa certe res atq; nichilomin⁹ fortis/et eo fortasse magis: q: decus ⁊ gloriã belli ante=
53 ponit illis. ❡ Nec sane in oĩbus virtutib⁹ cũ delectatiõe operari licet: nisi quaten⁹ finem
54 attingũt. ❡ Milites etiã nichil vetat si tales non sint: tamẽ optimos esse. parati siquidẽ
ad pericula vitam pro vili mercede abijciũt. De igitur fortitudine hactenus dixisse suf=
ficiat. q̃d vero illa sit nequaq̃ difficile fuerit ex ijs que dicta sũt recolligere. Cap. X.
55 Ost hanc de tẽperantia dicamus. videntur enim he virtutes irrationabiliũ esse
p partiũ. Q; igitur temperantia circa voluptates mediocritas est: supra dixim⁹.
minus enim et nequaq̃ similiter circa dolores. in his autem et intemperantia es
56 se videtur. Sed circa quas voluptates sit: nunc determinem⁹. ❡ Distinguẽde sunt vo=
luptates animi/et corporis: ceu auiditas honoris et auiditas discipline: vterq; eni isto=
rum eo gaudet cuius auidus est: nichil patiente corpore/sed magis intellectu. Sed in
huiusmodi voluptatibus neq; temperantes/neq; intemperantes dicuntur. Eodẽq; mo
do in ceteris voluptatib⁹ que corporee non sunt. qui enim fabulis/et narrationibus de=
lectantur/et circa singula dies consumunt: verbosos quidem/sed non intẽperantes ap=
pellamus. Nec eos etiam qui gratia pecuniarum/aut amicorum dolorem suscipiunt. at
57 circa corporis voluptates tẽperantia existit. ❡ Nec eas tamen oẽs. nam qui visu dele=
ctantur: veluti colore/forma/pictura: neq; tẽperãtes/neq; intemperãtes dicunt̃: quãq;
fieri potest vt hi et quantum debent/et plus et minus delectentur. Eodem modo et in
auditu: qui enim vehementius gaudent cantu/aut pronunciatione: eos nemo intempe=
rantes vocat. nec eos qui vt oportet gaudent temperantes. Neq; circa odoratum nisi p̄
accidens. nam qui pomorũ/aut rosarum/aut vaporum odoratibus gaudent: eos non
intẽperantes dicimus: sed illos magis qui vnguentorum/aut epularum: quoniam per
illos memoria subit earum rerum: quas ipsi concupiscunt. videre licet quosdam cũ esu=
riunt odore epularum gaudentes. his autem gaudere intemperantis est. Nam illorum
sunt huiusmodi cupiditates. Nec fit alijs animantibus per hosce sensus voluptas vlla:
nisi per accidens. non enim odore leporum canes gaudent/sed esu. odor tamen vt sen=
tiant facit. neq; leo voce bouis/sed laniatu. q: tamen propinquus est: per vocem sentit:
atq; eo gaudere videtur. Circa igitur huiusmodi voluptates temperantia/et intempe=
58 rantia consistit: que et alijs animalibus communes sunt. ❡ Ex quo fit vt seruiles/be=
59 stialesq; videantur. sunt autẽ et he tactus/et gustus. ❡ Sed gustu quidem parum aut
nichil vti videntur. est eni eius iudiciũ in labijs vel in saporibus. quod faciunt qui vina
probant/aut epulas preparant. nec multũ his gaudent/vel saltẽ nõ intemperantes qui

dem:sed vescendo gaudent. q̄d totū fit per tactū in cibis/et potibus/et venereis. Itaq̄
precatus est quidā gulosus longi⁹ sibi guttur q̄ ciconie fieri: q̄ scilicet tactu gaudebat. 60
¶ Sensuū igitur cōmunissimus est is per quē intēperantia fit. atq̄ ob id merito vitupe
ratur: q̄ non qua homines sumus: sed qua animalia existit. talib⁹ ergo gaudere atq̄ de=
ditū esse/bestiale est. Enimuero liberalissime oīm voluptatū/q̄ per tactū ꝑueniunt: exci
piantur. veluti que in gymnasijs per laborem/ac sudorē fiunt. neq̄ enī in toto corpore
est: intēperātis tactus/sed in partibus quibusdā. Cap. XI.

Upiditatū alie cōmunes esse videnť/alie ꝓprie/atq̄ apposite. Veluti cibi: q̄ na 61
c turalis est. omnes enim cupiunt quando indigentia adest: siccum/aut humidū
nutrimentum. quandoq̄ vero vtrunq̄ et lectū (Homerus inquit) iuuenis et flo=
rens. huiusmodi autem/vel illiusmodi: non amplius omnes/nec eadem. quocirca vide=
tur nostrum esse. habet tamen aliquid naturale. alios enim alia delectant/et quedā qui=
busdam magis placent. ¶ In naturalibus ergo cupiditatibus pauci delinquunt/et in 62
vno: ad plus. comedere enim quecunq̄/et bibere quoad superfluo impleatur: excessus
est naturalis cupiditatis secundum multitudinem. repletio enim indigētie naturalis cu
piditas est. quapropter dicuntur isti dediti ventri/quasi vltra debitum implentes illum.
Sunt autem hi nimium seruiles. Circa proprias autem voluptates/multi multifariam
delinquunt. talium enim amatores dicuntur/aut quia gaudent quibus non debent/aut
magis q̄ debent/vel q̄ plerīq̄/vel non vt debent: in cunctis autem intemperātes exce=
dunt. Nam et gaudent quibus non debent: odio dignis. et si ī quibusdā gaudere opor=
tet: magis gaudent q̄ liceat/et q̄ plerīq̄ gaudeant. ¶ Excessus igitur circa voluptates 63
q̄ intemperantia/et vituperabilis est: ꝯstat. Circa dolores autem non ita vt in fortitudi=
ne. propter tolerantiam dicitur temperans: et intemperans quia non toleret. Sed intē=
perans dicitur quia nisi voluptate potiatur: magis dolet q̄ oportet. dolorem vero sibi
affert voluptas. temperans autem q̄ absentia voluptatū non dolet: et q̄ presentibus ab=
stinet. Intemperans igitur concupiscit voluptuaria omnia/vel que maxime. et impelli=
tur cupiditate: ad hec alijs preferenda. quapropter et non adipiscens et concupiscens
dolet. cum dolore enim cupiditas est. Videtur autem absurdum propter voluptatē do
lere. ¶ Deficientes autem in voluptatibus/aut minus gaudentes q̄ oportet vix reperi 64
untur. non enim est humana huiusmodi insēsibilitas. Etenī cetera animalia distinguūt
cibos/et his gaudēt: alijs vero nō gaudēt. q̄ si est aliquis quem nichil delectet/nec q̄cq̄
alijs preponat: longe hic ab homine abest. nec nomē sortitus est: quia non facile reperi= 65
tur. ¶ Tēperans autē mediocriter circa ista se habet. neq̄ enim gaudet iis quibus ma=
xime intemperantes/sed magis moleste fert. neq̄ omnino quibus non oportet/nec ni=
mium tali aliquo delectatur/nec si absit: dolet/neq̄ cupit nisi mediocriter/et vt oportet.
Idem faciet in ceteris voluptatibus: que istis non aduersantur/nec sūt contra honesta=
tem/aut supra facultates. Nam qui ita se habet: plus q̄ dignū sit voluptatē amplectiť.
sed tēperans nequaq̄ talis est: sed qualem recta dictat ratio. Cap. XII. 66

Ntemperantia magis voluntaria videtur: q̄ timiditas. nam hec per volupta=
i tem fit: illa per dolorem/quorum alterum sequimur: ab altero abhorremus. Et
dolor quidem distrahit atq̄ corrumpit naturam habentis: voluptas autem ni= 67
chil tale facit. ¶ Sed quo magis voluntaria: et maiori vituperatione digna. Nam as=
suescere aduersus illa facile est. multa vero ī vita sunt talia/et assuefactio sine periculo fit
in timoribus autem contra. Videtur autem timiditas esse inuoluntaria. nec perinde vt
ea que sunt in singulis. hec enim sine dolore est. illa vero per dolorē ita distrahunt: vt et
arma abijcere/et in alijs contra decus facere compellant. ex quo fit vt violēta esse videā=
tur. Intemperantia vero econtra. Nam singularia illi voluntaria sunt: cupienti/et affe= 68
ctanti. vniuersa autem minus. nemo enim cupit intēperatum esse. ¶ Nomē intemperā=
tie ad puerilia delicta referimus. habet enim cum illis similitudinem quādā. vtrū vero
ab vtro dicatur: nulla q̄tū ad p̄sens differentia est. constat vero posterius a priori dici.
Nec absurde videť trāslatū. nam castigandi sūt: qui turpia concupiscūt/atq̄ luxuriant.
talis est autē maxime libido et puer. viuunt enim pueri secundū concupiscētiam/pluri=
maq̄ est in illis voluptatū cupido. si igitur non obtemperat/ac dominari sibi patiatur:

longius abibit. quoniam voluptatum appetitus insatiabilis est/ stultoq; vndiq; affluūt/ et executio libidinis: innatam cupiditatē exauget. quinetiā si magne/ ac vehemētes sint:
69 mentē e suo statu dimouēt. ¶ Quāobrē mediocres illas q̄dē/ rarasq; esse oportet. tales deniq; vt ratiōi nō aduersent̄. tale quid tēperatū/ castigatūq; vocam⁹. vt enim puerum oportet secundū pedagogi precepta viuere: ita cupiditas debet obedire rationi. quare oportet vt tēperatus a ratiōe non discrepet. honestū est eni ad q̄d vterq; tanq̄ ad signū prospicit. temperatus que debet/ et vt debet/ ꝛ quomodo debet concupiscit. sicut dictat ratio. at de temperantia dicta sufficiant.

Tertij Ethicorū Aristotelis finis: interprete Leonardo Aretino.

1 E liberalitate deinceps dicamus. Ea videtur esse mediocritas circa pecunias. laudatur enim liberalis non in rebus bellicis/ neq; in ijs in qui-
D bus temperans/ nec rursus in iudicijs: sed in dandis/ capiendisq; pecunijs. Pecunias vero appellamus omnia: quorum estimatio mēsuratur
2 numo. ¶ Sunt quoq; prodigalitas et auaricia: circa pecunias excessus et defectus. Sed auariciam illis tribuimus semper: qui magis q̄ opor-
3 tet/ pecunijs student. ¶ Prodigalitatem vero nonnūq̄ inuoluimus. Nam eos qui incō tinentes sunt/ et per luxuriam patrimonia profligūt: prodigos vocitamus. quapropter
4 flagiciosissimi videntur esse: quoniam multa vicia simul habent ¶ Non tamen proprie sic nuncupantur. Nam prodigalitatis nomen: vnius alicuius vicij esse conuenit: q̄ patrimonium consumat. est enim prodigus qui seipsum perdit. videtur enim seipsum per dere qui patrimonium dissipat: ex quo vitam ducere debet. in hunc itaq; modum pro-
5 digalitatem accipimus. ¶ Rebus autem quibus vtimur et bene et male vti possumus. vtimur vero diuitijs. singulis autem rebus bene vtitur is: qui circa eas virtutem habet. quare et diuitijs optime vtetur: qui circa pecunias virtutem habet. hic autem est libera
6 lis. ¶ Usus vero pecuniarum in dando/ erogandoq; ꝯsistere videtur. nam capere atq; conseruare magis possessio est. Ex quo fit vt viri liberalis magis sit dare quibus oportet/ q̄ capere vnde oportet/ et non capere vnde non oportet. Uirtutis enim est bene potius facere: q̄ suscipere/ et honesta potius agere: q̄ a turpibus abstinere. patet autem q̄ dando sequitur vt benefaciamus/ et honeste agamus: capiendo autem vt bene suscipiamus: aut non turpiter agamus. Et gratia quidem/ dantis est: repudiantis vero nō. sed magis laus. Facilius quoq; est non accipere: q̄ dare. sua eni quis difficilius magis tradit: q̄ aliena non accipit. Liberales dicuntur qui dant/ at ij qui non capiunt: de liberalitate nequaq̄ laudantur/ sed magis de iustitia. qui vero capiunt non multum laudantur
7 Liberales maxime fere omnium virtuosorū amantur. prosunt enim in dando. ¶ Act⁹ vero secundum virtutem: honesti sunt/ et honesti gratia fiunt. liberalis igitur dabit ho-
8 nesti causa ¶ Et recte. nā et quibus oportet/ et quot/ et quando/ et alia cuncta: que rectā
9 dationem sequuntur. ¶ Et hoc libenter vel sine molestia. quod enim per virtutem fit: iucundum est/ vel sine molestia/ minimeq; dolorem affert. Si quis vero dederit quibus non oportet/ non honesti gratia/ sed alia quapiā de causa: hic nō liberalis/ sed alius quidam nuncupabitur. Neq; is qui dolet. magis enim pecunias hic vtiq; diligit: q̄ hone-
10 stam actionem. at id non est liberalis. ¶ Neq; capiet vnde non oportet. nō enim est nō magnifaciētis pecunias huiusmodi acceptio. nec erit petitor. non enim est beneficium
11 conferentis: vt subinde commoda ipse procuret. ¶ At vnde oportet capiet. puta ex ꝓprijs rebus quas possidet: non quia honestum sit/ sed quia necessarium: vt habeat quid
12 donet. ¶ Nec sua negliget: volens per illa quibusdam sufficere. nec quibusuis dabit:
13 vt sic dare possit quibus oportet/ et quando/ et vbi honestum sit. ¶ Est quoq; eius qui liberalis sit vehementer in dando excedere: ita vt sibiipsi pauciora relinquantur. nā ad
14 se quidem ipsum non respicere: liberalis est. ¶ Uerum iuxta facultates liberalitas dicitur. non enim in multitudine datorum: sed in dantis habitu/ liberalitas consistit. Hic autem dat secundum facultates. nec sane quicq̄ prohibet liberaliorem esse qui paucio-
15 ra dat: si modo tenuiores ei sint facultates. ¶ Magis autem liberales esse videntur: q̄ non quesiuerunt ipsi: sed ab alijs vt ex hereditate acceperunt. nam et indigentiam nūq̄

experti sunt. et amāt magis sua quiqꝫ opera / vt genitores atqꝫ poete. ¶ Illud vero non 16
facile vt liberalis quisqꝫ ditetur: cū neqꝫ capiat / neqꝫ cōseruet: sed cōtra eroget / nec mul=
ti per seipsas faciat pecunias: sed vt alijs dare possit. Itaqꝫ fortuna accusatur ꝙ q̇ maxi=
me digni sunt: ij minime diuitias habēt. Enimuero id non absqꝫ ratiōe ꝯtingit. fieri enī
non potest / vt diuitias habeat is: qui habere nō curat. quēadmodū nec in alijs rebus.
Nō tamē dabit q̇bus nō oportet / nec quādo nō oportet / nec quotcūqꝫ alia huiusmodi.
nā sic liberalitatē nequaq̄ꝫ seruaret / et si in illis consumeret: dare quibꝰ oportet nequaq̄ꝫ
valeret. vt enī primo diximus / liberalis est: q̇ scđm vires patrimonij erogat / et in quibꝰ 17
oportet. ¶ Qui vero excedit, ꝓdigus est. itaqꝫ tyrannos quidē non dicimꝰ ꝓdigos. q̇a 18
tā multa possidēt: vt dando atqꝫ erogando illa excedere nō facile videantur. ¶ Cū vero
liberalitas mediocritas sit in dandis / capiendisqꝫ pecuniis: liberalis quidē dabit / ⁊ ero=
gabit in q̇bus oportet / et quot oportet / similiterqꝫ ī paruis ⁊ ī magnis ⁊ hoc cū volupta
te quadā. Capietqꝫ vnde oportet / ⁊ quot oportet. nā cū virtus circa vtrūqꝫ mediocritas
sit: vtrūqꝫ faciet vt debet. sequiť enī cōuenientē liberalitatē: talis acceptio. que vero nō 19
talis: cōtraria. que igiť cōsequunť fiunt simul in eodem: cōtrarie nō: vt patet. ¶ Qꝫ si cō
tra q̄ꝫ decens / honestūqꝫ sit erogare illū contingat: moleste feret / atqꝫ dolebit / moderate 20
tamē. nā virtutis est letari / atqꝫ dolere in quibꝰ oportet / et vt oportet. ¶ Et liberalis q̇dē
lenis et tractabilis est in rebꝰ pecuniarijs. Nā cū pecunias non multi faciat: iniurias cir=
ca illas inferri sibi nō difficulter patietur: molestiusqꝫ ferret / si quid cū oporteret nō ero=
gauerit: q̄ꝫ si erogauerit qđ non oportet / Simonidi nō placēs. At ꝓdigus in istis aber=
rat. neqꝫ letatur enī / neqꝫ dolet in q̇bꝰ oportet / neqꝫ sic vt oportet: quod in ꝓcessu magis
patebit. ¶ Diximꝰ excessū atqꝫ defectū ꝓdigalitatē esse et auariciā: et hoc in duobꝰ: dan 21
do scilicet atqꝫ capiēdo. Sumptū vero in datione ponimus. prodigalitas ergo in dādo
et in non capiendo excedit / in capiendo autē deficit. auaricia vero in dando deficit / in ca
piendo excedit: verum in paruis. ¶ Et ꝓdigalitas quidē non multū coaugmentari po= 22
test. non enī facile nullatenus accipientē cunctis largiri. cito namqꝫ deficiunt patrimo= 23
nia priuatorū: ex quo prodigi videntur esse. ¶ Cum talis vtiqꝫ vir non parum melior q̄ꝫ
auarus videretur / ac per etatem indigentiāqꝫ facile corrigi / et ad mediocritatem redigi
potest. nam habet illa que sunt liberalis. dat enim / et non capit: sed neutrū recte / neqꝫ vt
oportet. ꝙ si ad hoc cōsuescat / vel alio modo mutetur: fiet vtiqꝫ liberalis. dabit enim qui=
bus oportet / at nō capiet vnde non oportet. quāobrem videtur ille quidem non abhor=
rere a morū ꝓbitate. non enim abiecti / neqꝫ ingenerosi est: excedere in dando / et non ca=
pere: dementis tamen. Sed qui per hunc modum prodigus est: multo melior esse vide=
tur q̄ꝫ auarus: tum propter ea que supra dicta sunt / tum etiam ꝙ hic quidem multis pro
dest: ille nemini / ne sibiipsi quidem. Uerum pleriqꝫ prodigorū (vt dictū est) accipiūt vn=
de non oportet: et secundū hoc auari sunt. Accipiunt vero propter erogādi cupiditatē:
quod leuiter fieri nequaq̄ꝫ potest / deficientibus confestim rebus. itaqꝫ necessitas cogit
vt aliunde expleant. et simul ꝙ de honestate nichil curant: sine vllo respectu vndiqꝫ
capiunt. dare enim cupiunt: quomodo autem / vel vnde: nulla apud eos differentia est.
Quāobrem nec eorum dationes liberales sunt. non enim honeste / neqꝫ huius ipsius gra
tia / nec vt oportet. sed interdū quos pauperes esse conuenit: eos diuites faciunt. et ho=
nestis quidem hominibus nichil dant. assentatoribus autem / aut aliā quāpiā volupta=
tem afferentibus: multa. Ex quo fit vt plurimi eorum dissoluti sint sumptus: in flagicijs
prone facientes. et quia honestatem non sequuntur in vita: declinant ad voluptates. 24
¶ Prodigus igitur sine emendatiōis cura ad ista transgreditur. cura vero ⁊ diligentia 25
adhibita / ad medium: atqꝫ ad id quod oportet deuenire potest. ¶ Auaritia autem insa
nabilis est. Nam et senectus / et imbecillitas omīs: auaros facere videtur. Et est magis
a natura hominibus insita: q̄ꝫ prodigalitas. plurimi enim pecuniarum cupidi sunt ma=
gis / q̄ꝫ largitores. Et longe extenditur / ⁊ multiplex est. plures enim videntur esse auari=
cie modi. nam cum in duobus consistat. defectu scilicet dandi / et accipiendi excessu: non
omnibꝰ tota adheret / sed quādoqꝫ scinditur. et alij in capiēdo excedūt / et alij in dādo de
ficiunt. Nā q̇ huiusmodi appellatiōibus nuncupanť: ceu parci / tenaces / aridi: oēs in dā
do deficiūt / aliena ꝯo nō appetūt: neqꝫ cape volūt / parti ꝓpť quādā modestiā ⁊ abstinē=

tiã a reb⁹ turpib⁹. Uident enĩ quidã/ vel saltẽ aiũt ob id custodire sua: ne cõpellant aliquãdo turpe aliquid facere. horũ sunt qui in singulis etiã vilibus munitissimis insistũt: oẽs ab excessu nõ dandi cuiq̃ noiati. alij vero ob metũ abstinẽt alienis: quasi nõ sit facile ipsos aliena capere ac nõ alios sua. itaq̃ illis placet/ neq̃ dare neq̃ accipere. Alij rursus in capiẽdo excedũt. oĩa vndiq̃ accipiẽtes. velut qui illiberalia exercẽt: vt lenones et feneratores/ et oẽs huiusmodi. et qui pauca pro multo. hi enĩ oẽs vnde nõ oportet capiunt/ et quãtũ nõ oportet: cõmunisq̃ est ĩis lucrãdi turpitudo. oẽs enĩ lucri gratia/ et huius q̃dẽ exigui, ꝓbra sustinẽt. nã qui grãdia quidẽ vnde nõ oportet/ et que non oportet: capiũt: ceu tyrãni vrbes hostiliter inuadẽtes/ diripiẽtesq̃/ et tẽpla spoliantes: eos illibe
26 rales nõ dicim⁹/ sed improbos poti⁹/ et ĩpios/ et ĩiustos. ¶ Aleatores tamẽ/ et latrones et pirate illiberales sũt: quoniã sordido in lucro versant. questus enĩ gratia faciũt/ et ꝓbra vtriq̃ sustinẽt: alij extrema ꝑicula pro questu adeũtes. alij ab amicis q̃b⁹ dare oportet: acq̃rẽtes. vtriq̃ igit vnde nõ oportet lucrari volẽtes: sordidi sũt. et oĩs huiusmodi
27 questus: illiberalis. ¶ Merito igit liberalitati auaricia magis opponit. nã et mai⁹ malum est: q̃ ꝓdigalitas. et magis ĩ illa peccãt hoĩes: q̃ in ꝓdigalitate. De liberalitate igitur/ et vicijs que illi contraria sũt: hec dicta sufficiant Cap. II.

28 Onsequẽs esse videt de magnificẽtia disserere. nã et hec virt⁹ quedã circa pecu-
c nias existit. Sed nõ ita vt liberalitas: ad oẽs res pecuniarias ꝑtinet/ sed ad sum-
29 ptuosas solũ. ¶ In his liberalitatẽ magnitudine excedit. nã vt ipsũ nomẽ osten
30 dit: in magnitudine decẽs sũptuositas est. ¶ Magnitudo vero ad aliq̃d. nõ enĩ eadem sũptuositas ꝑfecto triremis/ et ludorũ teatraliũ exhibitori. decẽs autẽ ad ipsũ: in quo/ ⁊ circa que. Qui autẽ in paruis aut mediocrib⁹ ꝓ dignitate sũptus facit/ hic magnificus nõ dicit: sed ille qui in magnis. nã magnificus quidẽ liberalis est: liberalis autẽ nichilo
31 magis magnificus. ¶ Huius autẽ defectus modicitas dicit/ excessus vero vulgaris vẽtositas/ et inexplebilitas. et quot sunt huiusmodi: que nõ in q̃bus oportet excedunt: sed in quibus nõ oportet: et nõ vt oportet: splendorẽ cõquirũt: de quibus postea dicemus.
32 ¶ Magnificus scienti similis esse videt. nam et decentiam itelligere potest: et magnos
33 sũptus ita vt cõuenit facere. ¶ Ut enĩ ab initio dixim⁹ habitus operationib⁹ terminat/ et quorũ est. ac magnifici sũptus magni et decẽtes sũt. talia igit et opera. sic enĩ sumpt⁹ magnus erit/ et ꝯueniens operi: vt opus ipsum sumptu dignum esse oporteat/ sũptũ aut
34 opere vel etiã excedere. ¶ Sũptus vero huiusmodi faciet magnificus honesti causa. cõ
35 mune enim hoc virtutibus. ¶ Et preterea cũ voluptate/ ac profusione quadã. nam computandi/ ratiocinandiq̃ diligentia: magnificentie contraria est. Itaq̃ magis cogitabit quẽadmodũ pulcherrimũ/ et speciosissimũ: q̃ quãti constet/ et quẽadmodũ in eo q̃minimũ
36 expendat. ¶ Necessariũ vero est vt magnificus liberalis sit. nam liberalis sũptus facit quos oportet/ ac vt oportet: in his autẽ magnitudo magnifici est: cũ in his quoq̃ liberalitas verset. ¶ Et a pari sumptu opus magnificentius faciet. Nõ enĩ eadẽ virtus
37 possessionis/ et operis. Nam possessio q̃ plurimi digna/ ac ſpeciosissima sit: ceu aurũ. op⁹ autẽ q̃ magnum et decorũ. hui⁹ enĩ aspect⁹ admirabilis est. q̃d autẽ magnificũ: admira
38 bile. et est virtus operis magnificentia in magnitudine. ¶ Quosdam sumptus honorificos dicimus: veluti in rebus dĩis sacratis/ vasisq̃/ et sacrificijs. similiter ⁊ circa omnem rem diuinã/ et circa publicã magnificentiã. veluti si quo in loco ludi publice exhibeant/ aut prefecture nauiũ/ aut epulũ publicũ. Uerũ in oĩbus vt dictũ est: ad agentẽ habetur respectus quis ipse sit/ et quib⁹ ꝑditus facultatibus. digna quidẽ his sint oportet: nec so
39 lum opus: verũ etiã auctorẽ decere. ¶ Ex quo fit vt pauper quidẽ magnificus esse non possit. cũ ei non assit: q̃d cũ decentia erogare queat/ et si erogare pergat: fatuus sit. quo-
40 niã preter dignitatẽ/ atq̃ decentiã. et in virtute id insit vt recte quidq̃ fiat. ¶ Ista vero eos decent/ quibus hec talia iã antea existũt: vel per seipsos/ vel per maiores suos/ vel ꝑ eos qui ad ipsos pertinent/ et nobiles/ et claros/ et quot huiusmodi sunt. nã hec oĩa amplitudinẽ habẽt/ ac dignitatẽ. Magnificus igitur ꝑcipue in huiusmodi rebus erit/ ac in huiusmodi sumptibus magnificentia vt dictum est. nam hec maxima et honoratissima
41 sunt. ¶ In priuatis autẽ rebus q̃ semel fiunt: vt nuptie et si quid tale. Et si in aliquo tota ciuitas studeat vel circa dignitatẽ/ vel circa hospitũ susceptiones/ eorũq̃ comitatũ et

muncra/et remuneratiões.nõ enĩ in seipsũ sũptuosus est magnificus:sed in publica. do 42
na vero simile quiddã habẽt iis:ꝙ diis sacrant̃. ¶Est etiã magnifici domũ parare diui=
tiis cõgruentẽ.ornamentũ enĩ et hoc quoddã est/et in iis maxime sumptꝰ facere:ꝙ sunt
ꝑmãsura diu.speciosissima enĩ hec. ¶Et singulis inest decus qðdã. nõ enĩ eadẽ coueni 43
unt diis/et hoibus:neqꝫ tẽplo/et sepulchro/et sumptuũ vnusquisqꝫ magnꝰ in suo gene=
re/ac magnificẽtissimus.qui in magno magnus:hic autẽ ꝙ in his magnꝰ. et differt ma=
gnũ illud qð est in opere/ab eo qð est in sũptu.nã pila quidẽ/ aut capsula pulcherrima:
magnificentiã habet puerilis doni/ꝓciũ vero pusillũ est ac illiberale. Quapropter ma=
gnifici est in ꝗcũqꝫ genere faciat:magnifice facere.nã sic nõ facile superari potest:et sũ= 44
ptus habet dignitatẽ.magnificus quidẽ igitur talis est. ¶Excedẽs vero/atqꝫ vẽtosus ĩ
sũptu non oportune faciendo:excedit vt dictũ est. Nã in paruis sũptibus multa consu=
mit/et splendorẽ ꝯtra decentiã captat.vti si histrionibꝰ nuptiali apparatu epulas paret/
et comedorꝫ exhibeat chorũ gradiens purpuratꝰ vt Megarenses. et hec oĩa faciat non
gratia honesti/sed ad ostentationẽ diuitiarũ:putãs ea de causa hoĩes ĩ sui admirationẽ
cõuertere.et vbi opus est magnis sũptibus paruos faciens/vbi vero paruis:magnos.
Modicꝰ autẽ in oĩbꝰ deest/et plurima cõsumẽs:in parua re decentiã perdit.⁊ ꝗcqd agit
tardus est/atqꝫ morosus:sẽꝑ cõsiderãs queãdmodũ in eo perꝙ parũ expẽdat.et hoc ip=
sum cum querelis agit/et cũcta maiora ꝙ̃ oportet se facere existimat. Sunt autẽ hi duo
habitus vicia quidẽ:non tamẽ vituperationẽ afferunt:cũ neqꝫ dãnosa aliis sint neqꝫ ni=
mium deformia.

Cap.III. 45

Agnanimitatẽ vero circa magna versari : vel ex ipso nomine constat. sed circa
m qualia existat:primo comprehendamus.refert autem nihil:vtrũ ipsum habitũ/
an eum qui secundum habitum consideremus. Videt̃ magnanimus esse:qui se
magnis dignatur cum sit quidem dignus. Nam qui non pro dignitate hoc agit : insipi=
ens est.eorum vero qui virtute prediti sunt:nemo insipiens/neqꝫ fatuus. magnanimus 46
igitur is est quem diximus. ¶Qui vero paruo dignꝰ est/ac se paruifacit:modestus qui=
dem est/sed nequaꝙ̃ magnanimus.nam in magnitudine magnanimitas consistit:quẽ=
admodum et pulchritudo in magno corpore.parui autem vrbani quidem/et apti:sꝫ nõ 47
pulchri. ¶Qui vero se magni existimat cum indignus sit:tumens/ et inflatus opiniõe
sui.qui autem pluris ꝙ̃ mereatur:non omnis tumens. Qui vero minoris ꝙ̃ ipse sit/pu=
sillanimus:siue hic magna/siue mediocria/siue parua mereatur:etiã minoris sese dignũ
arbitretur.et maxime vtiqꝫ videbit̃ hic:magno dignus.nam quid ageret si non dignus 48
foret? ¶ Est itaqꝫ magnanimus magnitudine quidem summus/eo autem quod opor=
tet medius.nam vti dignum est:ita se existimat. Alii vero excedunt/ac deficiunt. Si si 49
se magnis dignatur:et dignus est/ac maxime : maximis. ¶Circa vnum vtiqꝫ maxime
erit.dignitas autem dicitur ad externa bona. Maximum autem horum id ponendum
est : quod diis tribuimus / et quod maxime affectant / qui in dignitate sunt/et quod re=
rum preclarissimarum precium est.id est autem honor.maximum enim id externorꝫ bo=
norum.Circa honores ergo ⁊ inhonoratiões magnanimus est vt oportet. Et sine ratio=
ne autẽ vident̃ magnanimi circa honorẽ versari.honore enĩ se maxime dignant̃ magni
viri/verum iuxta dignitatẽ. Pusillanimus vero deficit ad seipsum/et ad magnanimi di=
gnitatẽ. Tumens autẽ/et inflatus opiniõe sui:ad seipsum excedit: nõ tamẽ ad magna= 50
nimũ. ¶Magnanimus siquidẽ maximis dignus:erit vtiqꝫ optimus.nã sẽꝑ qui me= 51
lior est maiora meret̃:et qui optimus maxima. ¶ Eũ igit̃ qui vere magnanimus sit: bo
nũ esse oportet. Et videt̃ quidẽ esse magnanimi qð est in vnaquaqꝫ virtute magnũ. Ne=
quaꝙ̃ vero ꝯuenit illi cedere lacessenti/neqꝫ iniuriã inferre:cuiꝰ enĩ gratia turpe aliquid
faceret:cui nichil magnũ est? Et per singula ꝯsiderãti magnanimꝰ nisi bonꝰ existat:om=
nino ridiculꝰ videbit̃.quoniã honorẽ nõ meret̃ qui prauus est.honor enĩ est virtutis ꝓ= 52
miũ/⁊ tribuit̃ bonis. ¶Videt̃ enĩ magnanimitas ceu ornatꝰ quidã esse virtutũ.nã ma=
iores illas facit:et sine illis nõ est.quapropter difficile est vere magnanimũ esse.nõ enim 53
possibile absqꝫ accumulata ꝓbitate ¶ Maxime ergo circa honores/et ĩhonoratiões ma
gnanimus est. Ac in magnis quidẽ/et a grauibꝰ viris habitis:moderate letabit̃:ꝙ̃si de
bitis potitus/aut etiã minoribꝰ.nam virtuti oĩno ꝑfecte:satis dignus honor haberi non

potest. verũtamen recipiet: quoniã maiora exhiberi nõ possunt. Paruos aũt et a q̃buscũ
